



Cicero li. 1. De diuinatione

Vide quid Socrates in Platonis Politia loquatur. Dicit enim quū dormientibus ea pars aīi quæ mentis et rationis sit particeps, sopita langueat: illa autem in qua feritas quædam sit atq; agrestis immanitas, quū sit immoderato tumefacta potu atq; pastu, exultare ea in somno immoderateq; facturi. Itaq; huic omnia visa obiiciuntur à mente ac ratione vacua, vt aut cum matre corpus miscere videatur, aut cū quouis alio, vel homine, vel Deo, sæpe belua, atq; etiam trucidare aliquem, et impiè cruentari, multaq; facē impurè actetrè cum temeritate et impudentia. At qui salubri moderato cultu atq; victu quieti se tradiderit, ea parte animi quæ mentis et consilij est agitata et erecta, saturataq; bonarum cogitationū epulis, eaq; parte aīi, quæ voluptate alitur, nec inopia enecta, nec satietate affluenti, quorum vtrunq; præstringere aciem mentis solet, siue ctēst natura quippiā, siue abundat atq; effluit: illa etiam tertia parte animi, in qua irarum existit ardor, sedata atq; restincta, tum euenīet duabus animi temerarijs partib. compressis, vt illa tertia pars rationis et mētis elucear, et se vegetam ad sōmiandū acregpbeat, tum ei visa quietis occurrēt tranquilla atq; veracia. Hæc verba ipsa Platonis expssi.

MACROBII AMBROSII AVRELII THEODOSII,

VIRI CONSVLARIS, & illustris,

In Somnium Scipionis, Lib. II.

Saturnaliorum, Lib. VII.

Ex uarijs, ac uetustißimis codicibus recogniti, & aucti.



LVGDVNI APVD SEB. GRYPHIVM,
1542.

BIBLIOTEKA KOR...
14016

M. TVL. CICERONIS SOMNIVM SCIPIONIS,

EX LIBRO DE REPVB. SEXTO.



QVVM in Aphricam uenissem, Anitio Manilio cos. ad quartã legionẽ Tribunus (ut scitis) militũ: nihil mihi potius fuit, q̃ ut Masinissam cõuenirem, Regem familiæ nostræ iustis de causis amicissimũ. Ad quem ut ueni, complexus me senex, collacrymauit, ali quantoq; pòst suspexit in cœlũ, Et grates, inqt, tibi ago summe Sol, uobisq; reliqui cœlites, quòd antequã ex hac uita migro, conspicio in meo regno, & his tectis P. Cornelium Scipionem, cuius ego nomine ipse recreor: itaq; nunquam ex animo meo discedit illius optimi atque inuictissimi uiri memoria. Deinde ego illum de suo regno, ille me de nostra Rep. percõtatus est: multisq; uerbis ultro citroq; habitis, ille nobis est consumptus dies. Pòst autẽ apparatu regio accepti, sermonem in multam noctem produximus, quum senex nihil nisi de Aphricano loqueretur, omniaq; eius non facta solum, sed etiam dicta meminisset. Deinde ut cubitũ discessimus, me & fessum de uia, & qui ad multam noctẽ uigilassem, arctior quàm solebat somnus cõplexus est. Hic mihi (credo equidẽ ex hoc quod eramus locuti. Fit enim ferè, ut cogitationes sermonesq; nostri pariãt aliq̃d in somno tale, quale de Homero scribit Ennius, de quo uidelicet sæpissimè uigilans solebat cogitare & loqui) Aphricanus se ostendit ea forma, quæ mihi ex ima-

gine eius, quàm ex ipso erat notior. Quem ut agnoui, equidem cohorrui: sed ille, Ades, inquit, animo, & omitte timorem Scipio, & quæ dicam trade memoriæ. Vides'ne illam urbem, quæ parêre populo Rom. coacta per me, renouat pristina bella, nec potest quiescere? (ostendebat autem Carthaginem de excelso, & pleno stellarum, & illustri & claro quodam loco) ad quam tu oppugnandam nunc uenis penè miles, hanc hoc biennio COS. euertes, erit'que cognomen id tibi per te partum, quod habes adhuc à nobis hæreditarium. Quum autem Carthaginem deleueris, triumphum egeris, Censorq; fueris, & obieris Legatus Aegyptum, Syriam, Asiam, Græciam, delegêre iterum COS. absens, bellumq; maximũ conficies, Numantiam excindens. Sed cum eris curru in Capitolium inuectus, offendes Remp. perturbatam consilijs nepotis mei. Hîc tu Aphricane ostendas oportebit patriæ, lumen animi, ingenij, consilijq; tui. Sed eius temporis ancipitem uideo quasi fatorũ uiam. Nam quum ætas tua septenos octies solis anfractus reditusq; cõuerterit, duoq; hi numeri, quorum uterque plenus, alter altera de causa habetur, circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint, in te unum atq; in tuum nomen se tota conuertet ciuitas. Te Senatus, te omnes boni, te socij, te Latini intuebuntur. Tu eris unus in quo nitatur ciuitatis salus. Ac ne multa, DICT. Rempublicam constituas oportet, si impias propinquorum manus effugeris. Hic quum exclamauisset Lælius, ingemuissentq; uehementius cæteri, leniter arridens Scipio, & Quæso, inquit, ne me è somno excitetis, & pax sit rebus, audite cætera. Sed quò sis Aphricane alacrior ad tutandam Rempublicam, sic habeto, Omnibus qui patriã conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certũ esse in

esse in cœlo, ac definitum locũ, ubi beati æuo sempiterno fruãtur. Nihil enim est illi principi Deo, qui omnẽ hunc mundum regit, quod quidẽ in terris fiat acceptius, quàm cõcilia, cœtusq; hominũ iure sociati, quæ ciuitates appellãtur. Harum rectores & cõseruatores hinc profecti, huc reuertentur. Hic ego, etsi eram perterritus non tam mortis metu, quàm insidiarum à meis, quæsiui tamen uiueret ne ipse & Paulus pater, & alij, quos nos extinctos arbitremur. Imò uerò, inquit, hi uiuunt qui ex corporum uinculis tanquam è carcere euolauerũt. Vestra uerò quæ dicitur uita, mors est. Quin tu aspicias ad te uenientem Paulum patrem? Quem ut uidi equidẽ, uim lacrymarum profudi. Ille autem me complexus atque osculans, flere prohibebat. Atq; ego ut primũ fletu repressо loqui posse cœpi, Quæso, inquam, pater sanctißime atque optime, quũ hæc est uita, ut Aphricanum audio dicere, quid moror in terris? quin huc ad uos uenire propero? Non est ita, inquit ille: nisi enim quum Deus is, cuius hoc templum est omne quod conspicis, istis te corporis custodijs liberauerit, huc tibi aditus patere non potest. Homines enim sunt hac lège generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medio uides, quæ terra dicitur. His que animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sydera & stellas uocatis, quæ globosæ & rotundæ diuinis animatæ mentibus circulos suos orbes que conficiunt celeritate mirabili. Quare & tibi Publi, & pijs omnibus retinendus animus est in custodia corporis: nec iniussu eius, à quo ille est uobis datus, ex hominum uita migrandum est, ne munus humanum assignatum à deo, defugisse uideamini. Sed sic, Scipio, ut auus hic tuus, ut ego qui te genui, iustitiam cole & pietatem: quæ quum sit magna in parentibus &

propinquis, tum in patria maxima est. ea uita uia est in cœlum, & in hũc cœtum eorũ, qui iam uixerunt, & corpore laxati illum incolunt locum quem uides. Erat autem is splendidißimo candore inter flammas circus elucens, quem uos (ut à Graijs accepistis) orbem Lacteum nuncupatis. Ex quo omnia mihi contemplanti, præclara cætera & mirabilia uidebantur. Erãt autem eæ stellæ quas nunquam ex hoc loco uidimus, & eæ magnitudines omnium, quas esse nunquã suspicati sumus: ex quibus erat ea minima, quæ ultima à cœlo, citima terris luce lucebat aliena. Stellarum autem globi terræ magnitudinem facilè uincebant. Iam ipsa terra ita parua mihi uisa est, ut me imperij nostri, quo quasi punctum eius attingimus, pœniteret. Quam quũ magis intuerer, Quæso, inquit Aphricanus, quousque humi defixa tua mens erit? Num'ne aspicis quæ in templa ueneris? Nouem tibi orbibus, uel potius globis connexa sunt omnia: quorum unus est cœlestis extimus, qui reliquos omnes complectitur, summus ipse Deus arcens & continens cæteros, in quo sunt infixi illi, qui uoluuntur stellarum cursus sempiterni. Cui subiecti sunt VII. qui uersantur retro contrario motu atque cœlum. E' quibus unum globũ possidet illa, quam in terris Saturniam nominant. Deinde est hominum generi prosperus & salutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis. Tum rutilus, horribilis'que terris, quem Martem dicitis. Deinde subter mediam ferè regionem Sol obtinet dux & princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi et temperatio, tanta magnitudine ut cuncta sua luce lustret & compleat. Hunc ut comites sequuntur, Veneris alter, alter Mercurij cursus. In infimo'que orbe Luna radijs Solis accensa conuertitur. Infra autem iam nihil est nisi mortale

tale & caducum, præter animos generi hominum mune-
re deorum datos. Supra lunã sunt æterna omnia. Nam ea
quæ est media & nona tellus, neq; mouetur & infima est,
& in eã feruntur omnia * nutu suo pondera. Quæ quum *motu
intuerer stupens, ut me recepi, Quis hic, inquam, quis est
qui cõplet aures meas tantus & tam dulcis sonus? Hic est,
inquit ille, qui interuallis coniunctus imparibus, sed tamẽ
pro rata portione distinctis, impulsu et motu ipsorum or-
bium efficitur, qui acuta cum grauibus temperans æqua-
biliter concentus efficit. nec enim silentio tanti motus inci
tari possunt: et natura fert ut extrema ex altera parte gra
uiter, ex altera autẽ acutè sonent. Quam ob causam sum-
mus ille cœli stelliferi cursus, cuius conuersio est incitatior,
acuto & excitato mouetur sono: grauissimo autem hic lu
naris atque infimus. Nam terra nona immobilis manens,
ima sede semper hæret, complexa mediũ mundi locũ. Illi
autem octo cursus, in quibus eadem uis est *duorum, VII. *modorum
efficiunt distinctos interuallis sonos: qui numerus rerum
omnium ferè nodus est. Quod docti homines neruis imi-
tati atque cantibus, aperuere sibi reditum in hunc locum.
sicut alij, qui præstantibus ingenijs in uita humana, diui-
na studia coluerũt. Hoc sonitu completæ aures hominum
obsurduerunt. Nec est ullus hebetior sensus in uobis, sicut,
ubi Nilus ad illa, quæ Catadupa nominantur, præcipitat
ex altissimis montibus: ea gens, quæ illum locum accolit,
propter magnitudinem sonitus sensu audiendi caret. Hic
uerò tantus est totius mundi incitatissima conuersione so-
nitus, ut eum aures hominum capere non possint: sicut
intueri solem aduersum nequitis, eius que radijs acies ue-
stra sensus que uincitur. Hæc ego admirans, referebam ta-
men oculos ad terram identidem. Tum Aphricanus, Sen-

tio, inquit, te sedem etiam nunc hominum, ac domum cõtemplari. Quæ si tibi parua, ut est, ita uidetur, hæc cœlestia semper spectato, illa humana contemnito. Tu enim quam celebritatem sermonis hominum, aut quam expetẽdam gloriam cõsequi potes? Vides habitari in terra raris & angustis in locis, & in ipsis quasi maculis ubi habitatur, uastas soltudines interiectas. Hos que qui incolant terram, non modò interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab alijs ad alios manare possit, sed partim obliquos, partim *uersos, *transuersos spectare gloriã certe nullã potestis. Cernis autem eandem terram, quasi quibusdam redimitam & circundatam cingulis. E quibus duos maximè inter se diuersos, & cœli uerticibus ipsis ex utraque parte subnixos, obriguisse pruina uides, medium autem illum & maximum solis ardore torreri. Duo sunt habitabiles: quorum australis ille, in quo qui insistunt, aduersa uobis urgent uestigia, nihil ad uestrum genus. Hic autẽ alter subiectus aquiloni, quem incolitis, cerne quàm tenui uos parte contingat. Omnis enim terra quæ colitur à uobis, angustata uerticibus, lateribus latior, parua quædam insula est circunfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris: qui tanto tamen nomine, quàm sit paruus, uides. Ex his ipsis cultis notisq; terris num aut tuum, aut cuiusquam nostrum nomen, uel Caucasum hunc, quem cernis, transcendere potuit, uel illum Gangem transnare? Quis in reliquis orientis, aut obeuntis Solis ultimis, aut aquilonis austrí ue partibus tuũ nomen audiet? Quibus amputatis, cernis profectò quantis in angustijs uestra se gloria dilatari uelit. Ipsi autem qui de uobis loquũtur, quàm loquentur diu? Quinetiã si cupiat

proles

proles illa futurorum hominum deinceps laudes uniuſcuiuſque noſtrum à parentibus acceptas poſteris prodere, tamen propter eluuiones exuſtiones'que terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt, non modò non æternam, ſed ne diuturnam quidem gloriam aſſequi poſſumus. Quid autem intereſt, ab his qui poſtea naſcẽtur, ſermonẽ fore de te, quum ab his nullus fuerit, qui antè te nati ſint, qui nec pauciores, & certè meliores fuerunt uiri? quum præſertim apud eos ipſos, à quibus nomen noſtrum poteſt audiri, ne unius anni memoriam conſequi poſſit. Homines enim populariter annum tantummodo Solis, id eſt unius aſtri reditum metiuntur. Quum autem ad idem unde ſemel profecta ſunt, cuncta aſtra redierint, eandemq; totius cœli deſcriptionẽ longis interuallis retulerint, tum ille uerè uertens annus appellari poteſt, in quo uix dicere audeo, quàm multa hominum ſecula teneantur. Nanque ut olim deficere ſol hominibus, extingui'que uiſus eſt, quum Romuli animus hæc ipſa in tẽpla penetrauit: quan doq; eadem parte ſol, eodemq; tempore iterum defecerit, tum ſignis omnibus ad idem principium, ſtellis'que reuocatis, expletum annum habeto. Hùius quidem anni nondum uigeſimam partem ſcito eſſe conuerſam. Quocirca ſi reditum in hunc locum deſperaueris, in quo omnia ſunt magnis & præſtantibus uiris: quanti tandem eſt iſta hominũ gloria, quæ pertinere uix ad unius anni partem exiguam poteſt? Igitur altè ſpectare ſi uoles, atque hanc ſedem, & æternam domum contueri: neque ſermonibus uulgi dederis te, nec in præmijs humanis ſpem poſueris rerum tuarum, ſuis te oportet illecebris ipſa uirtus trahat ad uerum decus. Quid de te alij loquantur, ipſi uideant, ſed loquẽtur tamen. Sermo autem omnis ille, & an-

gustijs cingitur his regionum quas uides, nec unquam de ullo perennis fuit, & obruitur hominum interitu, & obliuione posteritatis extinguitur. Quæ cum dixisset, Ego uerò, inquam, ô Aphricane (si quidem benemeritis de patria quasi limes ad cœli aditum patet) quanquam à pueritia, uestigijs ingressus patrijs & tuis, decori uestro non defui, nunc tamẽ tanto præmio proposito multo uigilantius. Et ille, Tu uerò enitere, & sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc. Nec enim is es quem forma ista declarat, sed mens cuiusq; is est quisq;, non ea figura quæ digito demonstrari potest. Deum igitur scito te esse: siquidem Deus est qui uiget, qui sentit, qui meminit, qui prouidet, qui tam regit, & moderatur, & mouet id corpus, cui præpositus est, quàm hunc mundum princeps ille Deus: & ut ipse mundum ex quadam parte mortalẽ ipse Deus æternus, sic fragile corpus animus sempiternus mouet. Nam quod semper mouetur, æternum est: quod autem motum affert alicui, quodq; ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, uiuendi finem habeat necesse est. Solum igitur quod sese mouet, quia nunquam deseritur à se, nunquam ne moueri quidem desinit, quin etiam cæteris quæ mouentur, hic fons, hoc principiũ est mouendi. Principio autem nulla est origo. Nam ex principio oriuntur omnia: Ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. Nec enim esset hoc principium, quod gigneretur aliunde. Quòd si nunquam oritur, ne occidit quidẽ unquam. Nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit. Siquidem necesse est à principio oriri omnia. Ita fit, ut motus principium ex eo fit, quod ipsum à se mouetur. Id autem nec nasci potest, nec mori, uel cõcidat omne cœlum, omnisq; natura consistat

sistat necesse est, nec uim ullam nanciscatur, quæ à primo impulsu moueatur. Quum pateat igitur æternum id esse, quod à se ipso moueatur, quis est qui hanc naturam animis esse tributam neget? Inanimum est enim omne quod pulsu agitatur externo. Quod autem animal est, id motu cietur interiore & suo. nã hæc est natura propria animæ atq; uis. Quæ si est una ex omnibus quæ sese moueat, neq; nata certe est, et æterna est, hanc exerce in optimis rebus. Sunt autem optimæ curæ de salute patriæ, quibus agitatus & exercitatus animus uelocius in hanc sedem & domum suam peruolabit. Idq; ocyus faciet, si iam tum cũ erit inclusus in corpore, emunebit fòras, & ea quæ extrà erunt, contemplans, quàm maximè se à corpore abstrahet. Nãq; eorũ animi qui se corporis uoluptatibus dedidere, earumq; se quasi ministros præbuere, impulsuq; libidinum uoluptatibus obedientium, deorum & hominum iura uiolauere, corporibus elapsi, circum terram ipsam uolutantur: nec hunc in locum nisi multis exagitati seculis reuertũtur. Ille discessit. Ego somno statim solutus sum.

MACR

MACROBII

*Ambrosij *AVRELII THEODOSII uiri Consularis & illustriß. in Somnium Scipionis expositionis quàm elegantißimæ liber primus.

Quæ differentia & quæ similitudo sit inter Platonis ac Ciceronis de repub. libros: Curq; aut ille indiciũ Eri, aut hic Somniũ Scipionis operi suo asciuerit. CAP. I.

INTER Platonis & Ciceronis libros, quos de Republica uterque constituit, Eustathi fili uitæ mihi dulcedo pariter & gloria, hoc interesse prima fronte prospeximus, quòd ille Remp. ordinauit, hic retulit: alter qualis esse deberet, alter qualis esset à maioribus instituta, disseruit. In hoc tamen uel maximè operis similitudinem seruauit imitatio, quòd cùm Plato in uoluminis conclusione à quodam uitæ reddito, quã reliquisse uidebatur, indicari faciat, qui sit exutarum corporibus status animarum: adiecta his quadam sphærarum uel siderum non otiosa descriptione, rerum facies non dißimilia significans, à Tulliano Scipione per quietem sibi ingesta narratur. Sed quòd uel cõmento tali, uel huic tali somnio in his potißimum libris opus fuerit, in quibus de Rerumpublicarum statu loquebatur, quo'ue attinuerit inter gubernandarum urbium constituta, circulos, orbes, globosq; describere: de stellarũ modo, de cœli conuersione tractare, quæsitu dignum & mihi uisum est, & alijs

Cur aut Plato Erũ reuiuiscentem, aut Cicero Scipionem somnio excitatũ induxerit.

& alijs fortasse uideatur: ne uiros sapientia præcellentes, nihilq; in uestigatione ueri, nisi diuinũ sentire solitos, aliquid castigato operi adiecisse superfluum suspicemur. De hoc prius ergo pauca dicenda sunt: ut liquidò mens operis, de quo loquimur, innotescat. Rerũ omnium Plato & actuum naturam penitus inspiciens, aduertit in omni sermone suo de Reipub. institutione proposito, infundẽdum animis iustitiæ amorem: sine qua non solùm Respublica, nec exiguus hominum cœtus, sed ne domus quidem parua constabit. Ad hunc porrò iustitiæ affectum pectoribus *inculcandum, nihil æquè patrocinaturum uidit, quàm si fructus eius nõ uideretur cũ uita hominis terminari. Hunc uerò superstitem durare post hominem, quî poterat ostendi, nisi prius de animæ immortalitate constaret? Fide autem facta perpetuitatis animarum, consequens esse animaduertit, ut certa illis loca nexu corporis absolutis, pro contemplatu probi improbi'ue meriti, deputata sint. Sic in Phædone, inexpugnabilium luce rationum anima in ueram dignitatem propriæ immortalitatis asserta: sequitur distinctio locorum, quæ hanc uitam relinquentibus ea lege debentur, quam sibi quisque uiuendo sanxerit. Sic in Gorgia post peractam pro iustitia disputationem, de habitu post corpus animarum, morali grauitate Socraticæ dulcedinis ammonemur. Idem igitur obseruanter secutus est, in illis præcipuè uoluminibus, quibus statum Reipublicæ formandum recepit. Nam postquàm principatum iustitiæ dedit: & docuit, animam post animal non perire: per illam demum fabulam (sic enim quidam uocant) quò anima post corpus euadat, uel unde ad corpus ueniat, in fine operis asseruit: ut iustitiæ uel cultæ præmũ, uel spretæ pœnam animis quippe immortalibus subiturisq; iudicium

*Vetus lectio habet, inoculãdum: trãslatione ducta ab insitionibus.

cium seruari doceret. Hunc ordinem Tullius non minore iudicio reseruans, quàm ingenio repertus est. Postquàm in omni Reipublicæ otio ac negotio palmam Iustitiæ disputando dedit, sacras immortalium animarum sedes, & cœlestium arcana regionum, in ipso consummati operis fastigio collocauit: indicans quò ijs perueniendum, uel potius reuertendum sit, qui Rempublicam cum prudentia, iustitia, fortitudine, atque moderatione tractauerint. Sed ille Platonicus secretorum relator Er quidã nomine fuit, natione Pamphylius, miles officio: qui cùm uulneribus in prælio acceptis uitam effudisse uisus, duodecimo demum die inter cæteros unà peremptos ultimo esset honorandus igne, subitò seu recepta anima, seu retenta, quicquid emensis inter utranq; uitam diebus egerat uiderat'ue, tanquam publicum professus indicium, humano generi nunti auit. Hanc fabulam Cicero licet ab indoctis quasi ipse ueri conscius doleat irrisam, exemplum tamen stolidæ reprehensionis uitans, excitari narraturum, quàm reuiuiscere maluit.

Quid respondendum Coloti Epicureo, putanti philosopho non esse utendum fabulis: quasq; fabulas philosophia recipiat, & quando his philosophi soleant uti.

CAPVT II.

AC prius quàm somnij uerba consulamus, enodandum nobis est, à quo genere hominum Tullius memoret uel irrisam Platonis fabulam, uel ne idem sibi eueniat non uereri. Nec enim his uerbis uult imperitum uulgus intelligi, sed genus hominum ueri ignarum sub peritiæ ostentatione: quippe quos & legisse talia, & ad reprehendendum animatos constaret. Dicemus igitur, & quos in tantum philosophum referat, quandam censuræ exercuisse leuitatem: quis'ue eorum etiam scriptam reliquerit accusationem

satisfactionem: & postremò, quid pro ea duntaxat parte, quæ huic operi necessaria est, responderi conueniat obiectis. Quibus, quod facilè facile est, eneruatis, iam quicquid uel contra Platonis, uel contra Ciceronis opinionem etiam in Scipionis somnium, seu iaculatus est unquam morsus liuoris, seu fortè iaculabitur, dissolutum erit. Epicureorum tota factio æquo semper errore à uero deuia, & illa extimans ridenda quæ nescit, sacrum uolumen & augustissima irrisit naturæ seria. Colotes uerò inter Epicurei auditores loquacitate notabilior, etiã in librum retulit, quæ de hoc amarius cauillatus est. Sed cætera, quæ iniuria notauit (siquidem ad somnium, de quo hic procedit sermo, non attinent) hoc loco nobis omittenda sunt. Illam calumniam persequemur, quæ nisi supplodetur, manebit Ciceroni cum Platone communis. Ait enim à philosopho fabulam non oportuisse confingi: quoniã nullum figmenti genus ueri professoribus conueniret. Cur enim, inquit, si rerum cœlestium notionem, si habitum nos animarum docere uoluisti, non simplici & absoluta hoc insinuatione curatum est: sed quæsita persona, casusq; excogitata, nouitas, & composita aduocati scena figmenti, ipsam quærendi ueri ianuam mendacio pollueret? Hæc quoniam cùm de Platonico Ero iactantur, etiam quietem Africani nostri somniantis incusant (utraque enim sub apposito argumento electa persona est, quæ commoda enuntiandis haberetur) resistamus urgenti, & frustra arguens refellatur calumnia: ut una dissoluta, utriusque factum incolumem, ut fas est, retineat dignitatem. Nec omnibus fabulis repugnat philosophia, nec omnibus acquiescit. Et ut facilè secerni possit, quæ ex his ab se abdicet, ac uelut profana ab ipso uestibulo sacræ disputationis excludat, quæ ue etiam

Quid Platoni obiecerit Colotes Epicureus.

Quas fabulas philosophia reijciat, & quas recipiat.

sæpe

ſæpe ac libenter admittat, diuiſionum gradibus explicandum. Fabulæ, quarum nomen indicat fălſi profeßionem, aut tantum conciliandæ auribus uoluptatis, aut adhortationis quoque in bonam frugem gratia repertæ ſunt. Auditum mulcent, uelut comœdiæ: quales Menander, eiuſue imitatores agendas dederunt: uel argumenta fictis caſibus amatorum referta: quibus uel multum ſe Arbiter exercuit: uel Apuleium nonnunquam luſiſſe miramur. Hoc totum fabularum genus, quod ſolas aurium delicias profitetur, è ſacrario ſuo in nutricum cunas ſapientiæ tractatus eliminat. Ex ijs autem, quæ ad quandam uirtutum ſpeciem intellectum legentis hortantur, fit ſecunda diſcretio. In quibuſdam enim & argumentum ex ficto locatur, & per mendacia ipſe relationis ordo contexitur: ut ſunt illæ Aeſopiæ fabulæ, elegantia fictionis illuſtres. At in aliis argumentum quidem fundatur ueri ſoliditate: ſed hæc ipſa ueritas per quædam compoſita & ficta profertur: & hæc iam uocatur narratio fabuloſa, non fabula: ut ceremoniarum ſacra Heſiodi & Orphei, quæ de Deorum progenie actu ue narrantur: ut myſtica Pythagoreorum ſenſa referunt. Ergo ex hac ſecunda diuiſione, quam diximus, à philoſophiæ libris prior ſpecies, quæ cõcepta de fălſo per fălſum narratur, aliena eſt: ſequens in aliam rurſus diſcretionem ſciſſa, diuiditur. Nam cum ueritas argumẽto ſubeſt, ſolaq; fit narratio fabuloſa, non unus reperitur modus, per figmentum uera referendi. Aut enim contextio narrationis per turpia & indigna numinibus, ac monſtro ſimilia componitur: ut Dei adulteri: Saturnus patris Cælij pudenda abſcindẽs, & ipſe rurſus à filio regno potito in uincula coniectus: quod genus totum philoſophi neſcire malunt. Aut ſacrarum rerum notio ſub pio figmento-

rum

rum uelamine, honestis & tecta rebus, & uestita nominibus enuntiatur. Et hoc est solum figmenti genus, quod cautio de diuinis rebus philosophantis admittit. Quamobrem nullam disputationi pariat iniuriam uel Erechtheus index, uel somnians Africanus, sed rerum sacrarum enuntiatio integra sui dignitate his sit tecta nominibus, accusator tandē edoctus à fabulis fabulosa secernere, conquiescat. Scien- Quando philosophi uti sodum est tamen, non in omnem disputationem philosophos admittere fabulosa *uel licita: sed his uti solent, cùm uel de anima, uel de aëreis, uel de æthereis potestatibus, uel de cæteris Dijs loquuntur. Cæterùm cùm ad summū & principem omniū Deum, qui apud Græcos τἀγαθὸν, qui πρῶτον ἀίτιον nuncupatur, tractatus se audet attollere: uel ad mētem, quam Græci νοῦν appellāt, originales rerum species, quæ ἰδέαι dictæ sunt continentem, ex summo natam & profectam Deo: cùm de his inquam loquūtur summo Deo & mente, nihil fabulosum penitus attingunt. Sed si quid de his aßignare conantur, quæ non sermonem tantummodo, sed cogitationem quoque humanam superant, ad similitudines & exempla confugiunt. Sic Plato cum περὶ τἀγαθοῦ loqui esset animatus, dicere quid sit, non est ausus: hoc solum de eo sciens, quòd sciri quale sit ab homine nō poßit. Solum uerò eius similimum de uisibilibus solem reperit: & per eius similitudinem uiam sermoni suo attollendi se ad non comprehensibilia patefecit. Ideo & nullum ei simulachrum, cùm Dijs alijs constitueretur, finxit antiquitas: quia summus Deus nataq; ex eo mens, sicut ultra animam, ita supra naturam sunt: quò nihil fas est de fabulis peruenire. De Dijs autem, ut dixi, cæteris, & de anima, non frustra se, nec ut oblectent, ad fabulosa conuertunt: sed quia sciunt inimicam esse naturæ apertam nu-

lolophi uti sodeant fabulis. *Vel, pro etiā. alias tamen legit, uel ludicra.

damq; expositionem sui: quæ sicut uulgaribus hominum sensibus intellectum sui uario rerum tegmine operimentoq; subtraxit, ita à prudentibus arcana sua uoluit per fabulosa tractari. Sic ipsa mysteria figurarum * cuniculis operiuntur, ne uel his ademptis nudam rerum talium se natura præbeat: sed summatibus tantum uiris sapientia interprete ueri arcani conscijs, contenti sint reliqui, ad uenerationem figuris defendentibus à uilitate secretũ. Numenio denique inter philosophos occultorum curiosiori, offensam numinũ, quòd Eleusina sacra interpretãdo uulgauerit, somnia prodiderunt: uiso sibi, ipsas Eleusinas Deas habitu meretricio ante apertũ lupanar uidere prostantes: admirantiq;, & causas non conuenientis numinibus turpitudinis, consulenti respondisse iratas: ab ipso se adyto pudicitiæ suæ ui abstractas, & passim adeuntibus prostitutas. Adeò semper ita se & sciri & coli numina *maluerũt, qualiter in uulgus antiquitas ipsa fabulata est: quæ & imagines & simulachra formarũ talium prorsus alienis, & ætates tam incremẽti quàm diminutionis ignaris, & amictus ornatusq; uarios corpus non habentibus assignauit. Secundum hæc Pythagoras ipse atque Empedocles, Parmenides quoque & Heraclitus, de Dijs fabulati sunt: nec secus Timæus, qui progenies eorum, sicut traditum fuerat, exequutus est.

*fumiculis

Is Numenius fuit Pyrrhonis Heliensis discipulus.

*uoluerunt

Quinque esse genera somniandi: atque somnium hoc Scipionis ad prima tria genera debere referri.

CAP. III.

His prælibatis, antequàm ipsa somnij uerba tractemus, prius quot somniandi modos obseruatio deprehenderit, cum licentiam figurarum quæ passim quiescentibus ingeruntur, sub definitionem & regulam uetustas mit

stas mitteret, edisseramus: ut cui eorum generi somnium, quo de agimus, applicãdum sit, innotescat. Omnium quæ uidere sibi dormientes uidentur, quinq; sunt principales diuersitates & nomina: Aut enim est ὄνειρος secũdũ Græcos, quod Latini somnium uocant: aut ὅραμα, quod uisio recte appellatur: aut χρηματισμὸς, quod oraculum nuncupatur: aut est ἐνύπνιον, quod insomnium dicitur: aut est φάντασμα, quod Cicero (quoties opus hoc nomine fuit) uisum uocauit. Vltima ex his duo cum uidentur, cura interpretationis indigna sunt: quia nihil diuinatiõis apportant, ἐνύπνιον dico, & φάντασμα. Est enim ἐνύπνιον, quoties cura oppressi animi, uel corporis, siue fortunæ, qualis uigilãtẽ fatigauerit, talem se ingerit dormiẽti. Animi: si amator de licijs suis aut fruentem se uideat, aut carentem: si metuens quis imminentẽ sibi uel insidijs, uel potestate personam, aut incurrisse hanc ex imagine cogitationum suarum, aut effugisse uideatur. Corporis: si temeto ingurgitatus, aut distentus cibo, uel abundantia præfocari se extimet, uel grauantibus exonerari: aut contrà, si esuriens cibum, aut potum sitiens, desiderare, quærere, uel etiam inuenisse uideatur. Fortunæ: quum se quis existimat uel potentia, uel magistratu, aut augeri* præ desiderio, aut exui * præ timore. Hæc & his similia, quoniam ex habitu mentis quietem sicut præuenerãt, ita & turbauerãt dormientis, unà cum somno aduolant, & pariter euanescunt. Hinc & Insomnio nomen: non quia per somnum uidetur, (hoc enim est huic generi commune cum cæteris) sed quia in ipso somnio tantummodo esse creditur, dum uidetur, post somnium nullam sui utilitatem, uel significationem relinquit. Falsa esse insomnia, nec Maro tacuit:

Quinque somniorum genera.

Insomnium.

*pro

Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes. 6. Aeneidos.

Cœlum hic uiuorum regionem uocans: quia sicut dij nobis, ita nos defunctis superi habemur. Amorem quoq; describens, cuius curam semper sequuntur insomnia, ait,

4. Aeneidos. Hærent infixi pectore uultus,
Verbaq;, nec placidam membris dat cura quietem.

Et post hæc:

Anna soror, quæ me suspensam insomnia terrent?

Phantasma. Φάντασμα uerò, hoc est, uisum, cùm inter uigiliam & adultam quietem, in quadam (ut aiunt) prima somnij nebula adhuc uigilare se existimans, qui dormire uix cœpit, aspicere uidetur irruentes in se, uel passim uagantes formas, à natura seu magnitudine, seu specie discrepantes: uariasq; tempestates rerum, uel lætas, uel turbulentas. In hoc genere est

Ephialtes. ἐφιάλτης, quẽ publica persuasio quiescentes opinatur inuadere, & pondere suo pressos ac sentientes grauare. His duobus modis ad nullam noscendi futuri opem receptis, tribus cæteris in ingenium

Oraculum. diuinationis instruimur. Et est oraculum quidem, cum in somnijs parens, uel alia sancta grauisq; persona, seu sacerdos, uel etiam Deus, aperte euenturum quid, aut non

Visio. euenturum, faciendum, uitandum'ue denuntiat. Visio autem est, cum id quis uidet, quod eodem modo quo apparuerat, eueniet. Amicum peregre commorantem', quem non cogitabat, uisus est sibi reuersum uidere, & procedẽti obuius, quem uiderat uenit in amplexus. Depositum in quiete suscepit, & matutinus ei precator occurrit, mandans pecuniam tutelæ, & fidei custodiæ celandam committẽs. Somnium propriè uocatur, quod tegit figuris, & uelat ambagibus, non nisi interpretatione intelligendam significationem rei quæ demonstratur. Quod quale sit, non à nobis exponendum est: cùm hoc unusquisq; ex usu

Somnium, & eius quinq; species.

quid

quid sit, agnoscat. Huius quinq; sunt species: aut enim proprium, aut alienum, aut commune, aut publicum, aut generale est. Proprium est, cum se quis facientem patienteḿue aliquid somniat. Alienum, cum alium. Commune, cum se una cum alio. Publicum est, cum ciuitati foróue uel theatro, seu quibuslibet publicis mœnibus actibuśue, triste uel lætum quid existimat accidisse. Generale est, quum quis circa solis orbem, lunareḿue globum, seu alia sidera, uel cœlum, omnesq; terras aliquid somniat innouatum. Hoc autem quod Scipio uidisse se retulit, tria illa quæ sola probabilia sunt genera principalitatis amplectitur, & omnes ipsius somnij species attingit. Est enim oraculum: quia Paulus & Africanus uterq; parẽs, sancti gravesq; ambo, nec alieni à sacerdotio, quod illi euenturum esset enuntiarunt. Est uisio: quia loca ipsa, in quibus post corpus, uel qualis futurus esset, aspexit. Est somniũ: quia rerum, quæ illi narratæ sunt, altitudo, tectu profunditate prudentiæ, non potest nobis nisi scientia interpretationis aperiri. Ad ipsius quoq; somnij species omnes referetur. Est proprium: quia ad supera perductus est, & de se futura cognouit. Est alienũ: quòd quẽ statum aliorum animæ sortitæ sunt, deprehẽdit. Est cõmune: quòd eadem loca tam sibi, quàm cæteris eiusdem meriti didicit præparari. Est publicum: quòd uictoriã patriæ, & Carthaginis interitũ, & Capitolinũ triumphum, & solicitudinẽ futuræ seditionis agnouit. Est generale: quòd cœlum cœliq; circulos conuersionisq; concentum, uiuo adhuc homini noua & incognita: stellarum etiam ac luminũ motus, terræq; omnis situm suspiciendo uel despiciendo concepit. Nec dici potest non aptum fuisse Scipionis personæ somnium, quod generale esset & publicum: quia necdũ illi

Scipionis somniũ ad quod genus sit referẽdum.

Quomodo somnium publicum conueniat Scipioni adhuc militi.

contigisset amplissimus magistratus: imò cum adhuc, ut ipse dicit, penè mules haberetur. Aiunt enim, non habēda pro ueris de statu ciuitatis somnia: nisi quæ rector eius, magistratus ue uidisset: aut quæ de plebe non unus, sed multi simulia somniassent. Ideo apud Homerū, cum in cōcilio Græcorum Agamemnon somniū, quod de instruēdo prælio uiderat, publicaret: Nestor, qui nō minus ipse prudentia, quàm omnis iuuēta uiribus iuuit exercitū, cōciliās fidem relatis, De statu, inquit, publico credendū regio somnio: quod si alter uidisset, repudiaremus, ut futile. Sed non ab re erat, ut Scipio, etsi necdum adeptus tunc erat consulatū, nec erat rector exercitus, Carthaginis somniaret interitū, cuius erat autor futurus: audiretq; uictoriam beneficio suo publicandam: uideret etiā secreta naturæ, uir non minus philosophia quàm uirtute præcellens. His assertis, quia superius falsitatis insomniorū Vergilium testem citantes, eius uersus fecimus mentionē, *eruti de geminarū somnij descriptione portarū: si quis forte quærere uelit, cur porta ex ebore falsis, è cornu ueris sit deputata: instruetur autore Porphyrio, qui in cōmentarijs suis hæc in eūdem locum dicit, ab Homero sub eadē diuisione descriptum: Latet, inquit, omne uerum: hoc tamen anima, cùm ab officijs corporis somno eius paululum libera est, interdū aspicit: nonnunquā tendit aciem, nec tamen perdirecto uenit. Et cùm aspicit, tamē nō libero & *perfecto lumine uidet, sed interiecto uelamine, qd' nexus naturæ caligātis obducit. Et hoc in natura esse idē Vergilius asserit, dicēs:

*editi stem

Somnij portæ.

*directo

*perfecto

Aeneidos 2.

Aspice, nanq; omnem, quæ nunc obducta tuenti
Mortales hebetat uisus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam.

Hoc uelamen cùm in quiete ad uerum usq; aciem introspicientis

ſpicietis admittit, de cornu creditur, cuius iſta natura eſt, ut tenuatum uiſui peruium ſit. Cùm autem à uero hebetat, ac repellit obtutum, ebur putatur, cuius corpus ita natura denſatum eſt, ut ad quamuis extremitatem tenuitatis eraſum, nullo uiſu ad ulteriora tendente penetretur.

Propoſitum, ſeu ſcopus huius ſomnii quis ſit.

CAP. IIII.

TRactatis generibus & modis, ad quos ſomnium Scipionis refertur, nunc ipſam eiuſdē ſomnij mentē, ipſumq; propoſitum, quod Græci σκοπὸν uocant, antequàm uerba inſpiciantur, tentemus aperire: & eò pertinere propoſitum præſentis operis aſſeramus, ſicut iam in principio huius ſermonis adſtruximus, ut animas bene de Rep. meritorū, poſt corpora cœlo reddi, & illhic frui beatitudinis perpetuitate nos doceat. Nam Scipionem ipſum hæc occaſio ad narrandum ſomnium prouocauit, quod longo tempore ſe teſtatus eſt ſilētio condidiſſe. Cùm enim Lælius quereretur, nullas Naſicæ ſtatuas in publico, in interfecti tyranni remunerationē locatas, reſpondit Scipio poſt alia in hæc uerba: Sed quanquam ſapiētibus conſcientia ipſa factorum egregiorum ampliſsimū uirtutis eſt præmiū: tamē illa diuina uirtus, non ſtatuas plumbo inhærentes, nec triūphos areſcentibus laureis, ſed ſtabiliora quædā, & uiridiora præmiorum genera deſiderat. Quæ tamen iſta ſunt, inquit Lælius? Tum Scipio, patimini me, inquit (quoniam tertiū diem iam feriati ſumus, &c.) quibus ad narrationē ſomnij uenit, docens illa eſſe ſtabiliora & uiridiora præmiorū genera quæ ipſe uidiſſet in cœlo bonis Rerumpub. ſeruata rectoribus, ſicut his uerbis eius oſtēditur: Sed quò ſis Africane alacrior ad tutandā

Rempublicā, sic habeto: Omnibus qui patriam cō seruauerint, adiuuerint, auxerint, certū esse in cœlo & definitum locum, ubi beati æuo sempiterno fruantur. *Et paulò pòst, hunc certum locum qui sit designans, ait:* Sed sic Scipio, ut auus hic tuus, ut ego qui te genui, iustitiam cole & pietatem, quæ cùm magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima est. Ea uita uia est in cœlū, & in hūc cœtū eorum, qui iam uixerunt, & corpore laxati incolunt locum, quem uides: *significans galaxian. Sciendum est enim, quòd locus, in quo sibi esse uidetur Scipio per quietem, lacteus circulus est, qui* Γαλαξίας *uocatur. Siquidem his uerbis in principio utitur:* Ostendebat autem Carthaginem de excelso & pleno stellarum illustri & claro quodam loco. *Et paulò post apertius dicit:* Erat autem is splendidissimo candore inter flāmas circulus elucens, quem uos (ut à Graijs accepistis) orbem lacteum nūcupatis: ex quo mihi omnia contemplāti præclara & mirabilia uidebantur. *Et de hoc quidē galaxia, cum de circulis loquemur, plenius differemus.*

Quanquàm omnes numeri modo quodam pleni sint, tamen octonarium ac septenarium peculiariter plenos dici: quamque ob causam octonarius plenus uocetur.

CAP. V.

SEd iam quoniā inter libros, quos de Republ. Cicero, quos ue prius Plato scripserat, quæ differētia, quæ similitudo habeatur, expressimus: & cur operi suo uel Plato Eri indicium, uel Cicero somnium Scipionis asciuerit: quid ue sit ab Epicureis obiectum Platoni: uel quēadmodum debilis calūnia refellatur: & quibus tractatibus philosophi

losophi admiſceant, uel à quibus penitus excludant fabuloſa, retulimus: adiecimusq; poſt hæc neceſſariò genera omnium imaginum, quæ falsò, quæq; uerò uidenturin ſomnijs, ipſasq; diſtinximus ſpecies ſomniorum, ad quas Africani ſomniũ conſtaret referri: & * quur Scipioni conuenerit talia ſomniare: & de geminis ſomnij portis, quæ fuerit à ueteribus expreſſa ſententia ſuper his omnibus, ipſius ſomnij, de quo loquimur, mentem propoſitumq; ſignauimus, & partem cœli euidenter expreßimus, in qua ſibi Scipio per quietem, hæc uel uidiſſe uiſus eſt, uel audiſſe quæ retulit: nunc iam diſcutiẽda nobis ſunt ipſius ſomnij uerba, non omnia, ſed ut quæque uidebuntur digna quæſitu. Ac prima nobis tractanda ſe ingerit pars illa de numeris, in qua ſic ait: Nã quũ ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus reditus'que conuerterit: duoq; hi numeri, quorum utercq; plenus, alter altera de cauſa habetur, circuitu naturali ſummã tibi fatalem confecerint: in te unum atq; in tuum nomen ſe tota conuertet ciuitas. Te ſenatus, te omnes boni, te ſocij, te Latini intuebuntur: tu eris unus in quo nitatur tota ciuitatis ſalus. Ac, ne multa, dictator Remp. conſtituas oportet, ſi impias propinquorum manus effugeris. Plenitudinẽ hic non fruſtra numeris aßignat. Plenitudo enim propriè niſi diuinis rebus, ſupernisq; non conuenit: neq; enim corpus propriè plenum dixeris, quod cùm ſui ſit impatiens effluendo, alieni appetens eſt hauriendo. Quæ ſi metallicis corporibus non uſu ueniunt, non tamen plena illa, ſed uaſta dicenda ſunt. Hæc eſt igitur communis numerorum omniũ plenitudo: quòd cogitationi à nobis ad ſuperos meanti, occurrit prima perfectio incorporalitatis in numeris. In-

* ſi

Nullũ corpus plenum.

Qui numeri proprie pleni uocentur.

ter ipsos tamen propriè pleni uocantur, secundum hos modos, qui præsenti tractatui necessarij sunt: qui aut uim obtinent uinculorum, aut corpora rursus efficiuntur, aut corpus efficiunt: sed corpus, quod intelligendo, non sentiendo concipias. Totum hoc, ut obscuritatis depulsetur offensa, paulò altius repetita rerum luce, pandendum est. Omnia corpora superficie finiuntur, & in ipsam eorum pars ultima terminatur. Hi autem termini, quum sint semper circa corpora, quorum termini sunt, incorporei tamen intelliguntur. Nam quousq; corpus esse dicetur, necdum terminus intelligitur, cogitatio quæ conceperit terminum, corpus reliquit. Ergo primus à corporibus ad incorporea transitus, ostendit corporum terminos: & hæc est prima incorporea natura post corpora: sed non purè, nec ad integrum carens corpore. Nam licet extra corpus natura eius sit, tamen non nisi circa corpus apparet. Cum totum deniq; corpus nominas, etiam superficies hoc uocabulo continetur. De corporibus eam, tametsi non res, sed intellectus sequestrat. Hæc superficies, sicut est corporũ terminus, ita lineis terminatur, quas suo nomine grammas Græcia uocauit. Punctis lineæ finiuntur. Et hæc sunt corpora quæ mathematica uocantur, de quibus solerti industria geometriæ disputatur. Ergo hæc superficies, quum ex aliqua parte corporis cogitatur, pro forma subiecti corporis accipit numerum linearum. Nam seu trium, ut trigonum: seu quatuor, ut quadratum: seu plurium sit angulorum, totidem lineis sese ad extrema tangentibus planities eius includitur. Hoc * modo admonendi sumus, quòd omne corpus longitudinis, latitudinis, & altitudinis dimensionibus constat. Ex his tribus in lineæ ductu una dimensio est, longitudo: est enim sine latitudine. Pla-

Cur octonarius plenus dicatur. ratio prima.

* loco

nities

nities uero, quam Græci ἐπιφάνειαν uocant, longo latoq; distenditur, alto caret: & hæc planities quantis lineis contineatur, expreßimus. Soliditas autem corporũ constat, cum his duabus additur altitudo. fit enim tribus dimensionibus impletis corpus solidum, quod στερεὸν uocant: qualis est tessera, quæ cubus uocatur. Si uerò non unius partis, sed totius uelis corporis superficiem cogitare, quod proponimus esse quadratum (ut de uno quod exemplo sufficiet, disputemus) iam non quatuor, sed octo anguli colligũtur. quod tum animaduertis, si super unum quadratum, quale prius diximus, alterum tale altius impositum mente conspicias: ut altitudo, quæ illi plano deerat, adijciatur: fiatq; tribus dimensionibus impletis corpus solidum, quod στερεὸν uocant, ad imitationem tesseræ, quæ cubus uocatur. Ex his apparet octonarium numerum solidum corpus & esse, & haberi: siquidem unum apud geometras puncti locum obtinet: Duo, lineæ ductum faciunt, qui duobus punctis, ut suprà diximus, coërcetur. Quatuor uerò puncta aduersum se in duobus ordinibus bina per ordinem posita, exprimunt quadri speciem, à singulis punctis in aduersum punctũ iecta linea. Hæc quatuor, ut diximus, duplicata, & octo facta, duo quadra similia describũt: quæ sibi superposita, additaq; altitudine, formam cubi, quod est solidum corpus, efficiunt. Ex his apparet antiquiorem esse numerũ superficie & lineis, ex quibus illam constare memorauimus, formisq; omnibus. A lineis enim ascenditur ad numerũ, tanquam ad priorem: ut intelligatur ex diuersis numeris linearum, quæ formæ geometricæ describantur. Ipsam uerò superficiem cum lineis suis, primam post corpora diximus incorpoream esse naturam: nec tamen sequestrandam, propter perpetuã cum

Stereon. Cubus.

corpor

corporibus societatem. Ergo quod ab hac sursum recedit, iam purè incorporeum est. Numeros autem hac superiores præcedens sermo patefecit. Prima est igitur perfectio incorporalitatis in numeris. Et hæc est, ut diximus, numerorum omnium plenitudo. Seorsum autem illa, ut suprà admonuimus, plenitudo est eorum, qui aut corpus efficiunt, aut efficiuntur, aut uim obtinent uinculorum: licet alias quoq; causas quibus pleni numeri efficiãtur, esse non ambigam. Qualiter autem octonarius numerus solidum corpus efficiat, antè satis probatum est. Ergo singulariter quoq; plenus iure dicetur, propter corporeæ soli
Ratio secunda. ditatis effectum. Sed & ad ipsam cœli harmoniam, id est, concinentiam, hunc numerum magis aptum esse non dubium est: cùm sphæræ ipsæ octo sint, quæ mouẽtur, de quibus secuturus sermo procedet. Omnes quoq; partes, quibus constat hic numerus, tales sunt, ut ex earum compage
Tertia. plenitudo nascatur. Est enim aut de his quæ neq; generãtur, neq; generant, de monade & septem: quæ qualia sint, suo loco plenius explicabitur: aut de duplicato eo, qui & generatur, & generat, id est, quatuor. Nam hic numerus quatuor, & nascitur de duobus, & octo generat. Aut cõponitur de tribus & quinq;, quorum alter primus omniũ numerorum impar apparuit: quinarij autem potentiã se-
Quarta. quens tractatus attinget. Pythagorici uerò hunc numerũ iustitiam uocauerunt: quia primus omnium ita soluitur in numeros pariter pares, hoc est, in bis quaterna: ut nihilominus in numeros æquè pariter pares diuisio quoque ipsa
Quinta. soluatur in bis bina. Eadem quoq; qualitate cõtexitur, id est, bis bina bis. Cum ergo & contextio ipsius pari æqualitate procedat: & resolutio æqualiter redeat usque ad monadem, quæ diuisionem arithmetica ratione non reci-

pit:

pit: meritò propter æqualem diuisionem iustitiæ nomen accepit. Et quia ex supradictis omnibus apparet, quanta & partium suarum, & seorsum sua plenitudine nitatur, iure plenus uocatur.

Multas esse causas, cur septenarius plenus uocetur.

CAPVT VI.

SVpereſt, ut ſeptenarium quoq; numerum plenum iure uocitandum ratio in medio constituta persuadeat. Ac primum hoc transire sine admiratione nõ possumus, quòd duo numeri qui in se multiplicati uitale ſpatium uiri fortis includerent, ex pari & impari constiterunt. Hoc enim uerè perfectum est, quod ex horum numeroũ permutatione generatur. Nam impar numerus mas, & par fœmina uocatur. Item arithmetici imparem patris, & parem matris appellatione uenerantur. Hinc & Timæus Platonis, fabricatorem mundanæ animæ deum, partes eius ex pari & impari, id est, duplari & triplari numero, intertexuisse memorauit: ita ut à duplari usq; ad octo, à triplari usq; ad uiginti septem staret alternatio * mutuandi. Hi enim primi cubi utrinq; nascuntur: siquidem à paribus bis bini, qui sunt quatuor, superficiem faciunt: bis bini bis, qui sunt octo, corpus solidum fingũt. A' dispari uerò ter terna, quæ sunt nouem, superficiem reddunt: & ter terna ter, id est, ter nouena, quæ sunt uiginti septem, primũ æquè cubum alterius partis efficiunt. Vnde intelligi datur, hos duos numeros, octo dico, & septem, qui ad multiplicationem annorum perfecti in Republica uiri conuenerunt, solos idoneos ad efficiendam mundi animam iudicatos: quia nihil post autorem potest esse perfectius. Hoc quoque notandum est, quod superius, asserentes communem numerorum omnium dignitatem, antiquiores eos superficie, & lineis

* al's, numeri

lineis eius, omnibusq; corporibus ostendimus: procedens autem tractatus inuenit numeros & ante animam mundi fuisse, quibus illam contextam augustißima Timæi ratio naturæ ipsius conscia testis expreßit. Hinc est quòd pronuntiare non dubitauerunt sapientes, animam esse numerum se mouentem.

Prima ratio cur perfectus sit numerus septenarius, ex partib. ipsius sumpta.

Nunc uideamus cur septenarius numerus suo seorsum merito plenus habeatur: cuius ut prosßius plenitudo noscatur, primùm merita partium de quibus cõstat, tum demum quid ipse posßit, inuestigemus. Constat septenarius numerus: uel ex uno, & sex: uel ex duobus, & quinq;: uel ex tribus, & quatuor. Singularum compagum membra tractemus: ex quibus fatebimur nullum alium numerum tam uaria esse maiestate fœcundũ. Ex uno & sex, cõpago prima componitur. Vnum autem, quod μονὰς, id est, unitas dicitur, & mas idem & fœmina est: par idem, atq; impar: ipse non numerus, sed fons & origo numerorũ. Hæc monas initium finisq; omnium, neq; ipsa principij aut finis sciens, ad summũ refertur Deum: eiusq; intellectum à sequentium numero rerũ, & potestatum sequestrat: nec in inferiore post deum gradu frustra eam desideraueris. Hæc illa est mens, è summo nata Deo, quæ uices temporum nesciens, in uno semper quod adest, consistit æuo: cumq;, utpote una, non sit numerabilis, innumeras tamen generum species, & de se creat, & intra se continet. Inde quoque aciem paululum cogitationis inclinans, hanc monadem reperies ad animam referri. Anima enim aliena à syluestris contagione materiæ, tantum se autori suo ac sibi debens, simplicem sortita naturam, cum se animandæ immensitati uniuersitatis infundat: nullum init tamen cum sua unitate diuortiũ. Vides ut hæc monas orta à prima rerum causa,

aduſque

aduſque animam ubique integra, & ſemper indiuidua continuationem poteſtatis obtineat. Hæc de monade caſtigatius quàm ſe copia ſuggerebat. Nec te remordeat, quòd cùm omni numero præeſſe uideatur, in coniunctione præcipue ſeptenarij prædicetur. Nulli enim aptius iungitur monas incorrupta, quàm uirgini. Huic autem numero, id eſt, ſeptenario, adeò opinio uirginitatis inoleuit, ut Pallas quoq; uocitetur. Nam uirgo creditur, quia nullum ex ſe parit numerum duplicatus, qui intra denarium coarctetur, quem primũ limitem conſtat eſſe numerorum. Pallas ideo, quia ex ſolius monadis fœtu, & multiplicatione proceßit: ſicut Minerua ſolo, ex uno parente nata perhibetur. Senarius uerò, qui cum uno coniunctus ſeptenarium facit, uariæ ac multiplicis religionis, & potentiæ eſt. Primum, quòd ſolum ex omnibus numeris, qui infra decem ſunt, de ſuis partibus conſtat. Habet enim medietatem, & tertiam partẽ, & ſextam partem: & eſt medietas tria, tertia pars duo, ſexta pars unũ, quæ omnia ſimul ſex faciunt. Habet & alia ſuæ uenerationis indicia: ſed ne longior faciat ſermo faſtidiũ, unũ ex omnibus eius officiũ perſequemur: quod ideo prætulimus, quia hoc commemorato, nõ ſenarij tantum, ſed & ſeptenarij pariter dignitas adſtruetur. Humano partui frequẽtiorẽ uſum nouẽ menſium, certo numerorũ modulamine natura conſtituit: ſed ratio ſub aſciti ſenarij numeri multiplicationẽ proce dens, etiã ſeptẽ menſes compulit uſurpari. Quàm breuiter abſoluteq;, duos eſſe primos omnium numerorũ cubos, id eſt, à pari octo, ab impari uiginti ſeptem: & eſſe imparem marem, parem fœminã, ſuperius expreßimus. Horũ uterq; ſi per ſenarium numerum multiplicetur, efficiunt dierum numerum, qui ſeptem mẽſibus explicantur. Coëant enim numeri,

Pallas quur ἀ poëtis μονὰς appelletur.

Vis numeri ſenarij.

numeri, mas ille qui memoratur, & fœmina, octo scilicet & uigintiseptem, pariunt ex se quinq; & triginta. Hæc sexies multiplicata, creant decem & ducentos: qui numerus dierum mensem septimum claudit. Ita est ergo natura fœcundus hic numerus, ut primam humani partus perfectionem, quasi arbiter quidam maturitatis, absoluat. Discretio uerò partus futuri (sicut Hippocrates refert) sic in utero dignoscitur: Aut enim septuagesimo, aut nonagesimo die conceptus mouetur. Dies ergo motus, quicunque fuerit de duobus, ter multiplicatus, aut septimum, aut nonum explicat mensem. Hæc de prima septenarij copulatione libata sint. Secunda de duobus & quinque est. Ex his Dyas, quia post monadem prima est, primus est numerus. Hæc ab illa omnipotentia solitaria, in corporis intelligibilis *lineam prima defluxit. Ideo & ad uagas stellarum, & luminum sphæras refertur, quia hæ quoque ab illa, quæ ἁπλοωσις dicitur, in numerum scissæ, & in uarij motus contrarietatem retortæ sunt. Hic ergo numerus cum quinario aptissimè iungitur: dum hic ad errantes, ut diximus, ad cœli zonas ille referatur. Sed ille ratione scissionis, hic numero. Illa uerò quinario numero proprietas excepta potentiæ ultra cæteras eminentes euenit: quòd solus omnia quæq; sunt, quæq; uidentur esse, complexus est. Esse autem dicimus intelligibilia, uideri esse corporalia omnia: seu diuinum corpus habeant, seu caducum. Hic ergo numerus simul omnia & supera, & subiecta designat. Aut enim Deus summus est, aut mens ex eo nata, in qua species rerũ continentur: aut mundi anima, quæ animarum omniũ fons est: aut cœlestia sunt usq; ad nos, aut terrena natura est: & sic quinarius rerũ omniũ numerus impletur. De secunda septenarij numeri cõiunctione dicta

Dyadis & quinarij uis ac uirtus.

* linea

ctahæc, pro affectatæ breuitatis neceßitate, ſufficiant. Tertia eſt de tribus & quatuor, quæ quantum ualeat, re- uoluamus. Geometrici corporis ab impari prima planities in tribus lineis conſtat: his enim trigonalis forma conclu- ditur: à pari uerò prima in quatuor inuenitur. Item ſci- mus, ſecundum Platonem, id eſt, ſecundum ipſius ueritatis arcanum, illa ſorti inter ſe uinculo colligari, quibus inter- iecta medietas præſtat uinculi firmitatem. Cùm uerò me- dietas ipſa geminatur, ea quæ extima ſunt, non tenaciter tantùm, ſed etiam inſolubiliter uinciuntur. Primo ergo ter nario numero contigit, ut inter duo ſumma, medium quo uinciretur, acciperet. Quaternarius uerò duas medietates primus omnium nactus eſt: quas ab hoc numero deus mun danæ molis artifex cõditorq; mutuatus, inſolubili inter ſe uinculo elementa deuinxit: ſicut in Timæo Platonis aſſer- tum eſt. Nec aliter tam controuerſa ſibi ac repugnantia, & natura communionem abnuẽtia promiſceri, terrã dico & ignem, potuiſſe, nec per tam iugabilem competentiam fœderari: niſi duobus medijs, aëris, & aquæ nexibus uin- cirentur. Ita enim elementa inter ſe diuerſißima, opifex tamen Deus ordinis opportunitate connexuit, ut facilè iungerentur. Nam cùm binæ in ſingulis qualitates eſſent: talem unicuiq; de duabus alteram dedit, ut in eo cui adhæ- reret cognatam ſibi & ſimilem reperiret. Terra eſt ſicca, & frigida: aqua uerò frigida, & humida eſt. Hæc duo e- lementa, licet ſibi per ſiccum, humectumq; contraria ſint: per frigidum tamen commune iunguntur. Aër humectus, & calidus eſt: & cùm aquæ frigidæ contrarius ſit calore: conciliatione tamen ſocij copulatur humoris. Super hunc ignis cùm ſit calidus, & ſiccus, humorem quidem aëris re- ſtpuit, ſiccitate: ſed cõnectitur, ſocietate caloris. Et ita fit, ut

Laus ternarij & quaternarij.

 ſingu

singula quæq; elementorum, duo sibi hinc inde uicina singulis qualitatibus uelut quibusdã amplectãtur ulnis. Aqua terram, frigore: aërem sibi nectit, humore. Aër aquæ humecto simili, & igni calore sociatur. Ignis aëri miscetur, ut calido: terræ iungitur, siccitate. Terra ignem sicco patitur, aquam frigore non respuit. Hæc tamen uarietas uinculorum, si elementa duo forent, nihil inter ipsa firmitatis habuisset: si tria, minus quidem ualido, aliquo tamen nexu uincienda nodaret. Inter quatuor uerò insolubilis colligatio est, cùm duæ summitates duabus interiectionibus uinciuntur. Quod erit manifestius, si in medio posueris ipsam continentiam sensus, de Timæo Platonis exceptam. Diuini decoris inquit, ratio postulabat, talem fieri mundum, qui & uisum pateretur, & tactum. Constabat autẽ, neq; uideri aliquid posse, sine ignis beneficio: neque tãgi, sine solido: & solidum nihil esse, sine terra. Vnde mundi omne corpus de igni & terra instruere fabricator incipiens, uidit duo conuenire, sine medio colligante, nõ posse: & hoc esse optimum uinculum, quod & se pariter, & à se liganda deuinciat. Vnam uerò interiectionem, tunc solum posse sufficere: cùm superficies, sine altitudine, uinciẽda est At ubi arctãda uinculis est alta dimensio, nodũ nisi gemina interiectione nõ necti. Inde aërem & aquã inter ignem terramq; contexuit: & ita per omnia, una & sibi cõueniens iugabilis cõpetentia cucurrit, elementorũ diuersitatẽ ipsa differẽtiarũ æqualitate consocians. Nã quantũ interest inter aquã & aërem causa densitatis & ponderis, tantundẽ inter aërem & ignem est. Et rursus quod interest inter aërem & aquam, causa leuitatis & raritatis, hoc interest inter

Expositio est sententiæ Platonicæ, non uerborum.

terr

terram & aquã. Item quod interest inter terram & aquam, causa densitatis & ponderis, hoc interest inter aquam & aërem: Et quod inter aquã & aërem, hoc inter aërem & ignem. Et contrà, quod inter ignem & aërem, tenuitatis leuitatisq; causa, hoc inter aërem & aquam est. Et quod est inter aërem & aquam, hoc inter aquam intelligitur & terrã. Nec solum sibi uicina & cohærentia comparantur, sed eadem alternis saltibus custoditur æqualitas. Nam quod est terra ad aërem, hoc est aqua ad ignem: & quoties uerteris, eandem reperies iugabilem competentiam: ita ex ipso quo inter se sunt æqualiter diuersa, sociantur. *Hæc eò dicta sunt, ut aperta ratione constaret, neq; planitiem sine tribus, neq; soliditatem sine quatuor posse uinciri. Ergo septenarius numerus geminam uim obtinet uinciendi, quia ambæ partes eius uinculã prima sortitæ sunt: ternarius cũ una medietate, quaternarius cũ duabus. Hinc in alio loco eiusdem somnij Cicero de septenario dicit:* Qui numerus rerum omniũ ferè nodus est. *Item omnia corpora aut mathematica sunt alumna geometriæ, aut talia, quæ uisum tactumue patiantur. Horum priora tribus incrementorum gradibus constant: aut enim linea ejcitur ex puncto, aut ex linea superficies, aut ex planitie soliditas. Altera uerò corpora quatuor elementorum collato fœdere, in robur substantiæ corpulentæ concordi concretione coalescunt. Necnon omnium corporum tres sunt dimensiones, longitudo, latitudo, profunditas. Termini adnumerato effectu ultimo quatuor, punctum, linea, superficies, & ipsa soliditas. Item, cùm quatuor sint elementa, ex quibus constant corpora: terra, aqua, aër, & ignis: tribus sine dubio*

interstitijs separantur: quorũ unum est à terra usq; ad aquam, ab aqua usq; ad aërem sequens, tertiũ ab aëre usq; ad ignem. Et à terra quidem usq; ad aquam spatiũ, necessitas à physicis dicitur: quia uincire & solidare creditur, quod est in corporibus lutulentum. Vnde Homericus* censor cùm Græcis imprecaretur: Vos omnes, inquit, in terrã & aquam resoluamini: in id dicens, quod est in natura humana turbidum, quo facta est homini prima concretio. Illud uerò quod inter aquam & aërem, ἁρμονία dicitur, id est, apta & consonans conuenientia: quia hoc spatium est, quod superioribus inferiora conciliat, & facit dissona conuenire. Inter aërem uerò & ignem, obedientia dicitur: quia sicut lutulenta & grauia superioribus necessitate iunguntur: ita superiora lutulentis obedientia copulantur, harmonia media, coniunctionem utriusque præstante. Ex quatuor igitur elementis, & tribus eorum interstitijs, absolutionem corporum constare manifestum est. Ergo hi duo numeri, tria dico & quatuor, tam multiplici inter se cognationis necessitate sociati, efficiendis utriusque corporibus, consensu ministri fœderis obsequuntur. Nec solum explicandis corporibus hi duo numeri collatiuũ præstant fauorem, sed quaternarium quidem Pythagorici, quem τετρακτὺν uocant, adeò, quasi ad perfectionem animæ pertinentem, inter arcana uenerantur: ut ex eo & iurisiurandi religionem sibi fecerint, ὃ μὰ τὴν ἀμετέρᾳ ψυχῇ παράδοντα τετρακτύν. *Iuro tibi per eum, qui dat animæ nostræ quaternarium numerum. Ternarius uerò assignat animam tribus suis partibus absolutam. Quarum prima est ratio, quam λογιστικὸν appellant: secunda animositas, quam θυμικὸν uocant: tertia cupiditas, quæ ἐπιθυμητικὸν nuncupatur. Item nullus sapientum animam ex

* Menelaus. ἀλιαδ. ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

*alias, Per qui nostræ animæ numerum dedit ipse quaternũ: hanc lectionem ueram, illam uerò in textu incudatam esse appa ret.


symp

symphonijs quoq; musicis constitisse dubitauit. Inter has non paruæ potentiæ est, quæ dicitur ὁλὸ πασῶν. Hæc constat ex duabus, id est, ὁλὸ τεσσάρων, & ὁλὸ πέντε. Fit autem diapente, ex hemiolio: & fit diatessaron, ex epitrito. Et est primus hemiolius tria, & primus epitritus quatuor: quod quale sit, suo loco plenius exequemur. Ergo ex his duobus numeris constat diatessaron, & diapente: ex quibus diapason symphonia generatur. Vnde Vergilius nullius disciplinæ expers, plenè & per omnia beatos exprimere uolens, ait: O' terq; quaterq; beati.

I. Aeneidos. Secunda ratio perfectionis numeri septenarij

Hæc de partibus septenarij numeri, sectantes compendia, diximus: de ipso quoque pauca dicemus. Hic numerus ἑπτὰς nunc uocatur, antiquato usu primæ literæ. Apud ueteres enim septas uocitabatur, quod Græco nomine testabatur uenerationem debitam numero. Nam primo omnium hoc numero anima mũdana generata est, sicut Timæus Platonis edocuit. Monade enim in uertice locata, terni numeri ab eadem ex utraque parte fluxerunt: ab hac pares, ab illa impares, id est, post monadem à parte altera duo, inde quatuor, deinde octo: ab altera uerò parte tria, deinde nouem, et inde uiginti septem. Ex his numeris facta contextio, generationem animæ imperio creatoris efficit.

ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι.



Non parua ergo hinc potentia numeri huius ostenditur, quia mundanæ animæ origo septem finibus continetur.

Tertia. Septem quoque uagantiũ ſphærarũ ordinem illi ſtelliferæ & omnes continenti ſubiecit artifex fabricatoris prouidentia, quæ & ſuperioris rapidis motibus obuiarent, &
Quarta. inferiora omnia gubernarent. Lunã quoq; quaſi ex illis ſeptimam, numerus ſeptenarius mouet, curſumq; eius ipſe diſpenſat. Quod cùm multis modis probetur, ab hoc incipiat oſtendi. Luna octo & uiginti propè diebus totius zodiaci ambitũ conficit. Nam etſi per triginta dies ad ſolem, à quo profecta eſt, remeat: ſolos tamen ferè uiginti octo in tota zodiaci circuitione conſumit: reliquis, ſolem qui de loco in quo eum reliquit, abſceſſerat, comprehẽdit. Sol enim unum de duodecim ſignis integro menſe metitur. Ponamus ergo, ſole in prima parte Arietis conſtituto, ab ipſius (ut ita dicam) orbe emerſiſſe lunam, quòd eam naſci uocamus. Hæc poſt uiginti octo dies, & horas ferè ſeptem, ad primam partem Arietis redit, ſed illhic non inuenit ſolem. Interea enim & ipſe progreſſionis ſuæ lege ulterius abſceſſit: & ideo ipſa necdum putatur eò, unde profecta fuerat, reuertiſſe: quia oculi noſtri tunc, non à prima parte Arietis, ſed à ſole eã ſenſerant proceſſiſſe. Hũc ergo diebus reliquis, id eſt, duobus, plus minus'ue conſequitur: & tunc orbi eius denuo ſuccedens, ac denuo inde procedẽs, rurſus
Cur luna bis in Geminis naſcatur. dicitur naſci. Inde ferè nunquàm in eodem ſigno bis continuò naſcitur, niſi in Geminis, ubi hoc nonnunquam euenit, quia dies in eo ſol duos ſupra triginta altitudine ſigni morante conſumit: rariſſimo in alijs, ſi circa primam ſigni partem à ſole procedat. Huius ergo uiginti octo dierum numeri, ſeptenarius origo eſt. Nam ſi ab uno uſque ad ſeptem, quantum ſinguli numeri exprimunt, tantum antecedentibus addendo procedas, inuenies uiginti octo nata de ſeptem. Hunc etiam numerum, qui in quater ſeptenos

æqua

æqua sorte digeritur, ad totam zodiaci latitudinem emetiendam remetiendamq; consumit. Nam septem diebus ab extremitate septentrionalis oræ obliquè meando per latum, ad medietatem latitudinis peruenit, qui locus appellatur ecliptícus. Septem sequentibus à medio ad imum australe delabitur. Septem alijs rursus ad medium obliquata conscendit. Vltimis septem, septentrionali redditur summitati. Ita ijsdem quater septenis diebus omnem zodiaci & longitudinem, & latitudinem circum perq; discurrit. Similibus quoque dispensationibus hebdomadum luminis sui uices sempiterna lege uariando disponit. Primis enim septem, usque ad medietatem uelut diuisi orbis excrescit, & δίχότομος tunc uocatur: secundis, orbem totum renascentes ignes colligendo iam complet, & plena tunc dicitur: tertijs, δίχότομος rursus efficitur, cùm ad medietatem decrescendo contrahitur: quartis, ultima lumi nis sui diminutione tenuatur. Septem quoque permutationibus, quas φάσεις uocant Græci, toto mense distinguitur, quum nascitur, quum fit δίχότομος, & quum fit ἀμφίκυρτος, quum plena, & rursus amphicyrtos, ac denuo dichotomos, & quum ad nos luminis uniuersitate priuatur. Amphicyrtos est autem quum supra diametrum dichotomi est, antequàm orbis conclusione cingatur: uel de orbe iam minuẽs inter medietatem ac plenitudinem insuper mediam luminis curuat eminentiam. Sol quoque ipse, de quo uitam omnia mutuantur, septimo signo uices suas uariat. nam à solstitio hyemali, ad solstitium æstiuum septimo peruenit signo: & à tropico uerno, usque ad autũnale tropicum, septimi signi peragratione producitur. Tres quoque cõuersiones lucis æthereæ per hunc numerum constant. Est autem prima maxima, secunda

δίχότομος, id est, dimidio orbe cæsa.

ἀμφίκυρτος, id est, utrinq; gibbosa.

Quinta.

Sexta.

media, minima est tertia: & maxima est anni secundum solem, media mensis secundum lunam, minima diei secundum ortum & occasum. Est uerò unaquæque conuersio quadripartita: & ita constat septenarius numerus: id est, ex tribus generibus conuersionum, & ex quatuor modis, quibus unaquæque conuertitur. Hi sunt autem quatuor modi. Fit enim prima humida, deinde calida, inde sicca, & ad ultimum frigida. Et maxima conuersio, id est, anni, humida est uerno tempore: calida, æstiuo: sicca, autumno: frigida, per hyemem. Media autem conuersio mensis per lunam ita fit, ut prima sit hebdomas humida, quia nascens luna humorem assolet concitare: secunda calida, adolescẽte in ea iam luce de solis aspectu: tertia sicca, quasi plus ab ortu remota: quarta frigida, deficiente iam lumine. Tertia uerò conuersio, quæ est diei secundum ortum & occasum, ita disponitur: quòd humida sit, usque ad primam de quatuor partibus partem diei: calida, usq; ad
Septima. secundã: sicca, usque ad tertiã: quarta iam frigida. Oceanus quoq; in incremento suo hunc numerum tenet. Nam primo nascentis lunæ die fit copiosior solito: minuitur pauliſper secũdo: minoremq; uidet eum tertius quàm secundus, & ita decrescendo ad diem septimum peruenit. Rursus octauus dies manet septimo par: & nonus fit similis sexto: decimus quinto: & undecimus fit quarto par: tertio quoq; duodecimus: & tertiusdecimus fit similis secun-
Octaua. do: quartus decimus, primo. Tertia uerò hebdomas eadẽ facit, quæ prima: quarta eadẽ, quæ secũda. Hic deniq; est numerus qui hominẽ cõcipi, formari, edi, uiuere, ali, ac per omnes ætatum gradus tradi senectæ, atq; omnino constare facit. Nam ut illud taceamus, quòd uterum nulla ui seminis occupatum, hoc dierum numero natura constituit,

uelut

uelut decreto exonerandæ mulieris uectigali mense redeunte purgari: hoc tamen prætereundum non est, quia semen quod post iactum sui intra horas septem non fuerit in effusionem relapsum, hæsisse in uitam pronuntiatur. Verum semine semel intra formādi hominis monetam locato, hoc primum artifex natura molitur, ut die septimo folliculum *genitiuum circundet humori ex membrana tam tenui, qualis in ouo ab exteriore testa clauditur, & intra se claudit liquorem. Hoc cùm à physicis deprehensum sit, Hippocrates quoque ipse, qui tam fallere quàm falli nescit, experimenti certus asseruit: referens in libro qui de Natura pueri inscribitur, tale seminis receptaculū de utero eius eiectum, quam septimo post conceptum die grauidam intellexerat. Mulierem enim semine nō effuso, ne grauida maneret orantem, imperauerat saltibus concitari, atque septimo die *saltu eiectum cum tali folliculo, qualem suprà retulimus, suffeciſſe conceptui. Hæc Hippocrates. Straton uerò Peripateticus, & Diocles Caryſtius per septenos dies concepti corporis fabricam hac obſeruatione diſpensant: ut hebdomade ſecunda credant guttas ſanguinis in ſuperficie folliculi, de quo diximus, apparere: tertia demergi eas introrsum ad ipsum conceptionis humorem: quarta humorem ipsum coagulari, ut quiddam uelut inter carnem & ſanguinem liquida adhuc ſoliditate cōueniat: quinta uerò interdum fingi in ipsa ſubſtantia humoris humanam figuram, magnitudine quidem apis, ſed ut in illa breuitate membra omnia, & deſignata totius corporis lineamenta cōſiſtant. Ideo autem adiecimus, interdum, quia conſtat, quoties quinta hebdomade fingitur deſignatio iſta membrorum, menſe ſeptimo maturari partum. Cùm autem nono menſe abſolutio futura eſt, ſi quidem fœmina fabricatur

*geminum

Locus eſt in libro περὶ φύσιος ἀνθρώπου, ſed in uulgatis exēplis perperam ſcribitur περὶ ἕβδομάδων. *ſaltū ſeptimū eiciendo.

bricatur, sexta hebdomade iam membra diuidi: si masculus, septima. Post partum uerò utrum uicturum sit quod effusum est, an in utero sit præmortuum, ut tantummodo spirans nascatur, septima hora discernit. Vltra hunc enim horarum numerum, quæ præmortua nascuntur, aëris halitum ferre non possunt: quem quisquis ultra septem horas sustinuerit, intelligitur ad uitam creatus, nisi alter fortè (qualis perfectum potest) casus eripiat. Item post dies septem iactat reliquias umbilici, & post bis septem incipit ad lumen uisus eius moueri, & post septies septem liberè iam & pupulas, & totam faciem *conuertit ad motus singulos uidendorum. Post septem uerò menses dentes incipiunt mandibulis emergere. Et post bis septem, sedet sine casus timore. Post ter septem, sonus eius in uerba prorumpit. Et post quater septem, non solum stat firmiter, sed & incedit. Post quinquies septem, incipit lac nutricis horrescere, nisi fortè ad patientiam longioris usus continuata consuetudine protrahatur. Post annos septem, dentes qui primi emerserant, alijs aptioribus ad cibum solidum nascentibus cedunt, eodemq; anno, id est, septimo, plenè absoluitur integritas loquendi. Vnde & septem uocales literæ à natura dicuntur inuentæ, licet Latinitas easdem modo longas, modo breues pronuntiando, quinque pro septem tenere maluerit. Apud quos tamen, si sonos uocalium non apices numeraueris, similiter septem sunt. Post annos autem bis septem ipsa ætas necessitate pubescit. Tunc enim moueri incipit uis generationis in masculis, & purgatio fœminarum. Ideo & tutela pueris, quasi uirile iam robur, absoluitur: de qua tamen fœminæ propter uotorum festinationem, maturius biennio legibus liberantur. Post ter septenos annos, ge-

*uertit

Quã Macrobius in fœmina uotorum festinationem appellat, ea iureconsultis doli capacitas dicitur.

nas

nas flore ueſtit iuuenta, idemq; annus finem in longum creſcendi facit. Et quarta annorum hebdomas impleta, in latum quoque creſcere ultrà iam prohibet. Quinta omne uirium, quantæ ineſſe unicuique poſſunt, complet augmentum, nulloq; modo iam poteſt quiſquam ſe fortior fieri. Inter pugiles deniq; hæc conſuetudo ſeruatur, ut quos iam coronauere uictoriæ, nihil de ſe amplius in incremento uirium ſperẽt: qui uerò expertes huius gloriæ uſq; illò manſerunt, à profeſſione diſcedant. Sexies uerò ſeptẽni anni, ſeruant uires antè collectas, nec diminutionem, niſi ex accidenti, euenire patiuntur. Sed à ſexta uſq; ad ſeptimam ſeptimanam fit quidem diminutio, ſed occulta, & quæ detrimentum ſuum aperta defectione non prodat. Ideo nonnullarum rerum publicarum is mos eſt, ut poſt ſextam ad militiam nemo cogatur: in pluribus detur remiſſio iuſta poſt ſeptimam. Notandum uerò, quòd cùm numerus ſeptem ſe multiplicat, facit ætatem quæ propriè perfecta & habetur, & dicitur: adeò, ut illius ætatis homo, ut pote qui iam perfectionem & attigerit, & necdum præterierit, & conſilio aptus ſit, nec ab exercitio uirium alienus habeatur. Cùm uerò decas, qui & ipſe perfectiſſimus numerus eſt, perfecto numero, id eſt, τελείῳ, iungitur, ut aut decies ſeptem, aut ſepties deni computentur anni: hæc à Phyſicis creditur meta uiuendi, & hoc uitæ humanæ perfectum ſpatium terminatur, quod quiſquis exceſſerit, ab omni officio uacuus, ſoli exercitio ſapientiæ uacat, & omnem uſum ſui in ſuadendo habet, aliorum munerum uocatione reuerendus. A` ſeptima enim, uſq; ad decimam ſeptimanam pro captu uirium, quæ adhuc ſingulis perſeuerant, uariantur officia. Idem numerus totius corporis membra diſponit. Septem enim ſunt intra hominem, quæ à Græcis

Nona,

Membra nigra intra hominẽ.

Græcis nigra membra uocitantur: Lingua, cor, pulmo, iecur, lien, renes duo. Et ſeptem alia cum uenis & meatibus quæ adiacent ſingulis ad cibum & ſpiritum accipiendũ reddendumq; ſunt deputata: guttur, ſtomachus, aluus, ueſica, & inteſtina principalia tria: quorum unum *diſſipium uocatur, quod uentrem & cætera inteſtina ſecernit: alterum medium, quod Græci μεσεντέριον dicunt: tertiũ quod ueteres hiram uocauerunt, habeturq; præcipuum inteſtinorum omnium, & cibi retrimenta deducit. De ſpiritu autem & cibo, quibus accipiendis, ut relatum eſt, atq; reddẽdis membra, quæ diximus cum meatibus ſibi adiacentibus obſequuntur, hoc obſeruatum eſt: quòd ſine hauſtu ſpiritus ultra horas ſeptem, ſine cibo ultra totidem dies uita nõ durat. Septem quoq; ſunt gradus in corpore, qui dimenſionem altitudinis ab imo in ſuperficiem complent, medulla, os, neruus, uena, arteria, caro, cutis. Hæc de interioribus. In aperto quoq; ſeptem ſunt corporis partes, caput, pectus, manus, pedesq; & pudendum. Item quæ diuiduntur, non niſi ſeptem compagibus iuncta ſunt: ut in manibus eſt humerus, brachium, cubitus, uola & digitorum terni nodi. In pedibus uerò femur, genu, tibia, pes ipſe, ſub quo uola eſt, & digitorum nodi terni ſimiliter. Et quia ſenſus, eorumq; miniſteria, natura in capite uelut in arce conſtituit, ſeptem foraminibus ſenſuum celebrantur officia, id eſt, oris: ac deinde oculorum, narium & auriũ, binis. Vnde non immerito hic numerus totius fabricæ diſpenſator & dominus, ægris quoq; corporibus periculum ſanitatem'ue denuntiat. Imò ideo & ſeptem motibus omne corpus agitatur: aut enim acceßio eſt, aut receßio: aut in læuã, dextram'ue deflexio: aut ſurſum quis, ſeu deorſum moueatur, aut in orbem rotatur. Tot uirtutibus inſignitus ſeptenar

*Diſſeptũ ĩ antiq. cod. eſt aũt διάφραγμα.

Decima.

Vndecima.

ptenarius, quas uel de partibus suis mutuatur, uel totus exercet, iure plenus et habetur, & dicitur. Et absoluta (ut arbitror) ratione iam constitit, cur diuersis ex causis, octo & septem pleni uocentur. Sensus autem hic est, cum ætas tua quinquagesimum & sextum annum compleuerit, quæ summa tibi fatalis erit, spes quidem salutis publicæ te uidebit, & pro remedijs communis bonorum omnium status uirtutibus tuis dictatura debebitur: *sed si euaseris insidias propinquorum. Nam per septenos octies solis anfractus reditusq;, quinquaginta & sex significat annos: anfractum solis & reditum annum uocans: anfractum, propter zodiaci ambitum: reditum, quia eadem signa per annos singulos certa lege metitur. *scilicet

Obscura inuolutaq; semper esse signa ac somnia de aduersis. Et tamen semper subesse aliquid, quo posit quo quo modo deprehendi ueritas, modo diligens adsit scrutator.

CAP. VII.

Hic quidam mirantur, quid sibi uelit ista dubitatio, Si effugeris: quasi potuerit diuina anima, & olim cœlo reddita, atq; hic maximè scientiam futuri professa, nescire, posit'ne nepos suus an non posit euadere. Sed non aduertunt hanc habere legem omnia uel signa, uel somnia: ut de aduersis obliquè aut denuntient, aut minentur, aut moneant. Et ideo quædam cauendo transimus, alia exorando & litando uitantur: sunt alia ineluctabilia, quæ nulla arte, nullo auertuntur ingenio. Nam ubi admonitio est, uigilãtia cautionis euaditur. Quod apportant minæ, litatio propitiationis auertit. Nunquam denuntiata uanescunt. Hîc subijcies: Vnde igitur ista discernimus, ut posit, cauendum'ne, an exorandum, an uerò patiendum sit, deprehendi? Sed præsentis operis fuerit, insinuare, qualis soleat in

diuinat

diuinationibus esse affectata confusio: ut desinas uelut de inserta dubitatione murari. Cæterum in suo quoq; opere artificis erit, signa quærere, quibus ista discernat: nisi hoc uis diuina impediat. Nam illud:

Aeneid.3. —Prohibent nam cætera Parcæ

Scire: Maronis est ex intima disciplinæ profundita te sententia. Diuulgatis etiam docemur exemplis, quàm plenè semper cùm prædicuntur futura, ita dubijs obseruantur: ut tamẽ diligens scrutator, nisi diuinitus (ut diximus) impediatur, subesse reperiat apprehendendæ uestigia ueritatis. ut ecce Homericum somnium à Ioue, ut dicitur, missum, ad conserendam futuro die cum hostibus manum, sub aperta promissione uictoriæ, spem regis animauit. Ille uelut diuinum secutus oraculum, cõmisso prælio, amissis suorum plurimis, uix ægreq; in castra remeauit: num dicendũ est deum mandasse mendaciũ? Non ita est. Sed quia illũ casum Græcis fata decreuerãt, latuit in uerbis somnij, quod animaduersum uel ad uerè uincendũ, uel ad cauendũ saltẽ potuisset instruere. Habuit enim præceptio, ut uniuersus produceretur exercitus. At ille sola pugnandi hortatione contentus, non uidit quid de producenda uniuersitate præceptum sit: prætermissoq; Achille, qui tunc recenti lacessitus iniuria, ab armis cũ suo milite feriabatur, rex progressus in prælium, & casum qui debebatur, excepit, & absoluit somnium inuidia mentiendi, non omnia, de imperatis sequendo. Parem obseruantiæ diligentiam, Homericæ per omnia perfectionis imitator Maro, in talibus quoq; rebus obtinuit. Nam apud illum Aeneas ad regionem instruendo regno fataliter eligendam, satis abundeq; Delio instructus oraculo, in errorem tamen unius uerbi negligentia relapsus est. Non equidẽ locorũ fuerat, quæ petere deberet,

Ibid.8.

beret,nomen insertum: sed cùm origo uetus parentum sequenda diceretur,fuit in uerbis quod inter Cretam & Italiam(quæ ipsius gentis autores utraq; produxerant) magis ostenderet,& (quod aiunt) digito demõstraret Italiã. Nam quum fuissent inde Teucer,hinc Dardanus,uox sacra sic alloquẽdo, Dardanidæ duri, aperte consulentibus Italiam,de qua Dardanus profectus esset,obiecit,appellan Aeneid.3. do eos parentis illius nomine,cuius erat origo rectius eligenda.Et hic certæ quidem denũtiationis est,quod de Scipionis fine prædicitur:sed gratia cõciliandæ obscuritatis, inserta dubitatio,dicto tamen quod indicio somnij continetur,absoluitur. Nam cum dicitur, Circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint, uitari hunc finem non posse pronuntiat. Quòd autem Scipioni reliquos uitæ actus sine offensa dubitandi per ordinem retulit,& de sola morte simulis est usus ambigenti: hæc ratio est, quòd siue dum humano uel mœrori parcitur, uel timori, seu quod utile est,hoc maximè latere, pronius cætera oraculis quàm uitæ finis exprimitur: aut cum dicitur, non sine aliqua obscuritate profertur.

Quatuor esse uirtutum genera,politicas,purgatorias, animi purgati,& exemplares.Et cum uirtus beatos efficiat, fitq; primum illud uirtutum genus in Rerump.gubernatoribus:ideo hos utiq; fore felices. CAP. VIII.

His aliqua ex parte tractatis, progrediamur ad reliqua: Sed quò sis Africane alacrior, ad tutandam Rempub.sic habeto: Omnibus qui patriam conseruauerint,adiuuerint,auxerint,certum esse in cœlo definitum locum, ubi beati æuo sempiterno fruãtur.Nihil est enim illi principi Deo, qui omnẽ mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius

ptius, quàm concilia cœtusq; hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Earum rectores & seruatores hinc profecti, huc reuertuntur. Bene & opportunè, postquam de morte prædixit, mox præmia bonis post obitum speranda, subiecit: quibus adeò à metu prædicti interitus cogitatio uiuentis erecta est, ut ad moriendi desiderium ultro animaretur, maiestate promissa

Beatitas. sæ beatitudinis, & cœlestis habitaculi. Sed de Beatitate, quæ debetur conseruatoribus patriæ, pauca dicenda sunt: ut posteà locum omnem, quem hic tractandum recepimus, resoluamus. Solæ faciunt uirtutes beatum, nullaq;

Sola uirtute beatos effici. alia quisquam uia hoc nomen adipiscitur. Vnde qui existimant, nullis nisi philosophantibus inesse uirtutes, nullos præter philosophos beatos esse pronuntiant. Agnitionem enim rerum diuinarum, sapientiam propriè uocantes, eos tantummodo dicunt esse sapientes, qui superna acie mentis requirunt, & quærendi sagaci diligentia comprehendunt: & quantum uiuendi perspicuitas præstat, imitantur. Et in hoc solo esse aiunt exercitia uirtutum, quarum officia sic dispensant: Prudentiæ esse, mundum istum & omnia quæ mundo insunt, diuinorum contemplatione despicere: omnemq; animæ cogitationem in sola diuina dirigere. Temperantiæ omnia relinquere, inquantum natura patitur, quæ corporis usus requirit. Fortitudinis, non terreri animam à corpore quodammodo ductu philosophiæ recedentem, nec altitudinem perfectæ ad superna ascensionis horrere. Iustitiæ ad unam sibi huius propositi consentire uiam uniuscuiusq; uirtutis obsequium. Atq; ita fit, ut secundum hoc tam rigidæ definitionis abruptum, Rerumpub. rectores beati esse non possint. Sed Plotinus inter philo-

Officia uirtutũ secũdum Stoicos.

sophiæ

sophiæ professores cum Platone princeps, libro de Virtutibus, gradus earum uera & naturali diuisionis ratione compositos, per ordinem digerit. Quatuor sunt, inquit, quaternarum genera uirtutum. Ex his primæ politicæ uocantur, secundæ purgatoriæ, tertiæ animi iam purgati, quartæ exemplares. Et sunt Politicæ hominis, quia sociale animal est. His boni uiri Reipub. consulunt, urbes tuentur: his parentes uenerantur, liberos amant, proximos diligunt: his ciuium salutem gubernant: his socios circunspecta prouidentia protegunt, iusta liberalitate deuinciunt: hisq; sui memores alios facere merendo. Et est politicæ prudentiæ ad rationis normam, quæ cogitat, quæq; agit uniuersa dirigere, ac nihil præter rectum uelle, uel facere: humanisq; actibus, tanquam diuis arbitris, prouidere. Prudentiæ insunt ratio, intellectus, circunspectio, prouidentia, docilitas, cautio. Fortitudinis est, animũ supra periculi metum agere: nihilq;, nisi turpia, timere: tolerare fortiter uel aduersa, uel prospera. Fortitudo præstat magnanimitatem, fiduciam, securitatem, magnificentiam, constantiam, tolerantiam, firmitatem. Temperantiæ, nihil appetere pœnitendum, in nullo legem moderationis excedere, sub iugum rationis cupiditatem domare. Temperantiam sequuntur, modestia, uerecundia, abstinentia, castitas, honestas, moderatio, parcitas, sobrietas, pudicitia. Iustitiæ, seruare unicuique quod suum est. De iustitia ueniunt, innocentia, amicitia, concordia, pietas, religio, affectus, humanitas. His uirtutibus uir bonus, primum sui, atque inde Reipu. rector efficitur, iuste ac prouide gubernans humana, diuina non deserens. Secundæ, quas purgatorias uocant, hominis sunt, qui diuini capax est, solumq; animum eius exd pediunt,

Quatuor uirtutum genera secundum Platonicos.

Primũ genus.

Aeneidos. 6

Secundum.

pediunt, qui decreuit se à corporis contagione purgare, & quadam humanorum fuga solus se inserere diuinis. Hæ sunt otiosorum, qui à Rerump. actibus se sequestrant. Harum quid singulæ uelint, superius expreßimus, cum de uirtutibus philosophantiũ dicercmus, quas solas quidam

Tertium. existimauerunt esse uirtutes. Tertiæ sunt purgati iam defæcatiq; animi, & ab omni mundi huius aspergine preßè pureq; deterſi. Illhic Prudẽtiæ est, diuina non quasi in electione præferre, sed sola nosse: & hæc, tanquam nihil sit aliud, intueri. Temperantiæ, terrenas cupiditates non reprimere, sed penitus obliuisci. Fortitudinis, paßiones ignorare, non uincere, ut nesciat irasci, cupiat nihil. Iustitiæ,

Quartum. ita cum superna & diuina mente sociari, ut seruet perpetuum cum ea fœdus imitãdo. Quartæ exẽplares sunt, quæ in ipsa diuina mente consistunt, quam diximus νοῦν uocari: à quarũ exemplo reliquæ omnes per ordinẽ defluunt. Nam si rerum aliarum, multo magis uirtutum ideas esse in mente credendum est. Illhic Prudentia est, mens ipsa diuina: Temperantia, quòd in se perpetua intentione conuersa est: Fortitudo, quòd semper idem est, nec aliquando mutatur: Iustitia, quòd perenni lege à sempiterna operis

Horum generũ discrimen. sui continuatione non flectitur. Hæc sunt quaternarum quatuor genera uirtutum, quæ præter cætera, maximam in paßionibus habent differentiam sui. Paßiones autem (ut scimus) uocantur, quod homines metuunt cupiuntq;,

Aeneid. 6 dolent gaudentq;. Has primæ molliunt, secundæ auferunt, tertiæ obliuiscuntur, in quartis nefas est nominari. Si ergo hoc est officium & effectus uirtutũ, beare: constat autem

Declaratio uerborum Tullij. & politicas esse uirtutes: igitur ex politicis efficiuntur beati. Iure ergo Tullius de Rerumpub. rectoribus dixit, Vbi beati æuo sempiterno fruantur. Qui ut ostenderet,

deret, alios otiosis, alios negotiosis uirtutibus fieri beatos, non dixit absolutè, Nihil esse illi principi Deo acceptius quàm ciuitates: sed adiecit, Quod quidem in terris fiat: ut eos, qui ab ipsis cœlestibus incipiunt, discerneret à rectoribus ciuitatum, quibus per terrenos actus iter paratur ad cœlum. Illa autem definitione quid preßius potest esse, quid cautius de nomine ciuitatum: Quàm concilia, inquit, cœtusq; hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur? Nam & seruilis quondam, & gladiatoria manus concilia hominum & cœtus fuerunt: sed non iure sociati. Illa autem sola iusta est multitudo, cuius uniuersitas in legum consentit obsequium.

Quo sensu rerum publicarũ rectores è cœlo descendisse, eoq; reuerti dicantur. CAP. IX.

QVod uerò ait: Harum rectores & seruatores hinc profecti, huc reuertuntur: hoc modo accipiendum est: Animarũ originem manare de cœlo, inter rectè philosophantes indubitatæ constat esse sententiæ. Et animæ, dum corpore utitur, hæc est perfecta sapientia: ut unde orta sit, de quo fonte uenerit, recognoscat. Hinc illud à quodã inter alia seu festiua, seu mordacia, seriò tamen usurpatum est. De cœlo descendit, γνῶθι σεαυτόν. Nam & Delphici uox hæc fertur oraculi, cõsulenti, ad beatitatem quo itinere peruenire: Si te, inquit, agnoueris. Sed & ipsius fronti tẽpli hæc inscripta sententia est. Homini autem (ut diximus) una est agnitio sui: si originis natalisq; principia atq; exordia prima respexerit, nec se quesierit extrà. Sic enim anima uirtutes ipsas conscientia nobilitatis ĩnduitur, quibus post corpus euecta, eò unde descenderat, reportatur: quia nec corporea sordescit, nec oneratur eluuie, quæ puro ac leui fonte uirtutum rigatur: nec deseruis-

Iunenalis. Oraculũ Crœso datũ, σεαυτόν γνῶναι κρεῖσσον ἢ θεοῖς πρέπει. Persius.

se unquam cœlum uidetur, quod respectu & cogitationibus posßidebat. Hinc anima, quam in se pronam corporis usus efficit, atque in pecudem quodammodo reformauit ex homine, & absolutionem corporis perhorrescit, & cum necesse est, Non nisi cum gemitu fugit indignata sub umbras. Sed nec post mortem facilè corpus relinquit, quia non *funditus corporeæ excedunt pestes: sed aut suum oberrat cadauer, aut noui corporis ambit habitaculum: non humani tantummodo, sed ferini quoq; electo genere moribus cõgruo, quos in homine libẽter exercuit: mauultq; omnia perpeti, ut cœlum, quod uel ignorando, uel dißimulando, uel potius prodendo deseruit, euadat. Ciuitatum uerò rectores, cæteriq; sapientes, cœlum respectu, uel cum adhuc corpore tenentur, habitantes: facilè post corpus, cœlestem, quam penè non reliquerant, sedem reposcunt. Nec enim de nihilo, aut de uana adulatione ueniebat, quòd quosdam urbium conditores, aut claros in Republica uiros in numerum Deorum consecrarit antiquitas. Sed Hesiodus quoque diuinæ sobolis assertor, priscos reges cum Dijs alijs enumerat: hisq; exemplo ueteris potestatis etiam in cœlo regendi res humanas assignat officium. Et ne cui fastidiosum sit, si uersus ipsos, ut poëta Græcus protulit, inseramus, referemus eos, ut ex uerbis eius in Latina uerba conuersi sunt,

Aeneid. 12 *facilè

Indigetes diui fato summi Iouis hi sunt:
Quondã homines, modò cum superis humana tuentes,
Largi, ac munifici, ius regum nunc quoque nacti.

Hoc & Vergilius non ignorat, qui licet argumento suo seruiens, heroas in inferos relegauerit: non tamen eos abducit à cœlo: sed æthera bis deputat largiorem, & nosse eos solem suum ac sua sidera profitetur: ut geminæ doctrinæ

σοι μὲν δαίμονες εἰσι διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς ἐσθλοὶ ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων οἱ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα. πολυπότναι, καὶ τοῦτο γέρας βασιλήιον ἔσχον.

ctrinæ obſeruationes præſtiterit, & poëticæ figmentum, & philoſophiæ ueritatem. Etſi ſecundum illum res quoq; leuiores quas uiui exercuerãt, etiam poſt corpus exercent:

—Quæ gratia currûm Aeneid. 6
Armorumq; fuit uiuis, quæ cura nitenteis
Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.

Multo magis rectores quondam urbium recepti in cœlum, curam regendorum hominum non relinquunt. Hæ autem animæ in ultimam ſphæram recipi creduntur, quæ aplanes uocatur. Nec fruſtra hoc uſurpatũ eſt, ſiquidem inde profectæ ſunt. Animis enim necdum deſiderio corporis irretitis, ſiderea pars mundi præſtat habitaculum, & inde labuntur in corpora. Ideo his illò eſt reditio, qui merentur. Rectiſſimè ergo dictum eſt, cùm in galaxian, quem aplanes continet, ſermo iſte procedat, hinc profecti, huc reuertuntur. Ad ſequentia tranſeamus.

Quid ſecundum priſcos illos theologos inferi, & quando ex eorum ſententia anima aut uiuere, aut mori dicatur. CAP. X.

Hic ego etſi eram perterritus, non tam mortis metu, quàm inſidiarum à meis: quæſiui tamen, uiueret ne ipſe, & Paulus pater, & alij, quos nos extinctos arbitrabamur. Vel fortuitis & inter fabulas elucent ſemina infixa uirtutum: quæ nunc uideas licet, ut è pectore Scipionis uel ſomniantis emineant. In re enim una, politicarum uirtutum omnium pariter exercet officium. Quòd non labitur animo prædicta morte perterritus: fortitudo eſt. Quòd ſuorum terretur inſidijs, magisq; alienum facinus, quàm ſuum horreſcit exitium: de pietate & nimio in ſuos amore procedit. Hæc autem diximus ad iuſtitiam referri, quæ ſeruat unicuique quod

ſuum eſt. Quòd ea quæ arbitratur, non pro compertis habet, ſed ſpreta opinione, quæ minus cautis animis pro uero inoleſcit, quærit diſcere certiora: indubitata prudentia eſt. Quòd cùm perfecta beatitas, & cœleſtis habitatio humanæ naturæ, in qua ſe nouerat eſſe, promittitur, audiendi tamẽ talia deſiderũ frænat, temperat, & ſequeſtrat, ut de uita aui & patris interroget: quid niſi temperantia eſt? ut iam tum liqueret Africanum per quietem ad ea loca quæ ſibi deberentur, adductum. In hac autem interrogatione de animæ immortalitate tractatur. Ipſius enim conſultationis hic ſenſus eſt: Nos, inquit, arbitrabamur animam cum fine morientis extingui: nec ulterius eſſe poſt hominẽ. Ait enim, Quos extinctos eſſe arbitrabamur. Quod autem extinguitur, eſſe iam deſinit. Ergo uelim dicas, inquit, ſi & pater Paulus tecum, & alij ſuperſunt. Ad hanc interrogationem, quæ & de parentibus, ut à pio filio, & de cæteris, ut à ſapiente ac naturam ipſam diſcutiente, proceſſit, quid ille reſpondit? Imò uerò, inquit, hi uiuunt, qui corporum uinculis tanquam è carcere euolauerunt. Veſtra uerò quę dicitur eſſe uita, mors eſt. Si ad inferos meare mors eſt, & eſt uita eſſe cum ſuperis: facilè diſcernis, quæ mors animæ, quæ uita credenda ſit: ſi conſtiterit, qui locus habendus ſit inferorum, ut anima, dum ad hunc truditur, mori: cùm ab hoc procul eſt, uita frui, & uerè ſupereſſe credatur. Et quia totũ tractatũ, quem ueterũ ſapientia de inueſtigatione huius quæſtionis agitauit, in hac latentẽ uerborũ paucitate reperies: ex omnibus aliqua, quibus nos de rei quã quærimus abſolutione ſufficiet admoneri, amore breuitatis excerpſimus. Antequàm ſtudiũ philoſophiæ circa naturæ inquiſitionẽ ad tantum uigoris adoleſceret, qui per diuerſas

Explicant uerba Ciceronis.

gentes

Gentes autores in constituendis sacris ceremoniarum fue
runt, aliud esse inferos negauerunt, quàm ipsa corpora, quibus inclusæ animæ, carcerem fœdum tenebris, horridũ sordibus & cruore patiuntur. hoc animæ sepulchrũ, hoc Ditis cõcaua, hoc inferos uocauerũt. Et omnia quæ illhic esse credidit fabulosa persuasio, in nobismetipsis, & in ipsis humanis corporibus assignare conati sunt: obliuiõis fluuiũ, aliud non esse asserentes, quàm errorẽ animæ obliuiscentis maiestatẽ uitæ prioris, qua antequàm in corpus truderetur potita est, solamq; esse in corpore uitam putantis. Pari interpretatione Phlegetontẽ, ardores irarũ & cupiditatũ putarunt. Acherontem, quicquid feciſſe dixiſſe ue usq; ad tristitiã humanæ uarietatis more, nos pœnitet. Cocytum, quicquid homines in luctũ lachrymasq; cõpellit. Stygẽ, quicquid inter se humanos animos in gurgite mergit odiorum. Ipsam quoq; pœnarũ descriptionẽ, de ipso usu cõuersationis humanæ sumptã crediderũt: Vulturem iecur immortale tundentem, nihil aliud intelligi uolentes, quàm tormenta conscientiæ, obnoxia flagitio, uiscera interiora rimantis, & ipsa uitalia indefessa admissi sceleris admonitione laniantis, semperq; curas, si requiescere fortè tentauerint, excitantis: tanquam fibris renascentibus inhærendo, nec ulla sibi miseratione parcentis: lege hac, qua se iudice nemo nocens absoluitur, nec de se suam potest uitare sententiam. Illos autem epulis ante ora positis excruciari fame, & inedia tabescere, quos magis magisq; acquirendi desiderium cogit præsentem copiam non uidere, & in affluentia inopes, egestatis mala in ubertate patiuntur, nescientes parta respicere, dum egent habendis. Illos radijs rotarum pendere districtos, qui nihil consilio præuidentes, nihil ratione moderantes, nihil uirtuti-

Inferos quid esse putarint homines antiquissimi.

Flumina inferorum quid sibi uelint.

Pœnæ inferorum quomodo accipiendæ.

bus explicantes, seq; & actus suos omnes fortunæ permittentes, casibus & fortuitis semper rotantur. Saxum ingens uoluere, inefficacibus laboriosisq; conatibus uitam terentes. Atram silicem lapsuram semper, & cadenti simile, illorum capitibus imminere, qui arduas potestates, & infaustam ambiunt tyrannidem, nunquàm sine timore uicturi, & cogentes subiectum uulgus odisse, dum metuat, semper sibi uidentur exitium quod merentur, exTusc. 5. cipere. Nec frustra hoc theologi suspicati sunt. Nam Dionysius aulæ Siculæ inclementissimus incubator, familiari quondam suo solam beatam existimanti uitam tyranni: uolens quàm perpetuo metu misera, quamq; impendentium semper periculorum plena esset ostendere, gladium uagina raptum, & à capulo de filo tenui pendentem, mucrone demisso, iussit familiaris illius capiti inter epulas imminere. Cumq; ille & Siculas & tyrannicas copias præsentis mortis periculo aspernaretur: Talis est (inquit Dionysius) uita, quam beatam putabas, sic nobis semper mortem imminentem uidemus. Existima ergo, quando felix esse poterit, qui timere non desinit. Secun-

Quando mori & quãdo uiuere dicat anima.

dum hæc igitur, quæ à theologis asseruntur, si uerè suos quisque patimur manes, & inferos in his corporibus esse credimus, quid aliud intelligendum est, quàm mori animam, cùm ad corporis inferna demergitur: uiuere autem, cùm ad supera post corpus euadit?

Quid & ubi inferi secundum Platonicos, quando horum sententia aut uiuere anima, aut mori dicatur.

CAP. XI.

Dicendum est, quid his postea ueri solicitior inquisitor, philosophiæ cultus adiecerit. Nam & qui primùm Pythagoram, & qui postea Platonem secuti sunt,

duas

duas esse mortes, unam animæ, animalis alteram prodiderunt. Mori animal, cùm anima discedit è corpore: ipsam uerò animam mori asserentes, cum à simplici & indiuiduo fonte naturæ in membra corporea dißipatur. Et quia una ex his manifesta, & omnibus nota est, altera non nisi à sapientibus deprehensa, cæteris eam uitam esse credentibus: ideo hoc ignoratur à plurimis, cur eundem mortis Deum, modo Ditem, modo Immitem uocemus: cùm per alteram, id est, animalis mortem, absolui animã, & ad ueras naturæ diuitias, atq; ad propriam libertatem remitti, fausti nomen indicio sit: per alteram uerò, quæ uulgò uita existimatur, animam de immortalitatis suæ luce ad quasdam tenebras mortis impelli, uocabuli testemur horrore. Nam ut constet animal, necesse est in corpore anima uinciatur. Ideo corpus δέμας, hoc est, uinculum, nuncupatur, & σῶμα, quasi quoddam σῆμα, id est, animæ sepulchrum. Vnde Cicero pariter utrunq; significans, corpus esse uinculum, corpus esse sepulchrũ, quod carcer est sepultorum, ait: Quí è corporũ uinculis tanquam è carcere euo lauerũt. Inferos autẽ Platonici non in corporibus esse, id est, nõ à corporibus incipere, dixerunt: sed certã mundi ipsius partem Ditis sedem, id est, inferos uocauerũt. De loci uerò ipsius finibus inter se dissona publicarunt, & in tres sectas diuisa sententia est. Alij enim mundum in duo diuiserunt, quorum alterum facit, alterũ patitur. Et illud facere dixerunt, quod cum sit immutabile, alteri causam & necessitatem permutationis imponit: Hoc pati, quod per mutationes uariatur. Et immutabilem quidem mundi partem à sphæra quæ aplanes dicitur, usque ad globi lunaris exordium. Mutabilem uerò à luna ad terras usque dixerunt. Et uiuere animas dum immutabili parte con-

Animal hîc pro corpore.

Plato Gorg. & Cratylo.

Inferi secũdum Platonicos, & eorum locus.

sistunt, mori autem cùm ad partem ceciderint permutatio nis capacem. Atque ideo inter lunam terrasq; locum mortis & inferorum uocari: ipsamq; lunã uitæ esse mortisq; confinium: & animas inde in terram fluentes mori, inde ad supera meantes in uitam reuerti. Nec immeritò existimatum est. A luna enim deorsum natura incipit caducorum, ab hac animæ sub numerum dierum cadere, & sub tempus incipiunt. Denique illam ætheream terram physici uocauerũt, & habitatores eius lunares populos nuncupauerunt: quod ita esse plurimis argumentis, quæ nunc longum est enumerare, docuerunt. Nec dubium est, quin ipsa sit mortalium corporũ & autor & conditrix: adeò, ut nonnulla corpora sub luminis eius accessu patiantur augmenta, & hac decrescente minuantur. Sed ne de re manifesta fastidium prolixa assertione generetur, ad ea quæ de inferorum loco alij definiunt, transeamus. Maluerunt enim mundũ alij in elementa ter quaterna diuidere, ut in primo numerentur ordine, terra, aqua, aër, ignis, quæ est pars liquidior aëris uicina lunæ. Supra hæc rursum totidem numero, sed naturæ purioris elementa, ut sit luna pro terra, quam ætheream terram à physicis diximus nominatam, aqua sit sphæra Mercurij, aër Veneris, ignis in Sole: tertius uerò elementorum ordo ita ad nos conuersus habeatur, ut terram ultimam faciat, & cæteris in medium redactis, in terram desinat tam ima quàm summa postremitas. Igitur sphæra Martia ignis habeatur, aër Iouis, Saturni aqua, terra uerò aplanes: in qua Elysios campos esse puris animis deputatos, antiquitas nobis intelligendum reliquit. De his campis anima cum in corpus emittitur, per tres elementorum ordines trina morte ad corpus usque descendit. Hæc est inter Platonicos de mor-

te anim

te animæ, cùm in corpus truditur, secunda sententia. Alij uerò (nam tres inter eos esse sententiarum diuersitates antè signauimus) in duas quidem & ipsi partes, sicut primi faciunt, sed non ijsdem terminis diuidunt mundum. Hi enim cœlum, quod aplanes sphæra uocitatur, partè unam: septem uerò sphæras, quæ uagæ uocantur, & quod inter illas ac terram est, terramq; ipsam alterà partem esse uolucrunt. Secundum hos ergo, quorũ sectæ amicior est ratio, animæ beatæ ab omni cuiuscunq; cõtagione corporis liberæ cœlum posident. Quæ uerò appetentiam corporis, & huius, quam in terris uitam uocamus, ab illa speculà altißima & perpetua luce despiciens, desiderio latenti cogitauerit, pondere ipso terrenæ cogitationis paulatim in inferiora delabitur. Nec subitò à perfecta incorporali- Incorporalitas tate luteũ corpus induitur, sed sensim per tacita detrimenta, & longiorẽ simplicis & absolutißimæ puritatis recessum, in quædã siderei corporis incremẽta turgescit. In singulis enim sphæris, quæ cœlo subiectæ sunt, ætherea obuolutione uestitur: ut per eas gradatim societati huius indumẽti testei cõcilietur. Et ideo totidẽ mortibus, quot sphæras transit, ad hanc peruenit, quæ in terris uita uocitatur.

Quomodo anima ex superiore mundi parte ad inferna hæc delabatur. CAPVT XII.

DEscensus uerò ipsius, quo anima de cœlo in huius uitæ inferna delabitur, sic ordo digeritur: Zodiacum ita lacteus circulus obliquæ circunflexionis occursu ambiendo amplectitur: ut eum quà duo tropica signa Capricornus & Cancer ferũtur, intersecet. Has Solis portas physici uocauerunt, quia in utraque obuiante solstitio, ulterius solis inhibetur accessio: & fit ei regressus ad zonæ uiam, cuius terminos nũquam relinquit. Per has portas

tas animæ de cœlo in terras meare, & de terris in cœlum remeare creduntur. Ideo hominum una, altera Deorum uocatur. Hominum Cancer, quia per hunc in inferiora descensus est: Capricornus Deorum, quia per illum animæ in propriæ immortalitatis sedem, & in Deorum numerũ
Ostuas v. reuertuntur. Et hoc est, quod Homeri diuina prudentia in antri Ithacensis descriptione significat. Hinc & Pythagoras putat à lacteo circulo deorsum incipere Ditis imperium, quia animæ inde lapsæ uidentur iam à superis recessisse. Ideo primam nascentibus ait lactis alimoniam offerri, quia primus eis motus à lacteo incipit in corpora terrena labentibus. Vnde & Scipioni de animis beatorum, ostenso lacteo, dictum est: Hinc profecti, huc reuertuntur. Ergo descensuræ cùm adhuc in Cancro sunt, quoniã illhic positæ necdum lacteum reliquerunt, adhuc in numero sunt Deorum. Cùm uerò ad Leonem labendo peruenerint, illhic conditionis futuræ auspicantur exordium. Et quia in Leone sunt rudimenta nascendi, & quædam humanæ naturæ tyrocinia: Aquarius autem aduersus Leoni est, & illo oriente mox occidit: ideo cùm sol Aquarium tenet, mánibus parentatur, utpote in signo, quod humanæ uitæ contrarium uel aduersum feratur. Illhinc ergo, id est, à confinio quo se zodiacus lacteusq; contingunt, anima descendens à tereti, quæ sola forma diuina est, in conum defluendo producitur, sicut à puncto nascitur linea, & in longum ex indiuiduo procedit: ibiq; à puncto suo quod est monas, uenit in dyadem, quæ
detractio est prima protractio. Et hæc est essentia, quam indiuiduam, eandemq; diuidiam Plato in Timæo, cùm de mundanæ animæ fabrica loqueretur, expressit. Animæ enim, sicut mundi, ita & hominis unius, modo diuisionis

rep

reperiuntur ignaræ, si diuinæ naturæ simplicitas cogitetur: modo capaces, cùm illa per mundi, hæc per hominis membra diffunditur. Anima ergo cum trahitur ad corpus, in hac prima sui productione syluestrem tumultum, id est, hylen influentem sibi incipit experiri. Et hoc est, quod Plato notauit in Phædone, animam in corpus trahi noua ebrietate trepidantem: uolens nouum potum materialis alluuionis intelligi, quo delibuta & grauata deducitur. Arcani huius indicium est & crater Liberi patris ille sidereus, in regione quæ inter Cancrũ est & Leonem locatus, ebrietatem illhic primum descensuris animis euenire sylua influente significans. Vnde & comes ebrietatis obliuio, illhic incipit animis latenter obrepere. Nam si animæ memoriam rerum diuinarum, quarum in cœlo erant conscia, ad corpora usq; deferrent: nulla inter homines foret de diuinitate dissensio. Sed obliuionem quidem omnes descendendo hauriunt: aliæ uerò magis, minus aliæ. Et ideo in terris, uerum cum non omnibus liqueat, tamen opinantur omnes: quia opinionis ortus est memoriæ defectus. Hi tamen hoc magis inueniunt, qui minus obliuionis hauserunt: quia facilè reminiscuntur, quid illhic antè cognouerint. Hinc est, quòd quæ apud Latinos lectio, apud Græcos uocatur repetita cognitio: quia cùm uera discimus, ea recognoscimus quæ naturaliter noueramus, antequàm materialis influxio in corpus ueniẽtes animas ebriaret. Hæc est autẽ hyle, quæ omne corpus mundi, quod ubicunq; cernimus, ideis impressa formauit. Sed altissima & purissima pars eius, qua uel sustentantur diuina, uel cõstant, nectar uocatur, & creditur esse potus Deorũ: inferior uerò & turbidior, potus animarum. Et hoc est quod ueteres Letheum fluuium uocauerunt. Ipsum autem

Sidus crateris inter coruum & anguem.

ἀναγνώσεις.

Lib

Liberum patrem Orphaici νῶν ὑλικὸν ſuſpicantur intelligi, qui ab illo indiuiduo natus, in ſingulos ipſe diuiditur. Ideo in illorum ſacris traditur Titaneo furore in membra diſcerptus, & fruſtis ſepultis rurſus unus & integer emerſiſſe: quia νῶς, quem diximus mentem uocari, ex indiuiduo præbendo ſe diuidendum, & rurſus ex diuiſo ad indiuiduum reuertẽdo, & mundi implet officia, & naturæ ſuæ arcana non deſerit. Hoc ergo primo pondere de zodiaco & lacteo ad ſubiectas uſq; ſphæras anima delapſa, dum & per illas labitur, in ſingulis non ſolum (ut iam diximus) luminoſi corporis amicitur acceſſu: ſed & ſingulos motus, quos in exercitio eſt habitura, producit. In Saturni ratiocinationẽ & intelligentiã, quod λογιστικὸν θεωρητικὸν uocant. In Iouis uim agẽdi, quod πρακτικὸν dicitur. In Martis animoſitatis ardorẽ, quod θυμικὸν nũcupatur. In Solis ſentiẽdi opinandiq; naturam, quod αἰσθητικὸν & φανταστικὸν appellant. Deſiderij uerò motũ, quod ἐπιθυμητικὸν uocatur, in Veneris. Pronuntiandi & interpretandi quæ ſentiat, quod ἑρμηνευτικὸν dicitur, in orbe Mercurij. φυτικὸν uerò, id eſt, naturam plantandi & augendi corpora, ingreſſu globi lunaris exercet: & eſt hæc ſicut à diuinis ultima, ita in noſtris terrenisq; orbibus prima. Corpus enim hoc ſicut fæx rerum diuinarum eſt, ita animalis eſt prima ſubſtantia. Et hæc eſt differentia inter terrena corpora, & ſupera, cœli dico & ſiderum aliorumq; elementorum, quòd illa quidem ſurſum accerſita ſunt ad animæ ſedem, & immortalitatem ex ipſa natura regionis, & ſublimitatis imitatione emeruerunt: ad hæc uerò terrena corpora anima ipſa deducitur, & ideo mori creditur, cùm in caducam regionem, & in ſedem mortalitatis includitur. Nec te moueat, quod de anima, quã eſſe immortalem dicimus,

mortem

mortem toties nominamus. Etenim *sua morte anima non extinguitur, sed ad tempus obruitur: nec temporali demersione beneficium perpetuitatis eximitur: cum rursus è corpore ubi meruerit, contagione uitiorum penitus elimata purgari, ad perennis uitæ lucem restituta in integrum reuertatur. Plenè (ut arbitror) de uita & de morte animæ definitio liquet, quam de* adytis philosophiæ, doctrina & sapientia Ciceronis elicuit.

*abditis

Hominem duplici ratione mori. Primùm, si anima corpus relinquat. Deinde si anima in corpore adhuc manens corporeas illecebras contemnat, uoluptatesq; & affectiones omnes exuat. Ex his mortibus posteriorē hanc omnibus appetendam, priorem accersendam non esse, sed expectandum, donec Deus ipse animam à corpore dissoluat.

CAP. XIII.

SEd Scipio per quietē & in cœlo, quod in præmium cedit beatis, & promissione immortalitatis animatus, tam gloriosā spē, tamq; inclytā magis magisq; firmauit, uiso patre, de quo utrū uiueret, cùm adhuc uideretur dubitare, quæsierat. Mortē igitur malle cœpit, ut uiueret. Nec flesse cōtentus, uiso parēte quē crediderat extinctū: ubi loqui posse cœpit, hoc primū probare uoluit, nihil se magis desiderare, quàm ut cū eo iam moraretur. Nec tamen apud se quæ desiderabat faciēda constituit, quàm antè cōsuleret: quorū unum prudentiæ, alterū pietatis assertio est. Nunc ipsa uel consulentis, uel præcipientis uerba tractemus: Quæso, inquā, pater sanctissime atq; optime, quoniā hæc est uita, ut audio Africanū dicere, quid moror in terris? quin huc ad uos uenire propero? Nō est ita, inquit ille. Nisi enim cùm Deus hic, cuius hoc templū est, omneq; quod cōspicis, istis te corporis custodijs liberauerit, huc tibi aditus patere non potest.

test. Homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globū, quem in templo hoc medium uides, quæ terra dicitur: Hisq; animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera & stellas uocatis, quę globosę & rotundę diuinis animatæ mentibus, circulos orbesq; suos cōficiunt celeritate mirabili. Quare & tibi Publi, & pijs omnibus retinendus animus est in custodia corporis: nec iniussu eius, à quo ille est uobis datus, ex hominum uita migrandū est, ne munus assignatum à Deo defugisse uideamini. *Hæc secta & præceptio Platonis est, qui in Phædone definit, homini nō esse sua sponte moriendū. Sed in eodē tamen dialogo idem dicit, mortē philosophātibus appetēdā, et ipsam philosophiā meditationē esse moriēdi.* Hæc sibi ergo cōtratria uidentur: sed nō ita est. Nā Plato *duas mortes hominis nouit.* Nec hoc nūc repeto, qd' *supe rius dictū est, duas esse mortes, unam animæ, animalis alteram: sed ipsius quoq; animalis, hoc est, hominis, duas asserit mortes: quarum unā natura, uirtutes alterā præstant. Homo enim moritur, cùm anima corpus relinquit, solutum lege naturæ:* Mori etiā dicitur, *cum anima adhuc in corpore constituta, corporeas illecebras,* Philosophia docente, *contemnit: & cupiditatum dulces insidias reliquasq; omnes exuitur passiones.* Et *hoc est, quod superius ex secundo uirtutū ordine, quæ solis philosophantibus aptæ sunt, euenire signauimus. Hanc ergo mortē dicit* Plato *sapientibus appetendā: illā uerò, quā omnibus natura cōstituit, cogi, uel inferri, uel accersiri uetat: docēs, expectādā esse naturā: et has causas huius aperiēs sanctionis quas ex usu rerū, quæ in quotidiana cōuersatione sunt mutuatur. Ait enim eos qui potestatis imperio trudūtur in carcerem*

Duplex mors hominis secundum Platonē, & quæ harum appetēda, quæ non accersenda, idq; septē ob causas.

Plato in Phædone.

non

nõ oportere inde diffugere, priusquàm potestas ipsa quæ clausit, abire permiserit. Non enim uitari pœnam, furtiua discessione, sed crescere. Hoc quoq; addit, nos esse in dominio Deorum, quorum tutela & prouidentia gubernamur. Nihil autẽ esse inuito domino de ijs quæ possidet, ex eo loco in quo suum constituerat, auferẽdum. Et sicut qui uitam mancipio extorquet alieno, crimine non carebit: ita eum qui finem sibi, domino necdum iubente, quæsierit, non absolutionem cõsequi, sed reatũ. Hæc Platonicæ sectæ semina altius Plotinus excquitur. Oportet, inquit, animam post hominem liberam corporeis passionibus inueniri: quam qui de corpore uiolenter extrudit, liberam esse non patitur. Qui enim sibi sua sponte necem comparat, aut pertæsus necessitatis, aut metu cuiusquam ad hoc descendit, aut odio, quæ omnia inter passiones habentur. Ergo etsi antè fuit his sordibus pura, hoc ipso tamen quo exit extorta, sordescit. Deinde mortem debere ait animæ à corpore solutionem esse, non uinculum. Exitu autem coacto, animam circa corpus magis magisq; uinciri. Et reuera ideo sic extortæ animæ diu circa corpus, eius ue sepulturã, uel locum in quo iecta manus est, peruagãtur: cùm cõtrà illæ animæ, quæ in hac uita à uinculis corporeis philosophiæ morte dissoluũtur, adhuc extante corpore, cœlo & sideribus inserantur. Et ideo illam solam de uoluntarijs mortibus significat esse laudabilem, quæ comparatur philosophiæ ratione, ut diximus, non ferro: prudẽtia, non ueneno. Addit etiam, solam esse naturalem mortem, ubi corpus animam, non anima corpus relinquit. Constat enim numerorum certam constitutamq; rationẽ animas sociare corporibus. Hi numeri dum supersunt, perseuerat corpus animari: cùm uerò deficiunt, mox arca

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

na illa uis soluitur, qua societas ipsa constabat. Et hoc est quod fatum & fatalia uitæ tempora uocamus. Anima ergo ipsa non deficit, quippe quæ immortalis atq; perpetua est, sed impletis numeris, corpus fatiscit: nec anima lassatur animando, sed officium suum deserit corpus, cùm iam non possit animari. Hinc illud est doctißimi uatis:

Aeneidos 6. —Explebo numerum, reddarq; tenebris.

Septima. Hæc est igitur naturalis uerè mors, cùm finem corporis solus numerorum suorum defectus apportat: non cùm extorquetur uita corpori, adhuc idoneo ad continuationem ferēdi. Nec leuis est differētia, uitam uel natura, uel sponte soluendi. Anima enim cum à corpore deseritur, potest in se nihil retinere corporeum, si se purè, cùm in hac uita esset, instituit. Cùm uerò ipsa uiolenter de corpore extruditur, quia exit rupto uinculo, non soluto, fit ei ipsa necessitas occasio passionis, & malis, uinculum dum rumpit, inficitur. Hanc quoq; superioribus adijcit rationem non sponte pereundi: Cùm cōstet, inquit, remunerationē animis illhic esse tribuendam, pro modo perfectionis, ad quam in hac uita unaquæq; peruenit: non est præcipitandus uitæ finis, cùm adhuc proficiendi esse possit accessio. Nec frustra hoc dictum est: nam in arcanis de animæ reditu disputationibus fertur: in hac uita delinquentes, similes esse super æquale sōlum cadentibus, quibus denuo sine difficultate præstò sit surgere: animas uerò ex hac uita cum delictorum sordibus recedentes, æquandas his, qui in abruptum ex alto præcipitiq; delapsi sunt, unde facultas nunquam sit resurgendi. Ideo ergo concessis utendū uitæ spatijs, ut sit perfectæ purgationis maior facultas. Ergo,

Camillum. inquies, qui iam perfectè purgatus est, manum sibi debet

* perfectum inferre: cùm non sit ei causa remanendi, quia * profectum ulterius

ulterius non requirit, qui ad ſuperna peruenit. Sed hoc ipſo, quo ſibi celerem finẽ ſpe fruẽdæ beatitatis arceſſit, irretitur laqueo paſſionis: quia ſpes, ſicut timor, paſſio eſt. Sed & cætera, quæ ſuperior ratio diſſerunt, incurrit. Et hoc eſt, quòd Paulus filium ſpe uitæ uerioris ad ſe uenire properantem, prohibet, ac repellit: ne feſtinatum ab ſolutionis aſcenſionisq; deſiderium, magis eum hac ipſa paſſione uinciat, ac retardet. Nec dicit, Quòd niſi mors naturalis aduenerit, emori non poteris: ſed, Huc uenire non poteris. Niſi enim, *inquit*, cùm Deus iſtis te corporis cuſtodijs liberauerit, huc tibi aditus patere non poteſt: *quia ſcit iam receptus in cœlum, niſi perfectæ puritati cœleſtis habitaculi aditum non patere. Pari autem conſtantia, mors, nec ueniens per naturam timenda eſt, nec contra ordinem cogenda naturæ. Ex his quæ Platonem, quæq; Plotinum de uoluntaria morte pronuntiaſſe retulimus, nihil in uerbis Ciceronis, quibus hãc prohibet, remanebit obſcurum.* Refutatio.

Cur mundus hic uniuerſus, Dei uocetur templum. Quotuplici ſenſu accipiatur nomen animi. Et quomodo mens homini cum ſideribus communis eſſe dicatur. Tum uariæ de animi natura ſententiæ. Quid inter ſtellã ac ſidus interſit. Quid ſphæra, quid orbis, quid circus, ſtellæ errantes unde nomen acceperint.

CAP. XIIII.

SEd illa uerba, quæ præter hoc ſunt inſerta, repetamus. Homines enim ſunt hac lege generati, qui tuerẽtur illum globum, quem in templo hoc medium uides, quæ terra dicitur. Hiſq; animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus, quæ ſidera & ſtellas uocatis: quæ globoſæ atque rotundæ, diuinis animatq; mentibus, circulos ſuos orbesq; conficiunt celerita-

te mirabili. De terra, cur globus dicatur in medio mundo positus, plenius disseremus, cùm de nouem sphæris loquemur. Bene autem uniuersus mundus Dei templum uocatur, propter illos qui existimant, nihil esse aliud Deum, nisi cœlum ipsum, & cœlestia ista quæ cernimus. Ideo ut summi omnipotentiam Dei ostenderet posse uix intelligi, nunquam posse uideri: quicquid humano subijcitur aspectui, templum eius uocauit, qui sola mente concipitur: ut qui hæc ueneratur, ut templa, cultum tamen maximum debeat conditori: sciatq; quisquis in usum templi huius inducitur, ritu sibi uiuendum sacerdotis. Vnde & quasi quodam publico præconio, tantam humano generi diuinitatem inesse testatur, ut uniuersos siderei animi cognatione nobilitet. Notandum est, quòd hoc loco animum & ut propriè, & ut abusiuè dicitur, posuit. Animus enim propriè mens est, quam diuiniorem anima, nemo dubitauit. Sed nonnunquam sic & animam usurpantes uocamus. Cùm ergo dicit, Hisq; animus datus est ex illis sempiternis ignibus: mentem præstat intelligi, quæ nobis propriè cum cœlo, sidcribusq; communis est. Cùm uerò ait, Retinendus animus est in custodia corporis: ipsam tunc animam nominat, quæ uincitur custodia corporali, cui mens diuina non subditur. Nunc qualiter nobis animus, id est, mens, cum sideribus communis sit, secundum Theologos disseramus. Deus, qui prima causa & est, & uocatur, unus omnium quæq; sunt, quæq; uidentur esse, princeps & origo est. Hic superabundanti maiestatis fœcunditate, de se mentem creauit. Hæc mens, quæ νῦς uocatur, qua patrem inspicit, plenam similitudinem seruat autoris: animam uerò de se creat, posteriora respiciens: rursus anima * patrem qua intuet

Mundus cur Dei templum dicatur.

Animum bifariam sumi.

Quomodo animus cum sideribus cõmunis.

*al's partem quam: ut & paulò anté.

intuetur, induitur, ac paulatim regrediente respectu in fabricam corporũ, in corporea ipsa degenerat. Habet ergo & purissimã ex mente, de qua est nata, rationẽ, quod λογικὸν uocatur: & ex sua natura accipit præbendi sensus, præbendiq; incrementi seminariũ, quorum unũ ἀναθρεπτικὸν, alterum φυτικὸν nuncupatur. Sed ex his primum, id est, λογικὸν, quod innatum sibi ex mẽte sumpsit, sicut uerè diuinum est, ita solis diuinis aptum. Reliqua duo ἀναθρεπτικὸν & φυτικὸν, ut á diuinis recedunt, ita conueniẽtia sunt caducis. Anima ergo creans sibi, condensq; corpora (nam ideo ab anima natura incipit, quam sapientes de Deo & mente νοῦν nominãt) ex illo mero ac purissimo fonte mentis quẽ nascendo de originis suæ hauserat copia, corpora illa diuina uel supera, cœli dico & siderum, quæ prima cõdebat, animauit: diuinæq; mentes omnibus corporibus, quæ in formã teretem, id est, in sphæræ modũ formabãtur, infusæ sunt. Et hoc est quod cum de stellis loqueretur, ait: Quæ diuinis animatæ mentibus. In inferiora uerò ac terrena degenerãs, fragilitatem corporum caducorum deprehendit meram diuinitatem mentis sustinere non posse, imò partem eius uix solis humanis corporibus conuenire: quia & sola uidentur erecta, tanquam quæ ad supera ab imis recedant, & sola cœlum facilè tanquã semper erecta suspiciunt: solisq; inest uel in capite sphæræ similitudo, quam formam diximus solam mentis capacem. Soli igitur homini rationem, id est, uim mentis infudit, cui sedes in capite est. Sed & geminam illam crescendi sentiendíque naturam, quia caducum est corpus, inseruit. Et hinc est, quòd homo & rationis compos est, & sentit, & crescit, solaque ratione meruit præstare cæteris animalibus: quæ quia semper prona sunt, & ex ipsa quæque suspiciendi

difficultate à superis recesserunt, nec ullam diuinorũ corporum similitudinem aliqua sui parte meruerũt, nihil ex mente sortita sunt, & ideo ratione caruerunt: Duo´que tantum adepta sunt, sentire, uel crescere. Nam si quid in illis similitudinem rationis imitatur, non ratio, sed memoria est: & memoria non illa ratione mista, sed quæ hebetudinem sensuum quinque comitatur. De qua plura nunc dicere (quoniam ad præsens opus non attinet) omittemus. Terrenorum corporum tertius ordo in arboribus & herbis est, quæ carent tam ratione, quàm sensu. Et quia crescendi tantummodo usus in his uiget, hæc sola uiuere parte dicuntur. Hunc rerum ordinem & Vergilius expreßit. Nam & mundo animam dedit, & Aeneidos 6. ut puritati eius attestaretur, mentem uocauit. Cœlum enim, ait, & terras, & maria, & sidera spiritus intus Aeneidos 8. alit, id est, anima. Sicut alibi pro spiramento animam dicit, Quantum ignes animæ´que ualent. Et ut illius mundanæ animæ assereret dignitatem, mentem esse testa- Aeneidos 6. tur, Mens agitat molem. Necnon ut ostenderet ex ipsa anima constare, & animari uniuersa, quæ uiuunt, addidit, Inde hominum, pecudumq; genus. & cætera. Vt´que assereret eundem semper in anima esse uigorem, sed usum eius hebescere in animalibus corporis densitate, adiecit: Quantum non noxia corpora tardant. & reliqua. Secundum hæc ergo cùm ex summo Deo mens, ex mente anima sit: anima uerò & condat, & uita compleat omnia, quæ sequuntur, cunctaq; hic unus fulgor illuminet, & in universis appareat, ut in multis speculis per ordinem positis uultus unus, cumq; omnia continuis successionibus se sequantur, degenerantia per ordinem ad imum meandi, inuenietur preßius intuenti à summo Deo usque ad ultimam

mam rerum fæcem una se mutuis uinculis religans, & nusquam interrupta connexio. Et hæc est Homeri catena aurea, quam pendêre de cœlo in terras Deum iussisse commemorat. His ergo dictis, solum hominem constat ex terrenis omnibus, mentis, id est, animi, societatem cum cœlo & sideribus habere communem. Et hoc est quod ait: Hisq; animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera & stellas uocatis. Nec tamen ex ipsis cœlestibus & sempiternis ignibus nos dicit animatos. Ignis enim ille, licet diuinum, tamen corpus est. Nec ex corpore quamuis diuino possemus animari: sed unde ipsa illa corpora quæ diuina & sunt & uidentur, animata sunt, id est, ex ea mundanæ animæ parte, quam diximus de pura mente constare. Et ideo postquàm dixit: Hisq; animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera & stellas uocatis: mox adiecit, Quæ diuinis animatæ mẽtibus: ut per sempiternos ignes, corpus stellarũ: per diuinas uerò mentes, earũ animas manifesta descriptione significet, & ex illis in nostras uenire animas uim mẽtis ostẽdat. Nõ abre est, ut hæc de anima disputatio in fine sententias omnium, qui de anima uidentur pronuntiasse, contineat. Plato dixit animam, essentiam se mouentem: Xenocrates, numerum se mouentem: Aristoteles, ἐντελέχειαν: Pythagoras, & Philolaus, harmoniã: Posidonius, ideam: Asclepiades, quinq; sensuum exercitium sibi consonum: Hippocrates, spiritum tenuem, per corpus omne dispersum: Heraclitus Ponticus, lucem: Heraclitus physicus, scintillam stellaris essentiæ: Xenon, concretum corpori spiritum: Democritus, spiritum insertum atomis, hac* facultate motus, ut corpus illi omne sit pertium: Critolaus Peripateticus constare eam de quinta

Sententiæ philosophorũ de anima.

*facilitate

essentia: Hipparchus, ignem: Anaximenes, aëra: Empedocles, & Critias, sanguinem: Parmenides, ex terra &
Boëtos igne: Xenophanes, ex terra & aqua: Boëthus, ex aëre & igne: Epicurus, speciem ex igne & aëre & spiritu mistam. Obtinuit tamen, non munus de incorporalitate eius, quàm de immortalitate sententia. Nunc uideamus, quæ sint hæc duo nomina, quorum pariter meminit, cum dicit: Quæ sidera, & stellas uocatis. Neque enim hic res una gemina appellatione monstratur: ut ensis, & gladius. Sed sunt stellæ quidem singulares,
Stellæ quæ. ut erraticæ quinque: & cæteræ, quæ non admistæ
Sidera quæ. alijs, solæ feruntur. Sidera uerò, quæ in aliquod signum stellarum plurium compositione formantur: ut Aries, Taurus, ut Andromeda, Perseus, uel Corona, & quæcunque uariarum generà formarum in cœlum receἀστὴρ ἄστρον. pta creduntur. Sic & apud Græcos ἀστὴρ, & ἄστρον diuersa significant. Etenim aster, stella una est: & astron, signum stellis coactum, quod nos sidus uocamus. Cùm uerò stellas globosas, & rotundas dicat: non singularium tantum exprimit speciem, sed & earũ, quæ in signa formanda conueniunt. Omnes enim stellæ inter se, etsi in magnitudine aliquam, nullam tamen habent in specie differentiam. Per hæc autem duo nomina, solida sphæra describitur, quæ nec ex globo, si rotunditas desideretur: nec ex rotunditate, si globus desit, efficitur: cum alterum
Sphæra. à forma, alterum à soliditate corporis deseratur. Sphæras autẽ hic dicimus, ipsarum stellarum corpora, quæ omniἀplanes. hac specie formata sunt. Dicuntur præterea sphæræ, &
Circi. aplanes illa quæ maxima est: & subiectæ septẽ, per quas duo lumĩa, et quinq; uagæ discurrũt. Circi uerò et orbes,

duarum

duarum sunt rerum duo nomina. Et his nominibus quidē alibi aliter est usus. Nam & orbem pro circulo posuit: ut, orbem lacteū. Et orbem pro sphæra: ut, Nouem tibi orbibus uel potius globis. Sed & circi uocantur, qui sphæram maximam cingūt, ut eos sequens tractatus ostēdet: quorū unus est lacteus de quo ait: Inter flammas circus elucēs. Sed hic horū nihil neq; circi, neq; orbis nomine uoluit intelligi. Sed est orbis in hoc loco stellæ una integra & peracta cōuersio: id est, ab eodē loco post emensum sphæræ, per quā mouetur, ambitū in eundem locū regressus. Circus autē est hic linea ambiens sphærā, ac ueluti semitam faciens, per quā lumen utrinq; discurrit, & inter quam uagantiū stellarū error legitimus coērcetur. Quas ideo ueteres errare dixerūt: quia & cursu suo ferūtur, & cōtra sphæræ maximæ, id est, ipsius cœli impetum, cōtrario motu ad Oriētem ab Occidente uoluūtur. Et omnium quidem par celeritas, motus similis, & idem est modus meandi: sed non omnes eodem tempore circos suos, orbesq; conficiunt. Et ideo est celeritas ipsa mirabilis: quia cùm sit eadem omnium, nec ulla ex illis aut concitatior esse possit, aut segnior, non eodem tamē temporis spatio omnes ambitum suum peragunt. Causam uerò sub eadem celeritate disparis spatij, aptius nos sequentia docebunt.

Orbis.

Circus.

Stellæ errātes.

De undecim circulis cœlum ambientibus.

CAPVT XV.

His de siderum natura, & siderea hominū mente narratis, rursus filium pater, ut in Deos pius, ut in homines iustus esset, hortatus, præmium rursus adiecit: ostēdens lacteum circulū uirtutibus debitū, * & beatorum cœtu refertum. Cuius meminit his uerbis: Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens,

* alîâs nō habetur coniunctio &:

quem uos (ut à Graijs accepistis) orbem lacteum nuncupatis. Orbis hic idem quod circus in lactei appellatione significat. Est autem lacteus unus è circulis, qui ambiunt cœlum, & sunt præter eum numero decem, de quibus quæ dicenda sunt, proferemus, cùm de hoc competens sermo processerit. Solus ex omnibus hic subiectus est oculis, cæteris circulis magis cogitatione, quàm uisu comprehendendis. De hoc lacteo multi inter se diuersa senserunt: causasq; eius alij fabulosas, naturales alij protulerunt. Sed nos fabulosa reticentes, ea tantummodo, quæ ad naturam eius uisa sunt pertinere, dicemus. Theophrastus lacteum dixit esse * compagem, qua de duobus hemisphæ-rijs cœli sphæra solidata est. Et ideo ubi oræ utrinq; conuenerãt, notabilem claritatem uideri. Diodorus ignem esse densatæ concretæq; naturæ in unam curui limitis semitam, discretione mundanæ fabricæ coaceruãte concretũ: & ideo uisum intuẽtis admittere, reliquo igne cœlesti lucem suam nimia subtilitate diffusam non subijciente conspectui. Democritus innumeras stellas, breuesq; omnes, quæ spisso tractu in unũ coactæ, spatijs quæ angustissima interiacẽt opertis, uicinæ sibi undiq;, & ideo passim diffusæ lucis aspergine, continuũ iuncti luminis corpus ostẽdunt. Sed Posidonius, cuius definitioni plurium consensus accessit, ait lacteum caloris esse siderei infusionem: quam ideo aduersa zodiaco curuitas obliquauit, ut quoniam sol nunquam zodiaci excedendo terminos, expertem feruoris sui partem cœli reliquã deserebat, hic circus à uia solis in obliquũ recedens, uniuersitatem flexu calido temperaret. Quibus autẽ partibus zodiacum intersecet, superius iam relatum est. Hæc de lacteo. Decẽ autẽ alij, ut diximus, circi sunt, quorũ unus est ipse zodiacus, qui ex his decem

Lacteus circulus.

*aliâs: compaginem,

solus

solus potuit latitudinem hoc modo, quem referemus, adipisci. Natura cœlestium circulorũ incorporalis est linea, quæ ita mente concipitur, ut sola longitudine censeatur, latum habere non possit. Sed in zodiaco latitudinẽ signorum capacitas exigebat. Quantum igitur spatij lata dimensio porrectis sideribus occupabat, duabus lineis limitatum est. Et tertia ducta per medium, ecliptica uocatur, quia cùm cursum suum in eadem linea pariter sol & lunæ conficiunt, alterius eorum necesse est uenire defectum: Solis, si ei tunc luna succedat: lunæ, si tunc aduersa sit Soli. Ideo nec Sol unquã deficit, nisi cùm tricesimus lunæ dies est: & nisi qntodecimo cursus sui die, nescit luna defectũ. Sic enim euenit, ut aut lunæ contra solem positæ, ad mutuandum ab eo solitum lumen, sub eadem inuentus linea terræ conus obsistat, aut Soli ipsa succedens obiectu suo ab humano aspectu lumen eius repellat. In defectu ergo Sol ipse nil patitur, sed noster fraudatur aspectus. Luna uerò circa proprium defectum laborat, non accipiendo Solis lumen, cuius beneficio noctem colorat. Quod sciens Vergilius disciplinarum omnium peritissimus, ait:

Defectus Solis uarios, lunæq; labores. Georg. 1.

Quamuis igitur trium linearum ductus zodiacũ & claudat, & diuidat, unum tamen circum autor uocabulorum dici uoluit antiquitas. Quinq; alij circuli paralleli uocantur. Horum medius & maximus est æquinoctialis. Duo extremitatibus uicini, atq; ideo breues, quorum unus septentrionalis dicitur, alter australis. Inter hos & mediũ duo sunt tropici, maiores ultimis, medio minores, & ipsi ex utraque parte zonæ ustæ terminum faciunt. Præter hos alij duo sunt coluri, quibus nomen dedit imperfecta conuersio. Ambiẽtes enim septentrionalem uerticem, atq; inde

Paralleli quinque.

Coluri duo.

inde in diuersa diffusi & se in summo intersecãt, & quinque parallelos in quaternas partes æqualiter diuidunt, zodiacum ita intersecantes, ut unus eorũ per Arietem & Libram, alter per Cancrũ atq; Capricornum meando decurrat, sed ad australem uerticem non peruenire creduntur. Duo qui ad numerum prædictum supersunt, meridianus & horizon, non scribuntur in sphæra, quia certum locum habere non possunt, sed pro diuersitate circunspicientis habitãtis ue uariãtur. Meridianus est enim quem sol cum super hominum uerticem uenerit, ipsum diem medium efficiendo designat. Et quia globositas terræ habitationes omniũ æquales sibi esse non patitur, non eadem pars cœli omnium uerticem despicit. Et ideo unus omnibus meridianus esse non poterit, sed singulis gentibus super uerticem suũ proprius meridianus efficitur. Similiter facit sibi horizontem circunspectio singulorum. Horizon est enim uelut quodam circo designatus terminus cœli, quod super terram uidetur. Et quia ad ipsum uerè finem non potest humana acies peruenire, quantũ quisque oculos circunferendo conspexit, propriũ sibi cœli quod super terram est, terminũ facit. Hic horizon quem sibi uniuscuiusq; circunscribit aspectus, ultra trecentos & sexaginta stadios longitudinem intra se continere non potest. Centũ enim & octoginta stadios non excedit acies cõtrà uidentis. Sed uisus cùm ad hoc spatium uenerit, accessu deficiens in rotunditatem recurrendo curuatur. Atque ita fit, ut hic numerus ex utraq; parte geminatus, trecentorum sexaginta stadiorũ spatium, quod intra horizontem suum continetur, efficiat: semperq; quantum ex huius spatij parte postera procedendo dimiseris, tantum tibi de *interiore sumetur, & ideo horizon semper quantacũq;

Meridianus circus.

Nota de prospectu hominis

Nota trecentos stadios masculino genere, quũ ppriè neutro stadia dicatur.

*aliâs: anteriore

locor

locorum transgreßione mutatur. Hũc autem, quem diximus, admittit aſpectum, aut in terris æqua planities, aut pelagi tranquilla libertas, quæ nullam oculis obijcit offensam. Nec te moueat, quòd ſæpe in longißimo poſitũ montẽ uidemus, aut quòd ipſa cœli ſuperna ſuſpicimus. Aliud eſt enim, cùm ſe oculis ingerit altitudo, aliud cùm per planum ſe porrigit, & extẽdit intuitus, in quo ſolo horizontis circus efficitur. Hæc de circis omnibus, quibus cœlũ cingitur, dicta ſufficiant. Tractatũ ad ſequẽtia trãsferamus.

Quî fiat, ut quædam ſtellę nunquam à nobis uideantur, & quanta ſtellarum omnium magnitudo.

CAPVT XVI.

EX quo mihi omnia contemplanti, præclara cætera, & mirabilia uidebantur. Erant autem hæ ſtellæ, quas nunquam ex hoc loco uidimus: & hæ magnitudines omnium, quas eſſe nunquam ſuſpicati ſumus. Ex quibus erat ea minima, quæ ultima à cœlo, ultima terris, luce lucebat aliena. Stellarum autem globi terræ magnitudinem facilè uincebãt. Dicendo: Ex quo mihi omnia contemplanti: *id quod ſuprà diximus, affirmat, in ipſo lacteo Scipionis & parẽtum per ſomnium contigiſſe conuentum. Duo ſunt autem præcipua, quæ in ſtellis ſe admiratum refert: aliquarũ nouitatem, & omnium magnitudinem. Ac prius de nouitate, pòſt de magnitudine diſſeremus. Plenè & doctè adijciendo, Quis nunquam ex hoc loco uidimus, cauſam cur à nobis non uideãtur, oſtendit. Locus enim noſtræ habitationis ita poſitus eſt, ut quædam ſtellæ ex ipſo nunquàm poßint uideri. Quia ipſa pars cœli, in qua ſunt, nunquam poteſt hic habitantibus apparere. Pars enim hæc terræ, quæ incolitur ab uniuerſis hominibus, quam nos inuicem ſcire poſſumus,*

Cur quædam ſtellæ à nobis uideantur ſemper, quædam nunquam.

sumus, ad septentrionalem uerticem surgit, & sphæralis conuexitas australem nobis uerticem in ima demergit. Cùm uerò semper circa terram ab Ortu in Occasum cœli sphæra uoluatur, uertex hic qui Septẽtriones habet, quoquò uersum mũdana uolubilitate uertatur, quoniam super nos est, semper à nobis uidetur, ac semper ostendit

Arctos Oceani metuentes æquore tingi.

Australis cõtrà quasi semel nobis pro habitationis nostræ positione demersus, nec ipse nobis unquam uidetur, nec sidera sua, quibus & ipse sine dubio insignitur, ostendit. Et hoc est quod poëta naturæ ipsius conscius, dixit:

Georg. 1. Hic uertex nobis semper sublimis: at illum
Sub pedibus Styx atra uidet, manesq; profundi.

Sed cùm hãc diuersitatem cœlestibus partibus uel semper, uel nunquam apparendi terræ globositas habitantibus faciat, ab eo qui in cœlo est, omne sine dubio cœlum uidetur: non impediente aliqua parte terræ, quæ tota puncti locum pro cœli magnitudine uix obtinet. Cui ergo australis uerticis stellas nunquam de terris uidere contigerat, ubi circunspectu libero, sine offensa terreni obicis, uisæ sunt, iure quasi nouæ admirationem dederunt. Et quia intellexit causam, propter quam eas nunquam antè uidisset, ait: Erant autem hæ stellæ quas nũquam ex hoc loco uidimus. Hunc locum demonstratiuè terram dicens, in qua erat, dum ista narraret. Sequitur illa discussio, quid sit, quod adiecit: Et hæ magnitudines omnium, quas esse nunquam suspicati sumus. Cur autem magnitudines, quas uidit in stellis, nunquam homines suspicati sint, ipse patefecit, addendo: Stellarum autem globi terræ magnitudinem facilè uincebãt. Nam quando homo, nisi quem doctrina philosophiæ su-

Stellas singulas uniuersa terra esse maiores.

pra

pra hominem, imò uerè hominem fecit, suspicari potest stellam unam omni terra esse maiorem: cum uulgò singulæ nix ficis unius flammam æquare posse uideantur? Ergo tunc earum uerè magnitudo asserta credetur, si maiores singulas quàm est omnis terra, esse constiterit, quod hoc modo licet recognoscas. Punctum dixerunt esse Geometræ, quod ob incomprehensibilem breuitatem sui, in partes diuidi non possit: nec ipsum pars aliqua, sed tantummodo signum esse dicatur. Physici terram ad magnitudinem circi, per quem Sol uoluitur, puncti modum obtinere docuere. Sol autem quantò minor sit circo proprio, deprehensum est manifestissimis dimensionum rationibus. Constat mensuram Solis ducentesimam sextamdecimam partem habere magnitudinis circi, per quem sol ipse discurrit. Cùm ergo sol ad circum pars certa sit, terra uerò ad circum solis punctum sit, quod pars esse nõ possit: sine cunctatione iudicij, solem constat terra esse maiorem, si maior est pars eo, quod partis nomen nimia breuitate nõ capit. Verùm solis circo superiorum stellarum circos certum est esse maiores, si eo quod continetur, id quod continet maius est: cum hic sit cœlestium sphærarum ordo, ut à superiore unaquæque inferior ambiatur. Vnde & lunæ sphæram, quasi à cœlo ultimam, & uicinam terræ, minimam dixit, cùm terra ipsa in punctũ quasi *uerè iam postrema deficiat. Si ergo stellarũ superiorum circi (ut diximus) circo solis sunt grãdiores, singulæ autem huius sunt magnitudinis, ut ad circũ unaquæq; suũ, modũ partis obtineat: sine dubio singulæ terra sunt ampliores, quã ad solis circũ qui superioribus minor est, punctũ esse prædiximus. De luna, si uerè luce lucet aliena, sequẽtia docebunt.

*al. h. sphæræ

Cœlum, quamobrem semper, & in orbem moueatur.

Quo

Quo sensu summus uocetur deus: & ecquid stellæ, quas fixas uocant, suo etiam proprioq; motu agantur.

CAPVT XVII.

HAec cùm Scipionis obtutus non sine admiratione percurrens, ad terras usq; fluxisset, & illhic familiarius hæsisset, rursus aui monitu ad superiora reuocatus est, ipsum à cœli exordio sphærarum ordinem in hæc uerba monstrantis: Nouem tibi orbibus uel potius globis connexa sunt omnia, quorum unus est cœlestis extimus, qui reliquos omnes complectitur, summus ipse deus arcens & continens cæteros, in quo sunt infixi illi qui uoluuntur stellarum cursus sempiterni. Cui subiecti septem, qui uersantur retrò cõtrario motu atq; cœlũ. E' quibus unum globum possidet illa, quam in terris Saturniam nominant. Deinde est hominũ generi prosper & salutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis. Tum rutilus horribilisq; terris, quẽ Martium dicitis. Deinde subter mediã ferè regionẽ Sol obtinet, dux & princeps, et moderator luminum reliquorũ, mens mundi & tẽperatio, tanta magnitudine, ut cũcta sua luce lustret & cõpleat. Hunc ut comites consequuntur Veneris alter, alter Mercurij cursus. Infimoq; orbe Luna radijs Solis accensa cõuertitur. Infra autẽ eã nihil est, nisi mortale & caducũ, prẽter animos munere deorũ hominũ generi datos. Supra lunã sunt ẽterna omnia. Nã ea quę est media & nona tellus, neq; mouetur, & infima est, & in eam ferũtur omnia nutu suo pondera. Totius mundi à summo in imũ diligens in hunc locũ collecta descriptio est, et integrũ quoddã uniuersitatis corpus effingitur, quod quidam τὸ πᾶν, id est, omne, dixerũt. Vn-

de &

de & hic dicit: Connexa sunt omnia. Vergilius uerò magnum corpus uocauit: Et magno se corpore miscet. 6. Aeneidos.

Hoc autem loco Cicero, rerum quærendarum iactis seminibus, multa nobis excolenda legauit. De septem subiectis globis, ait: Qui uersantur retrò contrario motu atq; cœlum. Quod cùm dicit, admonet ut quæramus, si uersatur cœlum: & si illi septem & uersantur, & cõtrario motu mouentur: aut si hũc esse sphærarum ordinem, quem Cicero refert, Platonica consentit autoritas: & si uerè subiectæ sint, quo pacto stellæ earum omnium zodiacum lustrare dicantur, cùm zodiacus & unus, & in summo cœlo sit: quæue ratio in uno zodiaco aliarum cursus breuiores, aliarum faciat longiores. Hæc enim omnia in exponẽdo earum ordine necesse est asserãtur. Et postremò, qua ratione in terram ferãtur, sicut ait: Omnia nutu suo pondera. Proponit ea, quæ per ordinẽ sunt explicãda.

Versari cœlum, mundanæ animæ natura, & uis, & ratio docet: cuius æternitas in motu est, quia nunquam motus relinquit, quod uita nõ deserit: nec ab eo uita discedit, in quo uiget semper agitatus. Igitur & cœleste corpus, quod mundi anima futurum sibi immortalitatis particeps fabricata est, ne unquam uiuendo deficiat, semper in motu est, & stare nescit: quia nec ipsa stat anima, qua impellitur. Nam cùm animæ, quæ incorporea est, essentia sit in motu, primum autem omnium cœli corpus anima fabricata sit, sine dubio in corpus hoc primum ex incorporeis motus natura migrauit. Cuius uis integra & incorrupta non deserit, quod primum cœpit mouere. Ideo uero cœli motus necessariò uolubilis est, quia cùm semper moueri necesse sit, ultrà autem locus nullus sit, quo se tendat accessio, continuatione perpetuæ in se reditionis agitatur. Ergo in quo potest, uel habet, currit, & accedere eius reuolui est: Cœlum cur moueatur. Cur non motu recto sed in orbem agatur.

quia sphæræ, spatia & loca complectentis omnia, unus est cursus, rotari: sed & sic animam sequi semper uidetur, quæ in ipsa uniuersitate discurrit. Dicemus ergo, quòd eam nunquam reperiat, si semper hanc sequitur? Imò semper eam reperit, quia ubique tota, ubique perfecta est. Cur ergo, si quam quærit, reperit, non quiescit? Quia & illa requietis est inscia. Staret enim, si usquam stantem animam reperiret. Quum uerò illa, ad cuius appetentiam trahitur, semper in uniuersa se fundat, semper & corpus se in ipsam, & per ipsam retorquet. Hæc de cœlestis uolubilitatis arcano pauca de multis, Plotino autore reperta, sufficiant. Quòd autem hunc istum extimum globum, qui ita uoluitur, summum Deum uocauit, non ita accipiendum est, ut ipse prima causa, & deus ille omnipotentissimus existimetur: quum globus ipse, quod cœlum est, animæ sit fabrica, anima ex mente processerit: mens ex Deo, qui uerè summus est, procreata sit. Sed summum quidem dixit, ad cæterorum ordinem, qui subiecti sunt: unde mox subiecit: Arcens & continens cæteros. Deum uerò, quòd non modo immortale animal ac diuinum sit plenum inclytæ ex illa purissima mente rationis, sed quòd uirtutes omnes, quæ illam primæ omnipotentiam summitatis sequuntur, aut ipse faciat, aut ipse contineat, ipsum deniq; Iouem ueteres uocauerunt, & apud Theologos Iupiter est mundi anima. Hinc illud est:

Sphæra extima quo sensu summus uocetur deus.

Ab Ioue principium Musæ, Iouis omnia plena.

Aegloga 3. ἐκ Διὸς ἀρχώμεθα. Quo principio & in Ptolemæo Theocritus est usus. An & stellæ sphæræ suo quodam motu agantur.

Quod de Arato, poëtæ alij mutuati sunt, qui de sideribus loquuturus, à cœlo in quo sunt sidera, exordium sumendum esse decernens, ab Ioue incipiendum esse memorauit. Hinc Iuno, & soror eius, & coniux uocatur. Est autem Iuno aër: & dicitur soror, quia ijsdem seminibus,

quibus

quibus cœlum, etiam aër est procreatus: coniux, quia aër subiectus est cœlo. His illud adijciendum est, quòd præter duo lumina, & stellas quinq; quæ appellantur uagæ, reliquas omnes, alij infixas cœlo, nec nisi cum cœlo moueri: alij (quorum assertio uero propior est) has quoq; dixerunt suo motu, præter quòd cum cœli conuersione ferantur, accedere: sed propter immensitatem extimi globi, excedentia credibilem numerum secula, in una eas cursus sui ambitione consumere, & ideo nullum earum motum ab homine sentiri, quum non sufficiat humanæ uitæ spatium, ad breue saltem punctum tam tardæ accessionis deprehendendum. Hinc Tullius, nullius sectæ inscius ueteribus approbatæ, simul attigit utranq; sententiam, dicendo: In quo sunt infixi illi, qui uoluuntur, stellarum cursus sempiterni. Nã & infixos dixit, & cursus habere nõ tacuit.

Tradidere autẽ uulgò cursum hunc in quinde cim annorũ mil libus gagi: sed Ptolemæi ratio habet 36000. annos. Aliorum plus minus 25200.

Stellas errantes, contrario quàm cœlum motu uersari.

CAPVT XVIII.

NVnc utrum illi septem globi, qui subiecti sunt, contrario, ut ait, quàm cœlum uertitur, motu ferantur, argumentis ad uerum ducentibus, requiramus. Solem, ac lunam, & stellas quinq;, quibus ab errore nomen est, præter quod secum trahit ab Ortu in Occasum cœli diurna conuersio, ipsa suo motu in Orientem ab Occidente procedere non solis literarum profanis, sed multis quoq; doctrina initiatis, abhorrere à fide, ac monstro simile iudicatum est: sed apud preßius intuentes ita esse uerum constabit, ut non solum mente concipi, sed oculis quoq; ipsis possit probari. Tamen ut nobis de hoc sit cum pertinaciter negante tractatus, age quisquis tibi hoc liquere dißmulas, simul omnia quæ uel contentio sibi fingit detractans fidem, uel quæ ipsa ueritas suggerit, in diuisionis membra mittamus.

Literarum profani pro imperitis.

Has erraticas cum luminibus duobus, aut infixas cœlo, ut alia sidera, nullum sui motum nostris oculis indicare, sed *confusionis ferri mundanæ *cõuersionis impetu, aut moueri sua quoq; acceßione, dicemus. Rursus, si mouentur, aut cœli uiam sequuntur ab Ortu in Occasum, & communi, & suo motu meantes: aut contrario recessu in Orientem ab Occidẽtis parte uersantur. Præter hoc, ut opinor, nihil potest uel esse, uel fingi. Nunc uideamus, quid ex his poterit uerum probari. Si infixæ essent, nunquam ab eadem statione discederent, sed in eisdem locis semper, ut aliæ, uiderentur. Ecce enim de infixis Vergiliæ, nec à sui unquam se copulatione dispergunt, nec Hyadas quæ uicinæ sunt deserũt, aut Orionis proximam regionem relinquunt. Septentrionum quoq; compago non soluitur. Anguis qui inter eos labitur, semel circunfusum nõ mutat amplexum. Hæ uerò, modo in hac, modo in illa cœli regione uisuntur. Et sæpe cùm in unum locum duæ plures´ue conuenerint, & à loco tamen in quo uisæ sunt simul, & à se postea separantur. Ex hoc eas non esse cœlo infixas, oculis quoq; approbantibus, constat. Igitur mouentur, nec negare hoc quisquam poterit, quod uisus affirmat. Quærendum est ergo, utrum ab Ortu in Occasum, an in contrarium motu proprio reuoluantur. Sed & hoc quærentibus nobis, non solum manifestißima ratio, sed uisus quoq; ipse monstrabit. Consideremus enim singulorum ordinem, quibus zodiacum diuisum uel distinctum uidemus, & ab uno signo quolibet ordinis eius sumamus exordium. Cum Aries exoritur, post ipsum Taurus emergit: hunc Gemini insequũtur, hoc Cancer, & per ordinem reliqua. Si istæ ergo in Occidentem ab Oriente procederent, non ab Ariete in Taurum, qui retro locatus est, nec à Tauro in Geminos signum posterius

Locus argumenti.

rius uoluerentur: sed à Geminis in Taurum, & à Tauro in Arietẽ, rectà, & mundanæ uolubilitatis consona accessione prodirent. Cum ergo à primo in signum secundum, à secundo ad tertium, & inde ad reliqua quæ posteriora sunt, reuoluantur, signa autem infixa cœlo ferantur: sine dubio constat, has stellas nõ cum cœlo, sed contra cœlum moueri. Hoc ut plenè liqueat, astruamus de lunæ cursu, quæ & claritate sui, & uelocitate notabilior est. Luna postquàm à Sole discedens nouata est, secundo ferè die circa Occasum uidetur, & quasi uicina Soli, quem nuper reliquit: postquàm ille demersus est, ipsa cœli marginem tenet antecedenti superoccidens. Tertio die tardius occidit, quàm secundo: & ita quotidie longius ab Occasu recedit: ut septimo die circa Solis occasum in medio cœlo ipsa uideatur. Post alios uerò septem, cum ille mergit, hæc oritur: adeò media parte mensis dimidium cœlum, id est, unum hemisphærium, ab Occasu in Orientem recedendo metitur. Rursus post septem alios circa solis occasum latentis hemisphærij, uerticem tenet. Et huius rei indicium est, quod medio noctis exoritur. Postremò totidem diebus exemptis, solem denuo comprehendit, & uicinus uidetur ortus amborum, quandiu soli succedens rursus mouetur, & rursus recedens paulatim semper in Orientem regrediẽdo relinquat Occasum. Sol quoq; ipse non aliter quàm ab Occasu in Orientẽ mouetur, & licet tardius recessum suum quàm luna conficiat (quippe qui tanto tempore signum unum emetiatur, quanto totum zodiacum luna discurrit) manifesta tamen & subiecta oculis motus sui præstat indicia. Hunc enim in Ariete esse ponamus, quod quia æquinoctiale signum est, pares horas somni et diei facit. In hoc signo cum occidit, Libram, id est, Scorpij chelas mox oriri uide

mus,& apparet Taurus uicinus Occasui. Nam Vergilias & Hyadas partes Tauri clariores, non multo pòst, sole mergente uidemus. Sequenti mense Sol in signum posterius, id est, in Taurum recedit: & ita fit, ut neque Vergiliæ, neque alia pars Tauri illo mense uideatur. Signum enim quod cum sole oritur, & cum sole occidit, semper occulitur: adeò, ut uicina astra solis propinquitate celentur. Nam & Canis tunc, quia uicinus Tauro est, nõ uidetur, tectus lucis propinquitate. Et hoc est quod Vergilius ait:

Georg. 1. Candidus auratis aperit cùm cornibus annum
Taurus, & aduerso cedens Canis occidit astro.

Non enim uult intelligi, Tauro oriente cum Sole, mox in Occasum ferri Canem, qui proximus Tauro est: sed occidere eum dixit, Tauro gestante solem, quia tunc incipit non uideri, sole uicino. Tũc tamen occidẽte sole Libra adeo superior inuenitur, ut totus Scorpius ortus appareat. Geminì uerò uicini tunc uidentur Occasui. Rursus, post Tauri mensem Gemini non uidentur, quòd in eos solem migrasse significat. Post Geminos recedit in Cancrum, & tunc cũ occidit, mox Libra in medio cœlo uidetur. Adeò cõstat solem tribus signis peractis, id est, Ariete & Tauro, & Geminis, ad medietatẽ hemisphærij receßisse. Deniq; pòst tres mẽses sequẽtes, tribus signis quæ sequuntur emensis, Cancrũ dico, Leonẽ & Virginẽ, inuenitur in Libra, quæ rursus æquat noctẽ diei: & dũ in ipso signo occidit, mox oritur Aries, in quo sol ante sex mẽses occidere solebat. Ideo autẽ occasum magis eius, quàm ortũ eligimus proponendum, quia signa posteriora post occasum uidẽtur. Et dũ ad hæc quæ sole mergẽte uideri solẽt, solẽ redire monstramus, sine dubio eũ cõtrario motu recedere, quàm cœlũ mouetur,

uetur, ostẽdimus. Hæc autem quæ de sole & luna diximus, etiam quinq; stellarum recessum assignare sufficient. Pari enim ratione in posteriora signa migrando, semper mundanæ uolubilitati contraria recessione uersantur.

Quem Cicero, & quem Plato Soli inter errantes stellas assignauerint ordinem. Cur luna lumen suum mutue tur à sole, sicq; luceat, ut tamen non calefaciat. Dehinc, cur sol non absolute, sed ferè medius inter planetas esse dicatur. Vnde sideribus nomina. Et cur stellarum errantium, aliæ aduersæ nobis sint, aliæ prosperæ.

CAPVT XIX.

Sol quem ordinem habeat inter planetas.

His assertis, de sphærarum ordine pauca dicenda sunt. In quo dissentire à Platone Cicero uideri potest: cùm hic solis sphæram quartam de septem, id est, in medio locatam dicat, Plato à luna sursum secũdam, hoc est, inter septem à summo locum sextum, tenere commemoret. Ciceroni Archimedes & Chaldæorum ratio consentit. Plato Aegyptios, omnium philosophiæ disciplinarum parentes, secutus est, qui ita solem inter lunam & Mercurium locatum uolunt, ut ratione tamen deprehenderint, & *edixerint, cur à nonnullis sol supra Mercurium supráq; Venerem esse credatur. Nam nec illi qui ita existimant, à specie ueri procul aberrant. Opinionem uerò istius permutationis huiusmodi ratio persuasit. A Saturni sphæra, quæ est prima de septem usq; ad sphærã Iouis à summo secundam, interiecti spatij tanta distantia est, ut zodiaci ambitũ superior triginta annis, duodecim uerò annis subiecta conficiat. Rursus tantum à Ioue sphæra Martis recedit, ut eundem cursum biennio peragat. Venus autem tantò est regione Martis inferior, ut ei annus satis sit ad zodiacum peragrandũ. Iam uerò ita Veneri proxima est stella Mercurij, & Mercurio sol propinquus, ut hi tres cœlum suũ

*elicuerint

pari temporis ſpatio, id eſt, anno plus minus ue, circumeant. Ideo & Cicero hos duos curſus comites ſolis uocauit: quia in ſpatio pari, longe à ſe nunquam recedunt. Luna autem tantum ab his deorſum receßit: ut quod illi anno, uiginti octo diebus ipſa conficiat. Ideo neq; de trium ſuperiorum ordine, quem manifeſte clareq; diſtinguit immenſa diſtantia: neq; de lunæ regione, quæ ab omnibus multum receßit, inter ueteres aliqua fuit diſſenſio. Horum uerò trium ſibi proximorum, Veneris, Mercurij, & Solis ordinem uicinia confudit. Sed apud alios. Nam Aegyptiorum ſolertiam ratio non fugit, quæ talis eſt: Circulus per quem ſol diſcurrit, à Mercurij circulo, ut inferior, ambitur. Illum quoq; ſuperior circulus Veneris includit. Atq; ita fit, ut hæ duæ ſtellæ, quum per ſuperiores circulorum ſuorum uertices currunt, intelligantur ſupra ſolem locatæ: cùm uerò per inferiora commeant circulorum, ſol eis ſuperior exiſtimetur. Illis ergo qui ſphæras earum ſub ſole dixerunt, hoc uiſum eſt ex illo ſtellarum curſu, qui nonnunquam (ut diximus) uidetur inferior, qui & uerè nobilior eſt: quia tum liberius apparet. Nam cùm ſuperiora tenent, magis radijs occuluntur. Et ideo perſuaſio iſta conualuit, & ab omnibus penè hic ordo in uſum receptus eſt. Perſpicacior tamen obſeruatio * meliorem ordinem deprehendit: quem præter indaginem uiſus, hæc quoque ratio commendat, quòd lunam, quæ luce propria caret, & de ſole mutuatur, neceſſe eſt fonti luminis ſui eſſe ſubiectam. Hæc enim ratio facit lunam non habere lumen proprium, cæteras omnes ſtellas lucere ſuo: quòd illæ ſupra ſolem locatæ in ipſo puriſſimo æthere ſunt, in quo omne quicquid eſt, lux naturalis & ſua eſt: quæ tota cum igne ſuo ita ſphæræ Solis incumbit, ut cœli zonæ, quæ

*aliâs: ueriorem

procul

procul à sole sunt, perpetuo frigore oppressæ sint, sicut infrà ostendetur. Luna uerò, quia sola ipsa sub sole est, & caducorum iam regioni luce sua carenti proxima: lucem nisi desuper posito sole, cui resplendet, habere non potuit. Denique quia totius mundi una pars terra est, ætheris autem una pars luna est: lunam quoque terram, sed ætheream uocauerunt. Immobilis tamen, ut terra esse non potuit: quia in sphæra quæ uoluitur, nihil manet immobile præter centrum. Mundanæ autem sphæræ terra centrum est: ideo sola immobilis perseuerat. Rursus terra accepto Solis lumine clarescit tantummodo, non relucet: Luna speculi instar lumen, quo illustratur, emittit: quia illa aëris & aquæ, quæ per se concreta & densa sunt, fæx habetur: & ideo extrema uastitate densata est, nec ultra superficiem quauis luce penetratur. Hæc licet & ipsa finis sit, sed liquidissimæ lucis & ignis ætherei: ideo quamuis densius corpus sit, quàm cætera cœlestia, ut multò tamen terreno purius, fit acceptæ luci penetrabile: adeò, ut eam de se rursus emittat, nullum tamẽ ad nos perferentem sensum caloris. quia lucis radius, cùm ad nos de origine sua, id est, de sole peruenit: naturam secum ignis, de quo nascitur, deuehit. Cùm uerò in lunæ corpus infunditur, & inde resplendet: solam refundit claritudinem, non calorem. Nam & speculum cùm splendorem de se ui oppositi eminus ignis emittit, solam ignis similitudinem carentem sensu caloris ostendit.

Luna luce lucet aliena.

Quem Soli ordinem Plato dederit uel eius autores: quos ue Cicero secutus quartum locum globo eius assignauerit: uel quæ ratio persuasionem huius diuersitatis induxerit: & cur dixerit Tullius, Infimoq; orbi luna radijs solis accensa conuertitur, satis dictum est. Sed his hoc

Cur solem non absolute, sed ferè mediũ dicat.

adijciendum est, cur Cicero cùm quartum de septem, solem uelit: quartus autem inter septem non ferè medius, sed omnimodo medius & sit, & habeatur: non abruptè medium solem, sed ferè medium dixerit his uerbis: *Deinde subtèr mediam ferè regionem sol obtinet. Sed nõ uacat adiectio, qua hæc pronuntiatio temperatur. nam sol quartum locum obtinens, mediam regionem tenebit numero, spatio non tenebit. Si inter ternos enim summos & imos loquatur, sine dubio medius est numero. Sed totius spatij, quod septem sphæræ occupant, dimensione perspecta, regio Solis non inuenitur in medio spatio locata: quia magis à summo ipse, quàm ab ipso recessit ima postremitas. Quod sine ulla disceptationis ambage, compendiosa probabit assertio. Saturni stella, quæ summa est, zodiacum triginta annis peragrat: sol medius, anno uno: luna ultima, uno mense nõ integro. Tantùm ergo interest inter Solem, & Saturnum: quantùm inter unum, & triginta. Tantum inter Lunam, Solemq; : quantũ inter duodecim, & unũ. Ex his apparet totius à summo in imum spatij, certam ex media parte diuisionem, Solis regionẽ non fieri. Sed quia hìc de numero loquebatur, in quo uerè qui quartus, & medius est: ideo pronuntiauit quidem medium, sed propter latentem spatiorum dimensionem, uerbum, quo hanc definitionem temperaret, adiecit. Notandum, quòd esse stellam Saturni, & alteram Iouis, Martis aliam, non naturæ constitutio: sed humana persuasio est, quæ stellis numeros & nomina fecit. Non enim ait illam, quæ Saturnia est, sed quam in terris Saturniam nominant: & ille fulgor qui dicitur Iouis, & quem Martium dicitis. Adeò expressit in singulis nomina hæc, nõ esse inuenta naturæ, sed hominum commenta, significationi distinctionis accommodata.

*al's: de septẽ mediam

Nomina stellarum unde sint.

Georg. 1.

Quòd

Quòd uerò fulgorem Iouis humano generi prosperum, & salutarem: contrà, Martis rutilum, & terribilem ter- ris uocauit: alterum tractum est ex stellarum colore: nam fulget Iouis, rutilat Martis: alterum ex tractatu eorum, qui de his stellis ad hominum uitam manare uolunt aduer- sa, uel prospera. Nam plerunq; de Martis stella terribilia, de Iouis salutaria euenire definiunt. Causam si quis fortè altius quærat, unde diuinis maleuolentia, ut stella malefi- ca esse dicatur, sicut de Martis & Saturni stellis existi- matur: aut cur notabilior benignitas Iouis, & Veneris in- ter genethliacos habeatur: cum sit diuinorum una na- tura, in medium proferam rationem, apud unum omni- no, quod sciam, lectam. Nam Ptolemæus in libris tri- bus, quos de Harmonia composuit, patefecit causam, quam breuiter explicabo. Certi, inquit, sunt numeri, per quos inter omnia, quæ sibi conueniunt, iunguntur, & aptantur, fit iugabilis competentia: nec quicquam potest alteri, nisi per hos numeros, conuenire. Sunt autem epitritus, hemiolius, epogdous, duplaris, triplaris, qua- druplaris. Quæ hoc loco interim quasi nomina numero- rum accipias uolo. In sequentibus uerò, cùm de harmo- nia cœli loquemur, quid sint hi numeri, quid'ue possint, opportunius aperiemus. Modo hoc nosse sufficiat, *quia sine his numeris, nulla colligatio, nulla potest esse concor- dia. Vitam uerò nostram præcipuè Sol, & Luna moderan tur. Nam quum sint caducorum corporum hæc duo pro- pria: sentire, uel crescere: τὸ αἰσθητικὸν, id est, sentiendi natu- ra, de sole: φυτικὸν autem, id est, crescendi natura, de luna- ri ad nos globositate perueniũt. Sic utriusq; luminis bene- ficio hæc nobis constat uita, qua fruimur. Conuersatio ta- men nostra, & prouentus actuũ, tam ad ipsa duo lumina, quàm

Cur inter planetas alij nobis prosperi, alij aduersi dicantur.

*quòd

quàm ad quinque uagas ſtellas refertur. Sed harum ſtellarum alias interuentus numerorum (quorum ſuprà fecimus mentionem) cum luminibus bene iungit, ac ſociat: alias nullus applicat numeri nexus ad lumina. Ergo Venerea, & Iouialis ſtella per hos numeros lumini utrique ſociantur: ſed Iouialis Soli per omnes, lunæ uerò per plures: & Venerea lunæ per omnes, Soli per plures numeros aggregatur. Hinc licet utraque benefica credatur, Iouis tamen ſtella cum ſole accommodatior eſt, & Venerea cum luna: atque ideo uitæ noſtræ magis commodant, quaſi luminibus uitæ noſtræ autoribus, numerorum ratione concordes. Saturni autem, Martiſq; ſtellæ, ita non habent cum luminibus competentiam: ut tamen aliqua, uel extrema numerorum linea Saturnus ad ſolem, Mars aſpiciat ad lunam. Ideo minus commodi uitæ humanæ exiſtimantur: quaſi cum uitæ autoribus arcta numerorum ratione non iuncti. Cur tamen & ipſi nonnunquam opes, uel claritatem hominibus præſtare credantur, ad alterum debet pertinere tractatum: quia hic ſufficit aperuiſſe rationem, cur alia terribilis, alia ſalutaris exiſtimetur. Et Plotinus quidem in libro, qui inſcribitur, Si faciunt aſtra: pronuntiat nihil ui, uel poteſtate eorum hominibus cuenire: ſed ea quæ decreti neceßitas in ſingulos ſancit, ita per horum ſeptem tranſitum ſtatione, receſſúue monſtrari: ut aues ſeu præteruolando, ſeu ſtando, futura pennis, uel uoce ſignificant neſcientes. Sic quoq; tamen iure uocabitur hic ſalutaris, ille terribilis: cùm per hunc proſpera, per illum ſignificemus incommoda.

De diuerſis nominibus Solis, deq; eiuſdem magnitudine. CAPVT XX.

In his

IM his autem tot nominibus, quæ de sole dicuntur, non frustra, nec ad laudis pompam lasciuit oratio: sed res ueræ uocabulis exprimuntur. Dux & princeps, ait, & moderator luminum reliquorum, mẽs mundi & temperatio. Plato in Timæo, cùm de octo sphæris loqueretur, sic ait: Vt autem per ipsos octo circuitus celeritatis, & tarditatis certa mensura & sit, & noscatur: Deus in ambitu supra terram, * secundum lumen accendit, quod nunc solem uocamus. Vides ut hæc definitio uult esse omnium sphærarum lumen in sole? Sed Cicero sciens, etiam cæteras stellas habere lumen suum: solamq; lunam, ut sæpe iam diximus, proprio carere: obscuritatem definitionis huius liquidius absoluens, & ostendens in sole maximum lumen esse, non solum ait, Dux, & princeps, & moderator luminum reliquorum: adeò & cæteras stellas scit esse lumina: sed hunc ducem & principem, quem Heraclitus fontem cœlestis lucis appellat. Dux ergo est, quia omnes luminis maiestate præcedit: Princeps, quia ita eminet, ut propterea quòd talis solus appareat, sol uocetur: Moderator reliquorum dicitur, quia ipse cursus eorum, recursusque certa definitione spatij moderatur. nam certa spatij definitio est, ad quam cùm unaquæque erratica stella recedens à sole peruenerit, tanquam ultrà prohibeatur accedere, agi retrò uidetur: & rursus cùm certam partem recedendo contigerit, ad directi cursus consueta reuocatur: ita Solis uis & potestas, motus reliquorum luminum cõstituta dimensione moderatur. Mens mundi ita appellatur, ut physici eum cor cœli uocauerunt. Inde nimirum, quòd omnia quæ statuta ratione per cœlum fieri uidemus, diem, & noctem, & migrãtes inter utrunq; prolixitatis, breuitatisq; uices, & certis temporibus

* al's: secũdo

Solis nomina diuersa.

bus æquam utriuſque menſuram: dein ueris clementem
*al's: teporẽ *temperiem: torridum Cancri, ac Leonis æſtum: mollitiem
autumnalis auræ: uim frigoris inter utranq; temperiem:
omnia hæc Solis curſus, & ratio diſpenſat. Iure ergo cor
cœli dicitur, per quem fiunt omnia, quæ diuina ratione
fieri uidemus. Eſt & hæc cauſa, propter quam iure cor
cœli uocetur: quòd natura ignis ſemper in motu perpe-
tuo, agitatuq; eſt. Solem autem ignis ætherei fontem di-
ctum eſſe retulimus. Hoc eſt ergo ſol in æthere, quod in
animali cor: cuius iſta natura eſt, ne unquam ceſſet à mo-
tu: aut ſi breuis ſit eius quocunq; caſu ab agitatione ceſ-
ſatio, mox animal interimat. Hæc de eo, quòd ſolem mun-
di mentem uocauit. Cur uerò & Temperatio mundi di-
ctus ſit: ratio in aperto eſt. Ita enim non ſolum terram, ſed
ipſum quoq; cœlum, quod uerè mundus uocatur, tempera
ri ſole certiſſimum eſt: ut extremitates eius, quæ longiſſi-
mè à uia Solis receſſerunt, omni careant beneficio caloris:
& una frigoris perpetuitate torpeſcant. Quod in ſequen
tibus apertius explicabitur.

Reſtat ut & de magnitudine eius, quam ueriſſima præ-
dicatione extulit, pauca, & non prætereunda dicamus.
Phyſici hoc maximè conſequi in omni circa magnitudi-
Solis magnitudo ſecundum quoſdam. nem Solis inquiſitione uoluerunt, quantò maior eſſe poſſit
quàm terra. Et Eratoſthenes in libris Dimenſionum ſic
ait: Menſura terræ ſepties, & uicies multiplicata, menſu-
ram Solis efficiat. Poſſidonius multò multoq; ſæpius, &
uterq; lunaris defectus argumentum inuicem pro ſe aduo
cat. Ita cùm ſolem uolunt terra maiorem probare, teſtimo
nio lunæ deficientis utuntur. Cùm defectum lunæ conan-
tur aſſerere, probationem de ſolis magnitudine mutuan-
tur. Et ſic euenit, ut dum utrunq; de altero aſtruitur, neu-

trum

trum probabiliter astruatur: semper in medio uicißim nutante mutuo testimonio. Quid enim per rem adhuc probandam probetur? Sed Aegyptij nihil ad coniecturam loquentes, sequestrato ac libero argumento, nec in patrocinium sibi lunæ defectū uocantes: quanta mensura sol terra maior sit, probare uoluerunt: ut tum demū per magnitudinem eius ostenderent, cur luna deficiat. Hoc autem nequaquam dubitatur non posse aliter deprehendi, nisi mensura & terræ, & Solis inuenta: ut fieret ex collatione discretio. Et terrena quidem dimensio oculis ratione iuuantibus de facili constabat. Solis uerò mensurā aliter nisi per mensuram cœli, per quod discurrit, inueniri non posse, uiderunt. Ergo primum metiendum sibi cœlum illud, id est, iter Solis, cōstituerunt, ut per id possent modū Solis agnoscere. Sed quæso, si quis unquam tam otiosus, tamq; erit ab omni serio feriatus, ut hæc quoq; in manus sumatine talem ueterum promißionem, quasi insaniæ proximam aut horrescat, aut rideat. Et enim ad rem, quæ natura incōprehensibilis uidebatur, uiam sibi fecit ingenium: & per terram, qui cœli modus sit, reperit. Vt autem liquere possit ratio commenti, prius regulariter pauca dicenda sunt: ut sit rerum sequentium aditus instructior.

In omni orbe, uel sphæra medietas centrum uocatur. Nihilq; aliud est centrum, nisi punctum, quo sphæræ, aut orbis medium certißima obseruatione distinguitur. Item ducta linea de quocunque loco circuli, qui designat ambitum, in quacunq; eiusdem circuli summitate orbis partem aliquam diuidat necesse est. Sed non omni modo medietas est orbis, quam separat ista diuisio. Illa enim tantum linea in partes æquales orbem medium diuidit, quæ à summo in summum ita deducitur, ut necesse sit, eam trāsire per centrum. Centrum.

Diametros. trum. Et hæc linea, quæ orbem sic æqualiter diuidit, διάμετρος nuncupatur. Item diametros omnis cuiuscunq; orbis triplicata cum adiectione septimæ partis suæ, mensuram facit circuli, quo orbis includitur. Id est, si uncias septem teneat diametri longitudo, & uelis ex ea nosse, quot uncias orbis ipsius circulus teneat: triplicabis septem, & faciunt uigintiunum. His adijcies septimam partem, hoc est, unum: & pronuntiabis uiginti & duabus uncijs huius circuli esse mensuram, cuius diametros septẽ uncijs extenditur. hæc omnia geometricis, euidentißimisq; rationibus probare possemus, nisi & neminem de ipsis dubitare arbitraremur, & caueremus iusto prolixius uolumen extendere.

Vmbra terræ. Sciendum & hoc, quòd umbra terræ, quam sol post occasum in inferiore hemisphærio currens sursum cogit emitti, ex qua super terram fit obscuritas, quæ nox uocatur, sexagies in altum multiplicatur ab ea mensura, quam terræ diametros habet, & hac longitudine ad ipsum circulum, per quem sol currit erecta, exclusione luminis tenebras in terram refundit. Prodendum est igitur, quãta diametros terræ sit, ut constet quid posßit sexagies multiplicata colligere. Vnde his prælibatis, ad tractatum mensurarum, quas promisit, oratio reuertatur. Euidentißimis &

Ambitus terræ. indubitabilibus dimensionibus constat, uniuersæ terræ ambitum, quæ ubicunq; uel incolitur, uel inhabitabilis iacet, habere stadiorum millia ducenta quinquaginta duo. Cum ergo tantum ambitus teneat, sine dubio octoginta millia stadiorum, uel non multò amplius diametros habet: secundum triplicationem cum septimæ partis adiectione, quam superius de diametro & circulo regulariter diximus. Et quia ad efficiendam terrenæ umbræ longitudinem, non ambitus terræ, sed diametri mensura multiplicanda est:

ipsa

ipsa est enim, quam sursum constat excrescere, sexagies multiplicanda tibi erunt octoginta millia, quæ terræ diametros habet, quæ faciunt quadragies octies cẽtena millia stadiorum esse à terra usque ad solis cursum, quò umbram terræ diximus peruenire. Terra autẽ in medio cœlestis circuli, per quem sol currit, ut centrũ, locata est. Ergo mensura terrenæ umbræ medietatem diametri cœlestis efficiet: & si ab altera quoque parte terræ par usque ad eundem circulum mensura tendatur, integra circuli, per quẽ sol currit, diametros inuenitur. Duplicatis igitur illis quadragies octies centenis millibus, erit integra diametros cœlestis circuli, nonagies sexies centenis millibus stadiorũ. Et inuenta diametros, facilè mensuram nobis ipsius quoque ambitus prodit. Hanc enim summam, quæ diametrum facit, debes ter multiplicare, adiecta parte septima: ut sæpe iam dictum est: & ita inuenies totius circuli, per quem sol currit, ambitum stadiorũ habere trecenties centena millia, & insuper centum septuaginta millia.

Ambitus circuli per quem sol meat.

His dictis, quibus mensura, quam terræ uel ambitus, uel diametros habet: sed & circuli modus, per quem sol currit, uel diametri eius ostenditur: nunc quam solis esse mensuram, uel quemadmodum illi prudentißimi deprehenderint, indicemus. Nam sicut extrema umbra potuit circuli, per quem sol meat, deprehendi magnitudo: ita per ipsum circulum mensura solis inuenta est: in hunc modum procedente inquisitionis ingenio. Aequinoctiali die ante solis ortum æquabiliter locatum est saxeum uas in hemisphærij speciem, cauata ambitione curuatum, infrà per lineas designato duodecim diei horarũ numero, quas styli prominẽtis umbra cum transitu solis prætercundo distinguit. Hoc est autem (ut scimus) huiusmodi uasis officium,

Quomodo deprehensa sit magnitudo solis.

ut tanto tempore à priore eius extremitate ad alterã usq; ſtyli umbra percurrat: quanto ſol medietatem cœli ab Ortu in Occaſum, unius ſcilicet hemiſphærij cõuerſione, metitur. Nam totius cœli integra conuerſio diem, noctemq; concludit. Et ideo conſtat, quãtum ſol in circulo ſuo, tantum in hoc uaſe umbram meare. Huic igitur æquabiliter collocato circa tempus ſolis ortui propinquantis, inhæſit diligens obſeruantis obtutus. Et cùm ad primum ſolis radium, quem de ſe emiſit prima ſummitas orbis, emergens umbra de ſtyli decedẽs ſummitate primã curui labri eminentiam contingit: locus ipſe, qui umbræ primitias excepit, notæ impreßione ſignatus eſt: obſeruatumq; quandiu ſuper terram ita ſolis orbis integer appareret, ut una eius ſummitas adhuc horizonti uideretur inſidere: & mox locus, ad quẽ umbra tũc in uaſe migrauerat, adnotatus eſt. Habitaq; dimenſione inter ambas umbrarum notas, quæ integrum ſolis orbem, id eſt, diametrum, natæ de duabus eius ſummitatibus metiuntur, pars nona reperta eſt eius ſpatij, quod à ſummo uaſis labro, uſque ad horæ primæ lineam continetur. Et ex hoc cõſtitit, quòd in curſu ſolis unam tempore æquinoctialis horam faciat repetitus nouies orbis eius acceſſus. Et quia conuerſio cœleſtis hemiſphærij peractis horis duodecim, diem condit, nouies autem duodeni efficiunt centum octo, ſine dubio Solis diametros centeſima & octaua pars hemiſphærij æquinoctialis eſt. Ergo totius æquinoctialis circuli ducenteſima ſextadecima pars eſt. Ipſum autem circulum habere ſtadiorum trecenties centena millia, & inſuper centum, & ſeptuaginta millia, antelatis probatũ eſt. Ergo ſi eius ſummæ ducenteſimam ſextamdrcimam cõſideraueris partem, menſuram diametri Solis inuenies. Eſt autẽ pars iſta ferè

in cent

in centũ quadraginta millibus. Diametros igitur solis centum quadraginta millium ferè stadiorum esse dicenda est. Vnde penè duplex quàm terræ diametros inuenitur. Cõstat autem geometricæ rationis examine, cùm de duobus orbibus altera diametros duplo alteram uincit: illum orbem, cuius diametros dupla est, orbe altero octies esse maiorem. Ergo ex his dicendum est, solem octies terra esse maiorem. Hæc de Solis magnitudine breuiter de multis excerpta libauimus.


Sol octies maior quàm terra

Qua ratione inferiorum sphærarum stellæ in Zodiaci signis meare dicantur, cum in eis non sint: curq; ex illis aliæ breuiori, aliæ longiori tempore zodiaci signa percurrãt: & quomodo circulus zodiacus in duo decim partes diuisus sit. CAP. XXI.

SEd quoniam septem sphæras cœlo diximus esse subiectas, exteriore quaq; quas interius continet ambiente: longeq; & à cœlo omnes, & à se singulæ recesserunt, nunc quærendum est: cùm zodiacus unus sit, & is cõstet cœlo sideribus infixis, quemadmodum inferiorum sphærarum stellæ in signis zodiaci meare dicãtur. Nec longum est inuenire rationem, quæ in ipso uestibulo excubat quæstionis. Verum est enim ueque solem, lunam ue, neque de uagis ullam ita in signis zodiaci ferri, ut eorum sidcribus misceantur: sed in illo signo esse unaquæque perhibetur, quod habuerat super uerticẽ, in ea, quæ illis subiecta est, circuli sui regione discurrẽs. Quia singularum sphærarum circulos in duodecim partes, æquè ut zodiacum, ratio diuisit: & quæ in eam partem circuli sui uenerit, quæ sub parte zodiaci est Arieti deputata, in ipsum Arietem uenisse conceditur. Similisq; obseruatio in singulas partes migrantibus stellis tenetur. Et quia facilior ad intellectum per oculos uia est, id quod sermo descripsit, ui-

Quem in modum interiorũ sphærarum stellæ in zodiaci signis meare dicantur.

sus assignet. Esto enim zodiacus circulus, cui ascriptum est A. Inter hunc septem alij orbes locentur. Et zodiacus ab A, per ordinem affixis notis, quibus ascribentur literæ sequentes, in partes duodecim diuidatur. Sitq; spatium quod inter A, & B, clauditur, Arieti deputatum: quod intra B, & C, Tauro: quod inter C, & D, Geminis: Cancro quod sequitur, & reliquis per ordinem cætera. His constitutis, iam de singulis zodiaci notis & literis, singulæ deorsum lineæ per omnes circulos ad ultimum usque du-



cantur: proculdubio per orbes singulos duodenas partes diuidet transitus linearum. In quocũq; igitur circulo seu sol in illo, seu luna uel de uagis quæcũq; discurrat, cũ ad spatium uenerit, quod inter lineas clauditur ab A, & B, notis & literis defluẽtes, in Ariete esse dicetur, quia illhic constituta spatiũ Arietis in zodiaco designatũ super uerticem, sicut descripsimus, habebit. Similiter in quamcunq; migrauerit partem, in signo, sub quo fuerit, esse dicetur.

Cur aliæ stellæ breuiori tẽpore zodiaci signa percurrãt, aliæ longioti.

Atque hæc ipsa descriptio eodem compendio nos docebit, cur eundem zodiacum, eademq; signa, aliæ tempore longiore, aliæ breuiore percurrant. Quoties enim plures orbes intra se locãtur: sicut maximus est ille qui primus est, & minimus qui locũ ultimũ tenet: ita de medijs, qui summo, ppior est, inferioribus maior: qui uicinior est ultimo, breuior superioribus habetur. Et inter has igitur septem sphæras gradũ celeritatis suæ singulis ordo positionis ascripsit. Ideo stellæ, quæ per spatia grandiora discurrũt, ambitum suũ tempore prolixiore conficiunt: quæ per angusta, breuiore. Constat enim nullam inter eas celerius cæteris tardiusue procedere. Sed cùm sit omnibus idẽ motus meandi: tantam eius diuersitatem temporis, sola spatiorum diuersitas facit. Nam ut de medijs nunc prætermittamus, ne eadem sæpe repetantur, quòd eadem signa Saturnus annis triginta, luna diebus uigînti octo ambit & permeat, sola causa in quantitate est circulorum: quorum alter maximus, alter minimus. Ergo & cæterarum singulæ, pro spatij sui modo, tempus meandi aut extendunt, aut contrahunt. Hoc loco diligens rerum discussor inueniet, quod requirat. Inspectis enim zodiaci notis, quas mõstrat in præsidiũ fidei aduocata descriptio: Quis uerò, inquiet, circi cœlestis duodecim partes aut inuênit,

Quomodo zodiacus in duodecim partes diuisus.

aut fecit, maximè cùm nulla oculis subijciantur exordia singularum? Huic igitur tam necessariæ interrogationi historia ipsa respondeat, factum refrens, quo à ueteribus & tentata est tam difficilis, & effecta diuisio. Aegyptiorum enim retrò maiores, quos constat primos omniũ cœlum scrutari, et metiri ausos: postquàm perpetuæ apud se serenitatis obsequio cœlum semper suspectu libero intuẽtes, deprehẽderunt, uniuersis uel stellis, uel sideribus infixis cœlo, solas cum sole & luna quinq; stellas uagari: nec has tamen per omnes cœli partes passim, ac sine certa erroris sui lege discurrere: nunquam deniq; ad septentrionalem uerticem deuiare: nunquam ad Australis poli ima demergi, sed intra unius obliqui circi limitem omnes habere discursus: nec omnes tamen ire pariter & redire, sed alias alijs ad eundem locum peruenire temporibus: rursus ex his alias accedere, retrò agi alias, uideriq; stare nonnunquam: postquàm, inquam, hæc inter eas agi uiderũt: certas sibi partes decreuerunt in ipso circo constituere, & diuisionibus annotare: ut certa essent locorũ nomina, in quibus eas morari, uel de quibus exisse, ad quæ ue rursus esse uenturas, & sibi inuicem annuntiarent, & ad posteros noscenda transmitterẽt. Duobus igitur uasis æneis præparatis, quorum alteri fundus erat in modum clepsydræ foratus, illud quod erat integrum & uacuũ subiecerunt, pleno aquæ altero superpositio, sed meatu antè munito, & quamlibet de infixis unam clarissimam stellam lucideq; notabilem orientem obseruauerunt. Quæ ubi primum cœpit emergere, mox munitione subducta, permiserunt subiecto uasi aquam superioris influere: fluxitq; in noctis ipsius & secuti diei finem, atq; in id noctis secundæ quandiu eadem stella ad Ortum rursus reuertitur: quæ

ubi

ubi apparere uix cœpit, mox aquâ quæ influebat amota est. Cùm igitur obseruatæ stellæ itus ac reditus integram significaret cœli cõuersionẽ, mensuram sibi cœli in aquæ de illo fluxu susceptæ quantitate posuerunt. Hac ergo in partes æquas duodecim sub fida dimensione diuisa: alia duo huius capacitatis procurata sunt uasa, ut singula tantum singulas de illis duodecim partibus ferrẽt: totáq; rursus aqua in uas suum pristinum, foramine prius clausso, refusa est: & de duobus illis uasis capacitatis minoris alterũ subiecerunt pleno, alterũ iuxta expeditum paratumq; posuerunt. His præparatis, nocte alia in illa iam cœli parte, per quam solem lunamq;, & quinque uagas meare diuturna obseruatione didicerant: quamq; postea zodiacum uocauerunt: ascensurum obseruauerunt sidus, cui postea nomen Arietis indiderunt. Huius incipiente ortu, statim subiecto uasi superpositæ aquæ fluxum dederunt. Quod ubi completum est, mox eo sublato effusoq;, alterum simile subiecerunt: certis signis obseruatis, ac memoriter annotatis, inter eius loci stellas, quæ oriebãtur, cùm primum uas esset impletum: intelligentes, quòd eo tempore, quo totius aquæ duodecima pars fluxit, pars cœli duodecima conscendit. Ab illo ergo loco, quo oriri incipiente, aqua in primum uas cœpit influere, usque ad locum qui oriebatur, cùm idem primum uas impleretur, duodecimã partem cœli, id est, unum signum, esse dixerunt. Item secundo uase impleto, & mox retracto illo, simile quod olim effusum parauerant, iterum subdiderunt: notato similiter loco, qui emergebat, quum secũdum uas esset impletum, & à fine primi signi, usque ad locum, qui ad secundæ aquæ finem oriebatur, secundum signum notatum est. Atque ita uicißim uasa mutando, & per singulas influentis aquæ

partes, singulos sibi ascendentium cœli partium limites annotando: ubi consummata iam omni per duodecim partes aqua, ad primi signi exordia peruentum est: sine dubio iam diuisas, certusq; sibi obseruationibus, & indicijs annotatas cœli partes tantæ compotes machinationis habuerunt. Quod non nocte una, sed duabus effectum est. quia omne cœlum una nocte non uoluitur, sed per diem uertitur pars eius media, & medietas reliqua per noctem. Nec tamen cœlum omne duarum sibi proximarum noctium diuisit inspectio, sed diuersorum temporum nocturna dimensio utrunque hemisphærium paribus *æquè uicibus annotauit. Et has ipsas duodecim partes signa appellari maluerunt, certaq; singulis uocabula gratia significationis adiecta sunt. Et quia signa Græco nomine ζῶδια nuncupantur, circum ipsum Zodiacum, quasi signiferum, uocarunt. Hanc autem rationem ijdem illi cur Arietem, cùm in sphæra nihil primum, nihilq; postremum sit, primum tamen dici maluerint, prodiderunt. Aiunt incipiente die illo, qui primus omnium luxit: id est, quo in hunc fulgorem cœlum, & elemẽta purgata sunt, qui ideo mundi natalis iure uocitatur, Arietem in medio cœlo fuisse. Et quia medium cœlum quasi mundi uertex est, Arietem propterea primũ inter omnes habitum: qui ut mundi caput exordio lucis apparuit. Subnectũt etiam causam, quur hæc ipsa duodecim signa assignata sint diuersorum numinum potestati. Aiunt enim in hac ipsa genitura mũdi Ariete (ut docuimus) medium cœlum tenente, horam fuisse mundi nascentis, Cancro gestante tũc Lunam: post hũc Sol cum Leone oriebatur: cũ Mercurio Virgo: Libra cum Venere: Mars erat in Scorpio: Sagittariũ Iupiter obtinebat; in Capricorno Saturnus meabat. Sic factũ est, ut

*aliâs: aquæ

Zodiacus unde dictus.

Aries cur primus iter signa.

Cur signa diuersorum numinum assignata sint potestati.

est,ut singuli eorum signorũ domini esse dicantur,in quibus,quum mundus nasceretur,fuisse creduntur. Sed duobus quidẽ luminibus singula tantum signa,in quibus tunc fuerãt,assignauit antiquitas:Cancrũ Lunæ:Soli Leonem. Quinq; uerò stellis præter illa signa, quibus tunc inhærebant, quinque reliqua sic adiecit uetustas:ut in assignandis à fine prioris ordinis, ordo secundus inciperet. Superius enim diximus,in Capricorno Saturnum post omnes fuisse. Ergo secunda adiectio eum primum fecit, qui ultimus fuerat. Ideo Aquarius qui Capricornum sequitur, Saturno datur:Ioui, qui ante Saturnum erat, Pisces dicantur:Aries Marti,qui præcesserat Iouem:Taurus Veneri, quam Mars sequebatur:Gemini Mercurio,post quẽ Venus fuerat,deputati sunt. Notandum hoc loco,quòd in genitura mundi, uel ipsa rerum prouidentia, uel uetustatis ingenium hunc stellis ordinem dedit,quem Plato assignauit sphæris earum:ut esset Luna prima,Sol secundus,super hunc Mercurius, Venus quarta,hinc Mars,inde Iupiter,& Saturnus ultimus. Sed sine huius tamen rationis patrocinio,abunde Platonicum ordinem prior ratio commendat. Ex his,quæ de uerbis Ciceronis proximè præ latis quærenda præposuimus, qua licuit breuitate,à summa sphæra,quæ aplanes dicitur, usque ad lunam,quæ ultima diuinorum est, omnia iam (ut opinor) absoluimus. Nam & cœlum uolui, & cur ita uoluatur, ostendimus: septemq; sphæras contrario motu ferri, ratio indubitata patefecit:& de ipso sphærarum ordine quid diuersi senserint,uel quid inter eos dissensionem fecerit, quæue magis sequenda sit sententia,tractatus inuenit. Nec hoc tacitum est,quur inter omnes stellas sola, sine fratris radijs, luna nõ luceat. Sed & quæ spatiorum ratio solem ab his quo-

Planetarum ordo.

Epilogus eorũ, de quibus per ordinem dictum se esse pollicitus fuit capite decimoseptimo.

que, qui eum inter septem quartum locarunt, non tamen abruptè medium, sed ferè medium dici coëgerit, publicatum est. Quid significent nomina, quibus ita uocatur, ut laudari tantum putetur, innotuit. Magnitudo quoq; eius: sed & cœlestis, per quem discurrit, circuli: terræq; pariter quanta sit, uel quemadmodũ deprehensa, monstratum est. Subiectarum sphærarum stellæ quemadmodum zodiaco, qui supra omnes est, ferri dicantur, uel quæ ratio diuersarum faciat seu celerem, seu tardum recursum. Sed & ipse zodiacus in duodecim partes, qua ratione diuisus sit: curq; Aries primus habeatur: & quæ signa in quorum numinum ditione sint, absolutum est. Sed omnia hæc, quæ de summo ad lunam usque perueniunt, sacra, incorrupta, diuina sunt: quia in ipsis est æther semper idem, nec unquam recipiens inæqualem uarietatis æstum: infra lunam & aër & natura mutationis pariter incipiunt. Et sicut *diuturnorũ ætheris, & aëris: ita* diuinorum, & caducorum luna cõfinium est. Quod autem ait: Nihil infra lunam esse * diuinum, præter animos munere Deorũ hominum generi datos: non ita accipiendum est, animos hîc esse, ut hîc nasci putentur: sed sicut solem esse in terris dicere solemus, cuius radius aduenit, & recedit: ita animorum origo cœlestis est, sed lege temporalis hospitalitatis hic exulat. Hæc ergo regio diuinum nihil habet ipsa, sed recipit: & quia recipit, & remittit. Proprium autem habere diceretur, si ei semper tenere licuisset. Sed quid mirum, si animus de hac regione non constat: quum nec corpori fabricando sola sufficerit? Nam quia terra, aqua, & aër infra lunam sunt, ex his solis corpus fieri non potuit, quod idoneum esset ad uitam: sed opus fuit præsidio ignis ætherei, qui terrenis membris uitam, & animam sustinendi com

Quomodo animi nostri hîc sint.

* diuturnum

Loquitur quasi tria tantum sint elementa.

di commodaret uigorem, qui uitalem calorem & faceret, & ferret. Hæc de aëre dixisse nos satis sit. Restat ut de terra, quæ sphærarum nona, & mundi ultima est, dictu necessaria disseramus.

Terra qua de causa immobilis sit, & omnia in eam suo nutu ferantur pondera CAPVT. XXII.

NAm ea, quæ est media & nona tellus, inquit, neque mouetur, & infima est, & in eam ferun tur omnia nutu suo pondera: illæ uerè insolubiles causæ sunt, quæ mutuis inuicem nexibus uinciuntur: & dum altera alteram facit, ita uicißim de se nascuntur, ut nunquam à naturalis societatis amplexibus separentur: talia sunt uincula quibus terram natura constrinxit. Nam ideo in eam feruntur omnia, quia ut media non mouetur: ideo non mouetur, quia infima est. Nec poterat infima non esse, in quam omnia feruntur. Horum singula quæ inseparabiliter inuoluta rerum necessitas in se uinxit, tractatus expediat. Non mouetur, ait: est enim centron. In sphæra autem solum centron diximus non moueri: quia necesse est, ut circa aliquid immobile sphæra moueatur. Adiecit: Infima est. Rectè hoc quoque. nam quod centron est, medium est. In sphæra uerò hoc solum constat imum esse, quod medium est. Et si ima est, sequitur ut uerè dictum sit: In eam ferri omnia. Semper enim pondera in imum natura deducit. Nam & in ipso mundo ut esset terra ima, sic factum est. Quicquid ex omni materia de qua facta sunt omnia, purißimum ac liquidißimum fuit, id tenuit summitatem, & æther uocatus est: pars, cui minor puritas, & inerat aliquid leuis ponderis, aër extitit, & in secunda delapsus est: post hæc quod adhuc quidem liquidum, sed iam usque ad tactus

Centron.

Omne graue naturaliter motu ferri deorsum.

Dispositio elementorum.

ignis.


tactus offensam corpulentum erat, in aquæ fluxum coagulatum est. Iam uerò quod de omni syluestri tumultu uastum, impenetrabile, densatum, ex defæcatis abrasum resedit elementis, hæsit in imo: quod demersum est stringente perpetuo gelu, quod eliminatum in ultimam mundi partem longinquitas solis coaceruauit. Quod ergo ita concretum est, terræ nomen accepit. Hanc spissus aër & terreno frigori propior, quàm solis calori, stupore spiramenis densioris undiq; uersum fulcit, & continet. Nec in recessum, aut accessum moueri eam patitur, uel uis circumuallantis, & ex omni parte uigore simili librantis auræ: uel ipsa sphæralis extremitas, quæ si paululum à medio declinauerit, fit cuicunque uertici propior, & imum relinquit. Quod ideo in solo medio est, quia ipsa sola pars à quouis sphæræ uertice pari spatio recedit. In hãc igitur, quæ & ima est, & quasi media, & non mouetur, quia centrum est, omnia pondera ferri necesse est. Et quia ipsa in hunc locum, quasi pondus, relapsa est: argumento sunt cùm alia innumera, tum præcipuè imbres, qui in terram ex omni aëris parte labuntur. Nec enim in hanc solam quam habitamus superficiem decidunt: sed & in latera quibus in terra globosi tas sphæralis efficitur, & in partem alteram, quæ ad nos habetur inferior, imbrium casus est. Nam si aër terreni frigoris exhalatione densatus, in nubem cogitur, & ita abrumpit in imbres: aër autem uniuersam terram circunfusus ambit: procul dubio ex omni aëris parte, præter ustam calore perpetuo, liquor pluuialis emanat: qui undiq; in terram, quæ unica est sedes ponderum, defluit. Quod qui respuit, superest ut existimet extra hãc unam superficiẽ, quam incolimus, quicquid niuiũ, imbrium ue, uel grandinum cadit, hoc totum in* cœlo de

Causa cur sit terra immobilis.

aëre

* cœlum

aëre defluere. Cœlum enim ab omni parte terræ *æqua- *æqualiter
liter distat: et ut à nostra habitatione, ita & à lateribus,
& à parte quæ ad nos habetur inferior, pari altitudinis
immensitate suspicitur. Nisi ergo omnia pondera ferren-
tur in terram: imbres, qui extra latera terræ defluũt, non
in terram, sed in cœlum caderent: quod *uilitatem ioci *uolubilita-
tem



scurrilis excedit. Esto enim terræ sphæra, cui ascripta sunt
A, B, C, D. Circa hanc sit aëris orbis, cui ascripta sunt E,
F, G, L, M. Et utrunq; orbem, id est, terræ & aëris, diui-
dat linea ducta ab E, usque ad L. Erit superior ista, quam
possidemus, & illa sub pedibus. Nisi ergo caderet omne
pondus

pondus in terram, paruam nimis imbrium partem terra susciperet ab A, usque ad C. Latera uerò aëris, id est, ab F, usque ad E, & à G, usque ad I, humorem suum in aërem cœlumq; deijcerent. De inferiore autem cœli hemisphærio pluuia in exteriora, & ideo naturæ incognita, defluceret: sicut ostendit subiecta descriptio. Sed hoc uel refellere dedignatur sermo sobrius: quod sic absurdum est, ut sine argumentationis patrocinio subruatur. Restat ergo, ut indubitabili ratione monstratum sit, in terram ferri omnia nutu suo pondera. Ista autem quæ de hoc dicta sunt, opitulantur nobis & ad illius loci disputationem, quæ Antipodas esse cõmemorat. Sed hic inhibita continuatione tractatus, ad secundi commentarij uolumen disputationem sequentium reseruemus.

LIBRI PRIMI FINIS.

MACRO

MACROBII * AVRELII THEODOSII VIri consularis & illustris in Somnium Scipionis, expositionis quàm elegantissimæ, liber secundus.

* Ambrosij

Concentum quédam effici motu cœlestium corporum: & quo modo ratio eius concentus à Pythagora sit deprehensa: tum qui numeri apti sint consonantiis musicis: quotq; consonantiæ sint. CAP. I.

SVPERIORE cõmentario, Eustathi luce mihi charior dilectiorq; fili, ad stelliferæ sphæræ cursum, & subiectarum septem, sermo processerat: nunc iam de musica earum modulatione disputetur. Quis hic, inquam, quis est, qui complet aures meas tantus, & tam dulcis sonus? Hic est, inquit ille, qui interuallis disiunctus imparibus, sed tamen pro rata parte ratione distinctis, & impulsu, & motu ipsorum orbium efficitur: & acuta cum grauibus temperans, uarios æqualiter concentus efficit. Nec enim silentio tanti motus incitari possunt: & natura fert, ut extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acutè sonent. Quam ob causam summus ille cœli stellifer cursus, cuius conuersio est concitatior, acutè excitato mouetur sono: grauissimo autem hic lunaris, atque infimus. Nam terra nona, immobilis manens, ima sede semper hæret, complexa mundi mediũ locum. Illi octo cursus, in quibus eadem uis est duorum, septẽ effi-

ciunt

ciunt distinctis interuallis sonos: qui numerus rerũ omniũ ferè nodus est. quod docti homines neruis imitati, atque cantibus, aperuerunt sibi reditum in hunc locum. Expositio sphærarum ordine, motuq; descripto, quo septem subiectæ in contrarium cœlo feruntur: consequens est, ut qualem sonum tantarum molium impulsus efficiat, hic requiratur. Ex ipso enim circunductu orbium, sonum nasci necesse est: quia percussus aër, ipso interuẽtu ictus, uim de se fragoris emittit, ipsa cogente natura, ut in sonũ desinat duorum corporũ uiolenta collisio. Sed is sonus, qui ex qualicunq; aëris ictu nascitur, aut dulce quiddam in aures, & musicum defert: aut ineptum, & asperum sonat. Nam si ictum obseruatio numerorũ certa moderetur: compositũ, sibiq; consentiens modulamẽ *edu citur. At cùm increpat tumultuaria, & nullis modis gubernata collisio: fragor turbidus, & incõditus offendit auditum. In cœlo autem constat nihil fortuitum, nihil tumultuariũ prouenire: sed uniuersa illhic diuinis legibus, & *stata ratione procedere. Ex his inexpugnabili ratiocinatione collectum est, musicos sonos de sphærarum cœlestium conuersione procedere: quia & sonum ex motu fieri necesse est: & ratio, quæ diuinis inest, fit sono causa modulaminis. Hoc Pythagoras primus omnium Graiæ gentis hominum mente concepit. Et intellexit quidem, compositum quiddam de sphæris sonare: propter necessitatem rationis, quæ à cœlestibus nõ recedit. Sed quæ esset illa ratio, uel quibus obseruãda modis, non facilè deprehendebat. Cumq; cum frustra tantæ, tamq; arcanæ rei diuturna inquisitio fatigaret: fors obtulit, quod cogitatio alta non reperit. Cùm enim casu præteriret in publico fabros, ignitum ferrum ictibus mollientes, in aures eius malleor

Necessariò concẽtum quẽdam esse corporum cœlestium.

* efficitur

* rata

Quomodo reperta à Pythagora sit concentuum ratio.

malleorum soni certo sibi respondentes ordine, repentè ceciderunt. In quibus ita grauitati acumina consonabant, ut utrunque ad audientis sensum stata dimensione remearet, & ex uarijs impulsibus unum sibi consonans nascere tur. Hinc occasionem sibi oblatam ratus, deprehẽdendi oculis, & manibus, quod olim cogitatione quærebat, fabros adit: & imminens operi curiosius intuetur, annotans sonos, qui de singulorum lacertis conficiebantur. Quos cùm ferientium uiribus ascribendos putaret, iubet ut inter se malleos mutent: quibus mutatis, sonorum diuersitas ab hominibus recedens, malleos sequebatur. Tunc omnem curam ad pondera eorum examinanda conuertit. Cumq; sibi diuersitatem ponderis, quod habebatur in singulis, annotasset: alijs ponderibus in maius, minusue excedentibus fieri malleos imperauit: quorum ictibus soni nequaquam prioribus similes, nec ita sibi consonantes exaudiebantur. Tunc animaduertit concordiam uocis, lege ponderum prouenire: collectisque numeris, quibus consentiens sibi diuersitas ponderum continebatur, ex malleis ad fides uertit examen: & intestina ouium, uel boum neruos tam uarijs ponderibus illigatis tetendit, qualia in malleis fuisse didicerat: talisq; ex his concentus euenit, qualem prior obseruatio non frustra animaduersa promiserat, adiecta dulcedine, quam natura fidium sonora præstabat. Hic Pythagoras tanti secreti compos, deprehendit numeros, ex quibus soni sibi consoni nascerentur: adeò ut fidibus sub hac numerorum obseruatione compositis, certæ certis, aliæq; alijs conuenientium sibi numerorum concordia tenderentur: ut una impulsa plectro, alia licet longè posita, sed numeris conueniens, simul sonaret. Ex omni autem innumera uarietate numerorum,

pauci & numerabiles inuenti sunt, qui sibi ad conficiendam musicam conuenirent. Sunt autem hi sex omnes, epitritus, hemiolius, duplaris, triplaris, quadruplus & epogdous. Et est epitritus, cùm de duobus numeris maior habet totum minorem, & insuper eius tertiam partem: ut sunt quatuor ad tria. nam in quatuor sunt tria, & tertia pars trium, id est, unum. & is numerus uocatur epitritus: deq; eo nascitur symphonia, quæ appellatur διὰ τεσσάρων. Hemiolius est, cùm de duobus numeris maior habet totum minorem, & insuper eius medietatem: ut sunt tria ad duo. nam in tribus sunt duo, & media pars eorum, id est, unum. Et ex hoc numero qui hemiolius dicitur, nascitur symphonia, quæ appellatur διὰ πέντε. Duplaris numerus est, cùm de duobus numeris, minor bis in maiore numeratur: ut sunt quatuor, ad duo. & ex hoc duplari numero nascitur symphonia, cui nomen est διὰ πασῶν. Triplaris autem, cùm de duobus numeris minor ter in maiore numeratur: ut sunt tria, ad unum. & ex hoc numero symphonia procedit, quæ dicitur διὰ πασῶν, καὶ διὰ πέντε. Quadruplus est, quum de duobus numeris minor quater in maiore numeratur: ut sunt quatuor ad unum. qui *numerus facit symphoniam, quam dicunt δὶς διὰ πασῶν. Epogdous est numerus, qui intra se habet minorem, & insuper eius octauam partem: ut nouem, & octo. quia in nouem octo sunt, & insuper octaua pars eorum, id est, unum. hic numerus sonum parit, quem tonon musici uocauerunt. Sonum uerò tono minorem, ueteres quidem *semitonium uocitare uoluerunt. Sed non ita accipiendum est, ut dimidius tonus putetur. quia nec semiuocalem in literis pro medietate uocalis accipimus. Deinde tonus per naturam sui in duo diuidi

Sextãũ numeros aptos esse ad conficiendã musicam.

Epitritus.

Hemiolius.

Duplaris.

Triplaris.

Quadruplus.

*in numeris.

Epogdous.

*ἡμιτόνιον

sibi

sibi æqua non poterit. Cùm enim ex nouenario numero constet, nouem autem nunquam æqualiter diuidantur, tonus in duas diuidi medietates recusat. Sed semitonium uocitauerunt sonum tono minorem. quem tam paruo distare à tono, deprehensum est, quantum hi duo numeri inter se distant, id est, ducenta quadraginta tria, & ducenta quinquaginta sex. Hoc semitonium Pythagorici quidem ueteres diesin nominabant: sed sequens usus sonum semitonio minorem diesin cõstituit nominandum. Plato semitonium limma uocitauit. Sunt igitur symphoniæ quinque, id est, λεῖμμα. ὁλὸς τεσσάρων, ὁλὸς πέντε, ὁλὸς πασῶν, ὁλὸς πασῶν καὶ ὁλὸς πέντε, καὶ λεῖμμα ὁλὸς πασῶν. Sed hic numerus symphoniarum ad musicam pertinet,* quem uel flatus humanus intendere, uel capere potest humanus auditus. Vltrà autem se tendit harmoniæ cœlestis accessio: id est, usq; ad quater ὁλὸς πασῶν καὶ ὁλὸς πέντε. Nunc interim de his, quas nominauimus, disseramus. Symphonia diatessaron constat de duobus tonis, & semitono: ut minutias, quæ in additamento sunt, relinquamus, ne difficultatem creemus: & fit ex epitrito. Diapente constat ex tribus tonis, & hemitono: & fit de hemiolio. Diapason constat de sex tonis: & fit de duplari. Sed ὁλὸς πασῶν καὶ ὁλὸς πέντε constat ex nouem tonis, & hemitono: & fit de triplari numero. Dis autem diapason continet tonos duodecim: & fit ex quadruplo.

Symphoniæ quinq.

* quam

Plato quem in modum animam mundi ex numeris fabricatam esse docuerit: & quòd hinc etiam probari possit concentum quendam esse cœlestium corporum.

CAPVT II.

HInc & Plato postquàm Pythagoricæ successione doctrinæ, & ingenij proprij diuina profunditate, cognouit nullam esse posse sine his numeris iugabilem

competentiam, in Timæo suo mundi animam per istorum numerorum contextionem ineffabili prouidentia Dei fabricatoris instituit. Cuius sensus si huic operi fuerit appositus, plurimum nos ad uerborum Ciceronis, quæ circa disciplinam musicæ uidentur obscura, intellectum iuuabit. Sed ne, quod in patrocinium alterius expositionis adhibetur, ipsum per se difficile credatur: pauca nobis præmittenda sunt, quæ simul utriusque intelligentiam faciant lucidiorem. Omne solidum corpus trina dimensione distenditur. habet enim longitudinem, latitudinem, profunditatem. Nec potest inueniri in quolibet corpore quarta dimensio: sed his tribus omne corpus solidum continetur. Geometræ tamen alia sibi corpora proponunt, quæ appellant mathematica, cogitationi tantum subijcienda, non sensui. Dicunt enim punctum corpus esse indiuiduum, in quo neq; longitudo, neq; latitudo, neq; altitudo deprehendatur: quippe quod in nullas partes diuidi possit. Hoc protractum efficit lineam, id est, corpus unius dimensionis. Longum est enim sine lato, sine alto: & duobus punctis ex utraq; parte solam longitudinem terminantibus continetur. Hanc lineam si geminaueris, alterum mathematicum corpus efficies, quod duabus dimensionibus extruatur, longo, latoq;, sed alto caret. Et hoc est quod apud illos superficies uocatur: punctis autem quatuor continetur, id est, per singulas lineas binis. Si uerò hæ duæ lineæ fuerint duplicatæ, ut subiectis duabus, duæ superponãtur, adijcietur profunditas: & hinc solidum corpus efficietur: quod sine dubio octo angulis continebitur: quod uidemus in tessera, quæ Græco nomine κύβος uocatur. His geometricis rationibus applicatur natura numerorum. Et μονὰς punctum putatur: quia sicut punctũ corpus non est, sed ex

se facit

se facit corpora, ita monas numerus esse non dicitur, sed origo numerorum. Primus enim numerus in duobus est, qui similis est lineæ, de puncto sub gemina puncti termina tione productæ. Hic numerus, duo, geminatus, de se efficit quatuor: ad similitudinẽ mathematici corporis, quod sub quatuor punctis longo latoq; distenditur. Quaternarius quoq; ipse geminatus, octo efficit: qui numerus solidum corpus imitatur: sicut duas lineas diximus duabus superpo sitas, octo angulorum dimensione integram corporis soli-ditatem creare. Et hoc est quod dicitur apud Geometras: bis bina bis, corpus esse iam solidum. Ergo à pari numero acceßio usque ad octo, soliditas est corporis. Ideo inter principia, huic numero plenitudinem deputauit. Nunc o= portet ex impari quoq; numero, quemadmodum id efficia tur, inspicere. Et quia tam paris, quàm imparis numeri monas origo est, ternarius numerus prima linea esse cre= datur. Hic triplicatus nouenarium numerum facit, qui & ipse quasi de duabus lineis, longum latumq; corpus effi= cit. Item nouenarius triplicatus tertiam dimensionem præ stat, & ita à parte imparis numeri in uigintiseptem, quæ sunt ter terna ter, solidum corpus efficitur, sicut in numero pari bis bina bis, qui est octonarius, solidita= tem creauit. Ergo ad efficiendum utrobique solidum corpus, monas necessaria est: & sex alij numeri, id est, ter= ni, à pari & impari. A pari quidem, duo, quatuor, octo: ab impari autem, tria, nouem, uiginti septem. Timæus igitur Platonis in fabricanda mundi anima, consilium diuinitatis enuntians, ait illam per hos numeros fuisse contextam, qui & à pari & impari cubum, id est, perfectionem soliditatis efficiunt: non quia aliquid significaret illam habere cor= poreum, sed ut posset uniuersitatem animando penetrare,

Animæ mundi fabricatio secũdum Platonẽ.

& mundi solidum corpus implere, per numeros soliditatis effecta est. Nunc ad ipsa Platonis uerba ueniamus. Nam cum de Deo animã mundi fabricante loqueretur, ait: Primam ex omni firmamento partem tulit. Hinc sumpsit duplam partem prioris: tertiam uerò secundæ hemioliam, sed primæ triplam: & quartam duplam secundæ: quintam, tertiæ triplam: Sextam, primæ octuplam: & septimam, uicies septies à prima multiplicatam. Post hæc spatia, quæ inter duplos & triplos numeros hiabant, insertis partibus adimplebat: ut binæ medietates singula spatia colligarent: ex quibus uinculis hemiolij, & epitriti, & epogdoi nascebantur. Hæc Platonis uerba ita à nonnullis excepta sunt, ut primam partem monadem crederent: secundam, quam dixi duplam prioris, dualem numerum esse confiderent: tertiam, ternarium numerum: qui ad duo hemiolius est, ad unum triplus: & quartam, quatuor: qui ad secundum, id est, ad duo duplus est: quintam, nouenarium: qui ad tertiũ, id est, ad tria triplus est: sextam autem octonarium, qui primum octies continet. At uerò pars septima, in uiginti & septẽ fuit: quæ faciunt, ut diximus, augmentum tertium imparis numeri. Alternis enim (ut animaduertere facile



facile est) processit illa contextio: ut post monadem, quæ & par, & impar est, primus par numerus poneretur, id est, duo: deinde sequeretur primus impar, id est, tria: quarto loco secundus par, id est, quatuor: quinto loco secundus impar, id est, nouem: sexto loco tertius par, id est octo: septimo loco tertius impar, id est, uiginti septem. Vt quia impar numerus mas habetur, & par fœmina: ex pari & impari, id est, ex mari & fœmina, nasceretur, quæ erat uniuersa paritura, & ad utriusque solidi-tatem usque procederet, quasi solidum omne penetratura. Deinde ex his numeris fuerat componenda, qui soli continent iugabilem competentiam: quia omni mundo ipsa erat iugabilem præstatura concordiam. Nam duo ad unum dupla sunt: de duplo autem diapason symphoniam nasci iam diximus: tria uerò ad duo hemiolium numerum faciunt: hinc oritur diapente: quatuor ad tria epitritus numerus est, ex hoc componitur diatessaron: item quatuor ad unum in quadrupli ratione censentur, ex quo symphonia disdiapason nascitur. Ergo mundi anima, quæ ad motum hoc quod uidemus, uniuersitatis corpus impellit, contexta numeris musicam de se creantibus cõcinentiam, necesse est, ut sonos musicos de motu, quem proprio impulsu præstat, efficiat: quorũ originem in fabrica suæ cõtextionis inuenit. Ait enim Plato (ut suprà retulimus) autorem animæ deum, post numerorũ inter se imparium contextionem, hemiolijs, epitritis, & epogdois, & limmate hiantia interualla suppleſſe. Ideo doctißimè Tullius in uerbis suis ostendit Platonici dogmatis profunditatẽ. Quis hic, inquam, quis est qui cõplet aures meas tantus, & tam dulcis sonus? Hic est, inquit ille, qui interuallis disiũctus imparibus, sed tamẽ pro rata parte ratione distinct

Ostenditur ex constitutione animæ, concẽtus cœlestium corporum.

stinctis, impulsu & motu ipsorũ orbiũ efficitur. Vides ut interualla cõmemorat, & hæc inter se imparia esse testatur, nec diffitetur rata ratione distincta, quia secundũ Timæũ Platonis, impariũ inter se interualla numerorũ, ratis ad se numeris, hemiolijs scilicet, epitritis, & epogdois, hemitonisq; distincta sunt, quibus omnis canora ratio continetur. Hinc animaduertitur, quia hæc uerba Ciceronis nunquàm profectò ad intellectũ paterent, nisi hemiolioriũ, epitritorũ, & epogdoorũ ratione præmissa, quibus interualla distincta sunt: & nisi Platonicis numeris, quibus mũdi anima est cõtexta, patefactis: & ratione præmissa, cur ex numeris musicã creãtibus anima intexta sit. Hæc enim omnia & causam mũdani motus ostẽdũt, quẽ solus animæ præstat impulsus: & necessitatẽ musicæ cõcinentiæ, quam motui à se facto inserit anima in natura sibi ab origine.

Aliis præterea indiciis ac rationibus concentum illum motuum cœlestium posse ostendi: quodq; interualla ea, quæ esse in anima ratione sola intelliguntur, re uera in ipso mundi corpore deprehendantur.

CAPVT III.

Prima ratio.

HInc Plato in Repub. sua cum de sphærarũ cœlestium uolubilitate tractaret, singulas ait Sirenas singulis orbibus insidere: significans sphærarum motu cantum numinibus exhiberi. Nam Siren, Deo canens Græco intellectu ualet. Theologi quoq; nouem Musas octo sphærarum musicos cantus, & unam maximam concinentiam, quæ constat ex omnibus, esse uoluere. Vnde Hesiodus in Theogonia sua octauam Musam Vraniam uocat: quia post septem uagas, quæ subiectæ sunt, octaua stellifera sphæra superposita, proprio nomine cœlum uocatur. Et ut ostenderet nonam esse, & maxima, quam conficit* sonorum concors uniuersitas, adiecit, καλλιστη θ' ὑ μὴ προφερεσάτη ἐστὶν

Secunda. θεῶ ἴεροσα κοῦραι ἀοιδοῖσι γεγωνὸν ἄμβροσιαι. σειρῆνες γὰρ οἱ φωρικῆς τοῖς θεοῖς.

*als sororũ

ἀστρων

ἀπόλλων, ex nomine ostendens ipsam uocis dulcedinem nonam Musam uocari. Nam χαλλιστη optimæ uocis Græca interpretatio est. Et ut ipsam esse quæ constet ex omnibus, preßius indicaret: aßignauit illi uniuersitatis uocabulum, uidelicet προφερεστάτη ἀπόλλων. Nam Apollinem ideo μυσάγητον uocant: quasi ducem & principem orbium cæterorum: ut ipse Cicero refert: Dux, & princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio. Musas esse mundi cantum etiam *rustici sciunt, qui eas Camœnas, quasi canenas à canēdo dixerunt. Ideo canere cœlum etiam Theologi comprobantes, sonos musicos sacrificijs adhibuerunt: qui apud alios lyra, & cithara: apud nonnullos tibijs, alijs'ue musicis instrumentis fieri solebant. In ipsis quoque hymnis Deorum, per strophem, & antistrophem metra canoris uersibus adhibebantur: ut per strophem rectus orbis stelliferi motus, per antistrophem diuersus uagarum regressus prædicaretur: ex quibus duobus motibus, primus in natura hymnus dicendus Deo sumpsit exordium. Mortuos quoq; ad sepulturam prosequi oportere cum cantu, plurimarum gentium, uel *regionum instituta sanxerunt: persuasione hac, qua post corpus animæ ad originem dulcedinis musicæ, id est, ad cœlum redire credantur. Nam ideo in hac uita omnis anima musicis sonis capitur (ut non solum qui sunt habitu cultiores, uerum uniuersæ quoq; Barbaræ nationes, cantus, quibus uel ad ardorem uirtutis animentur, uel ad mollitiem uoluptatis resoluantur, exerceant) quia in corpus defert memoriam musicæ, cuius in cœlo fuit conscia. Et ita delinimentis canticis occupatur, ut nullum sit tam immite, tam asperum pectus, quod non oblectamentorum talium teneatur affectu. Hinc existimo et Orphæi, uel

*al. Hetrusci

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

*religionum

Septima.

Amphionis fabulam: quorum alter animalia ratione carẽtia: alter saxa quoq; trahere cantibus fingebatur: sumpsisse principium: quia primi fortè gẽtes uel sine rationis cultu Barbaras, uel saxi instar nullo affectu mobiles, ad sensum uoluptatis canendo traxerunt. Ita deniq; omnis habitus animæ cantibus gubernatur: ut & ad bellum progressui, et item receptui canatur cantu, & excitante, & rursus sedãte uirtutem. Dat somnos, adimitq;: necnon curas & immittit, & retrahit: iram suggerit, clementiam suadet: corporum quoq; morbis medetur. Nam hinc est, quòd ægris remedia præstantes præcinere dicuntur. Ecquid mirum, si inter homines musicæ tanta dominatio est, cũ aues quoq;, ut luscinię & cygni, aliæue id genus, cantũ ueluti quadã disciplina artis exerceant: nonnullæ uerò uel aues, uel terrenæ seu aquatiles beluæ, inuitante cantu, in retia sponte decurrant: & pastoralis fistula pastum progressis quietè imperet gregibus? Nec mirum. inesse enim mundanæ animæ causas musicæ, quibus est intexta, prædiximus. Ipsa autem mundi anima uiuentibus omnibus uitam ministrat.

Aeneid. 4.

Aeneid. 6.

Hinc hominum, pecudumq; genus, uitæq; uolantum,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.

Iure igitur musica capitur omne quod uiuit, quia cœlestis anima, qua animatur uniuersitas, originẽ sumpsit ex musica. Hæc dum ad sphæralem motum mundi corpus impellit, sonum efficit: qui interuallis disiunctus imparibus, sed tamen pro rata parte ratione distinctis, sicut à principio ipsa contexta est. Sed hæc interualla, quæ in anima quippe incorporea, sola existimantur ratione, non sensu: quærendũ est, utrum etiam ipso in mundi corpore dimensio librata seruauerit. Et Archimedes quidem stadiorum numerum deprehendisse se credidit, quibus à terræ superficie

De interuallis corporum cœlestium.

ficie luna distaret, à luna Mercurius, à Mercurio Venus, Sol à Venere, Mars à Sole, à Marte Iupiter, Saturnus à Ioue. Sed & à Saturni orbe usq; ad ipsum stelliferum cœlum omne spatium se ratione emensum putauit. Quæ tamen Archimedis dimensio à Platonicis repudiata est: quasi dupla & tripla interualla non seruans. Et statuerunt hoc esse credendum, ut quantum est à terra usq; ad lunam, duplum sit à terra usq; ad solem: quantumq; est à terra usq; ad solem, triplum sit à terra usq; ad Venerem: quantumq; est à terra usq; ad Venerem, quater tantũ sit à terra usq; ad Mercurij stellam: quãtumq; est ad Mercurium à terra, nouies tantum sit à terra usq; ad Martem: & quantum à terra usq; ad Martem est, octies tantum sit à terra usq; ad Iouem: quantumq; est à terra usq; ad Iouem, septies & ui cies sit tantum à terra usq; ad Saturni orbem. Hanc Platonicam persuasionẽ Porphyrius libris inseruit, quibus Timæi obscuritatibus nonnihil lucis infudit: aitq; eos credere, ad imaginem contextionis animæ, hæc esse in corpore mundi interualla, quæ epitritis, hemiolijs, & epogdois, hemitonisq; complentur, & limmate: & ita prouenire concentum. Cuius ratio in substantia animæ contexta, mundano quoq; corpori, quod ab anima mouetur, inserta est. Vnde ex omni parte docta & perfecta est Ciceronis assertio: qui interuallis imparibus, sed* tantum pro rata parte ratione distinctis, cœlestem sonum dicit esse disiunctum. *tamen

Quî fiat ut inter sonos cœlestis illius concentus, alius acutior sit, alius grauior. Quodnam ibi melodiæ sit genus, & cur sonus ille à nobis non audiatur.

CAPVT IIII.

NVnc locus admonet, ut de grauitate, & acumine sonorum diuersitates, quas asserit, reuoluamus. Et natura

tura fert, ut extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acutè sonent: quam ob causam summus ille cœli stellifer cursus, cuius conuersio est concitatior, acutè excitato mouetur sono, grauissimo autè hic lunaris atq; infimus. Diximus nunquam sonum fieri, nisi aëre percusso: ut autem sonus ipse aut acutior, aut grauior proferatur, ictus efficit: qui dum ingens & celer
*al. lenior incidit, acutum sonum præstat: si tardior *lentior ue grauiorem. Indicio est uirga, quæ dum auras percutit, si impulsu cito ferit, sonum acuit: si lentiore, in grauius ferit auditum. In fidibus quoq; idem uidemus, quæ si tractu arctiore tenduntur, acutè sonant: grauius, laxiore. Ergo & superiores orbes, dum pro amplitudine sua impetu gran-
*al. origine diore uoluuntur: dumq; spiritu ut in *regione sua fortiore tenduntur, propter ipsam, ut ait, concitatiorem conuersionem, acutè excitato mouentur sono: grauissimo autem hic lunaris, atq; infimus: quoniam spiritu ut in extremitate languescente iam uoluitur, & propter angustias quibus penultimus orbis arctatur, impetu leniore conuertitur. Nec secus probamus in tibijs, de quarũ foraminibus uicinis ori inflantis, sonus acutus emittitur: de longinquis autem & termino proximis, grauior. Item acutior per patentiora foramina, grauior per angusta. Et utriusq; causæ ratio una: quia spiritus ubi incipit, fortior est: defectior, ubi desinit. Et quia maiorem impetum per maius foramen impellit, cõtrà autem in angustus contingit, & eminus positis: ergo orbis altissimus, & ut in immensum patens, & ut spiritu eo fortiore, quo origini suæ uicinior est, incitatus, sonorũ de se acumen emittit. Vox ultimi pro spatij breuitate & pro longinquitate iam frangitur. Hinc quoq; apertius approbatur, spiritum quantum ab origine sua deorsum

reced

recedit, tantò circa impulsum fieri leniorem, quòd circa terram, quæ ultima sphærarum est, tam concretus, tam densus habeatur, ut causa sit terræ in una sede semper hærendi: nec in quamlibet partem permittatur moueri, obsessa undiq; circunfusi, spiritus densitate. In sphæra autem ultimum locum esse, qui medius est, antecedentibus iam probatum est. Ergo uniuersi mundani corporis sphæræ nouem sunt. Prima illa stellifera, quæ proprio nomine dicitur cœlum, & ἀπλανὴς apud Græcos uocatur, arcens & continens cæteras. Hæc ab Oriente semper uoluitur in Occasum: subiectæ septem, quas uagas dicimus, ab Occidente in Orientem feruntur: nona terra sine motu. Octo sunt igitur quæ mouẽtur: sed septem soni sunt, qui cõcinentiam de uolubilitate conficiunt: propterea quia Mercurialis, & Venereus orbis pari ambitu comitati solem, uiæ eius tanquam satellites obsequuntur: & ideo à nonnullis Astronomiæ studentibus, eandem uim sortiri existimantur: Vnde ait: Illi autem octo cursus, in quibus eadem uis est duorum, septem efficiunt distinctos interuallis sonos, qui numerus rerum omnium ferè nodus est. Septenarium autem numerum omnium nodum esse plenè, cùm de numeris superius loqueremur, expressimus. Ad illuminandam (ut existimo) obscuritatem uerborum Ciceronis, de musica tractatus succinctus à nobis qua licuit breuitate sufficiet. Nam netas, & hypatas, aliarumq; fidium uocabula* perquirere: & tonorum, uel limmatũ minuta subtilia: & quid in sonis pro litera, quid pro syllaba, quid pro integro nomine accipiatur* asserere: ostentantis est, nõ docẽtis. Nec enim quia fecit in hoc loco Cicero musicæ mentionem, occasione hac eundum est per uniuersos tractatus, qui possunt esse de musica: quos (quantum mea fert

* al. percurrere

* adsuere

opinio

opinio) terminum habere non existimo. Sed illa sunt persequenda, quibus uerba, quæ explananda receperis, possint liquere. Quia in re naturaliter obscura, qui in exponẽdo plura, quàm necesse est, superfundit: addit tenebras, non adimit densitatem. Vnde finem de hac tractatus parte faciemus, adiecto uno quod scitu dignum putamus: Quia cum sint melodiæ musicæ tria genera, enarmonicum, diatonum & chromaticum: primum quidem, propter nimiam sui difficultatem, ab usu recessit: tertium uerò est infame mollitie: unde medium, id est, diatonum, mundanæ musicæ doctrina Platonis ascribitur. Nec hoc inter prætereunda ponemus, quòd musicã perpetua cœli uolubilitate nascentem, ideo claro non sentimus auditu: quia maior sonus est, quàm ut humanarum aurium recipiatur angustijs. Nam si Nili καταδρομὰς ab auribus incolarum amplitudinem fragoris excludunt, quid mirum si nostrum sonus excedit auditum, quem mundanæ molis impulsus emittit? Nec enim de nihilo est quod ait: Qui complet aures meas tantus, & tam dulcis sonus: sed uoluit intelligi: quòd si eius qui cœlestibus metuit interesse secretis, completæ aures sunt soni magnitudine: superest ut cæterorum hominũ sensus mundanæ concinentiæ non capiat auditum. Sed iam tractatum ad sequentia conferamus.

Quod melodię genus sit in corporibus cœlestibus.

Quare non sentiamus cœli harmoniam.

Terræ medietatem eam in qua nos sumus, quinq; esse distinctam zonis: quodq; ex his duæ tantum sint habitabiles, quarum altera habitetur à nobis, alteram quinam colant homines, ignoretur: tum uerò & in reliqua terræ medietate zonas esse easdem: & inter illas quoq; duas ab hominibus habitari. CAPVT V.

VIdes habitari in terra rarís & angustis locis, & in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, uastas solitudines interiectas: eosq; qui incolunt terram, non modo interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab

alijs ad alios manare posit, sed partim obliquos, partim trāsuersos, partim etiā auersos stare uobis, à quibus expectare gloriam certe nullā potestis. Cernis autem eandē terrā quasi quibusdā redimitā & circundatā cingulis: è quibus duos maximè inter se diuersos, & cœli uerticibus ipsis ex utraque parte subnixos, obriguisse pruina uides: mediū autē illū & maximū solis ardore torreri. Duo sunt habitabiles, quorū australis ille, in quo qui insistunt, aduersa uobis urgēt uestigia, nihil ad uestrū genus. Hic autē alter subiectus Aquiloni, quē incolitis, cerne quàm tenui uos parte contingat. Omnis enim terra, quæ colitur à uobis, angustata uerticibus, lateribus latior, parua quædā insula est, circūfusa illo mari, qđ Atlanticū, quod magnū, quē Oceanū appellatis in terris: q̄ tamē tāto nomine quàm sit paruus, uides. *Pòst quàm cœlū, quo omnia cōtinētur, et subiectarū sphærarum ordinē motumq̄;, ac de motu sonū cœlestis mufices modos & numeros explicantē, & aërem subditum lunæ* Tullianus sermo per necessaria, *& præsenti operi apta ductus, ad terrā usq̄; descripsit: ipsius iā terræ descriptionē, uerborum parcus, rerum fœcundus absoluit. Et enim maculas habitationum, ac de ipsis habitatoribus alios interruptos auersosq̄;, obliquos etiam & transuersos alios nominando, terrenæ sphæræ globositatem, sermone tantùm, nō coloribus pinxit. Illud quoq̄; non sine perfectione doctrinæ est: quòd cū alijs nos non patitur errare, qui terrā semel cingi Oceano credidere.* Nā si dixisset: Omnis terra parua quędā est insula, circūfusa illo mari: *unū Oceani ambitū dedisset intelligi. Sed adijciēdo,* Quæ colitur à uobis: *ueram eius maris diuisionē, de qua paulò pòst dis-*

seremus,

ſeremus, noſſe cupientibus intelligendam reliquit. De quinq; autem cingulis, ne quæſo exiſtimes duorum Romanæ facundiæ parentum Maronis & Tullij diſſentire doctrinam: cùm hic ipſis cingulis terram redimitam dicat: ille ijſdem quas Græco nomine zonas uocat, aſſerat cœlum teneri. Georg. 1. Vtrunq; enim incorruptam, ueramq; nec alteri contrariam retuliſſe rationem, procedente diſputatione cõſtabit. Sed ut omnia quæ hoc loco explananda recepimus, liquere poſſint: habẽdus eſt primùm ſermo de cingulis: quia ſitu eorum ante oculos locato, cætera erũt intellectu proniora. Prius autem qualiter terram coronent, deinde quẽadmodum cœlum teneant, explicandum eſt.


De quinque terræ zonis ſeu cingulis.

Terra, nona & ultima ſphæra eſt. Hanc diuidit horizon, id eſt, finalis circulus, de quo ante retulimus. Ergo medietas, cuius nos partẽ incolimus, ſub eo cœlo eſt, quod fuerit ſuper terram, & reliqua medietas ſub illo: quod dum uoluitur, ad ea loca quæ ad nos uidentur inferiora, deſcendit. In medio enim locata, ex omni ſui parte cœlum ſuſpicit. Huius igitur ad cœlum breuitas, *quæ punctum eſt, ad nos uerò immenſa globoſitas, diſtinguitur locis inter ſe uiciſſim preſis nimietate uel frigoris, uel caloris, geminã nacta inter diuerſa temperiẽ. Nam & ſeptentrionalis, & auſtralis extremitas, perpetua obriguere pruina. Et hi uelut duo ſunt cinguli, quibus terra redimitur: ſed ambitu breues, quaſi extrema cingentes. Horum uterq; habitationis impatiẽs eſt: quia torpor ille glacialis, nec animali, nec frugi uitam miniſtrat. Illo enim aëre corpus alitur, quo herba nutritur. Medius cingulus, & ideo maximus, æterno affla tu cõtinui caloris uſtus, ſpatium quod & lato ambitu, & prolixius occupauit, nimietate feruoris facit inhabitabile uiãtiuris. Inter extremos uerò & medium, duo maiores ul

*aliâs: ceu

timis

timis, medio minores, utriusq; uicinitatis intemperie temperantur. In hisq; tantum uitales auras natura dedit incolis carpere. Et quia animo facilius illabitur cõcepta ratio descriptione, quàm sermone: esto orbis terræ cui ascripta sunt, a, b, c, d, & circa d, ascribantur n, & l: circa b, autem m, & k: & circa c, g, & i: & circa d, e, & f. & ducantur rectæ lineæ à signis ad signa quæ dicimus, id est, à g, in i: ab m, in n: à k, in l: ab e, in f. Spatia igitur duo aduersa sibi, id est, unum à c, usque ad lineam, quæ in i, ducta est, alterum à d, usque ad lineam, quæ in f, ducta est, intelliguntur pruina riguisse perpetua.



Est enim superior septentrionalis, inferior australis extremitas. Medium uerò ab n, usque in l, zona sit torrida. Restat ut cingulus ab i, usque ad n, de subiecto calore & superiore frigore temperetur: rursus ut zona quæ est inter l, & f, accipiat de superiecto calore & subdito rigore temperiem. Nec excogitatas à nobis lineas, quas diximus, existimetur. Circi enim sunt de quibus suprà retulimus, septentrionalis & australis, & tropici duo. Nam æquinoctialem hoc loco, quo de terra loquimur, non oportet adscribi, qui opportuniore loco rursus addetur.

Georg. 1. Quas zonas q homines habitent.

Licet igitur sint hæ duæ mortalibus ægris munere concessæ diuûm, quas diximus temperatas: non tamẽ ambæ zonæ hominibus nostri generis indultæ sunt: sed sola superior, quæ est ab i, usq; ad n, incolitur ab omni (quale scire possumus) hominũ genere, Romani Græci'ue sint, uel Barbaræ cuiusq; nationis. Illa uerò ab l, usq; ad f, sola ratione intelligitur: quòd propter similem temperiem similiter incolitur. Sed à quibus, non licuit unquã nobis, nec licebit *utriq; agnoscere. Interiecta enim torrida *utrinq; hominũ genẽri, commercium ad se denegat commeandi. Deniq; de quatuor habitationis nostræ cardinibus, Oriens, Occidens, & Septentrio, suis uocabulis nuncupantur: quia ab ipsis exordijs suis sciuntur à nobis. Nam etsi Septentrionalis extremitas inhabitabilis est, non multo tamen est à nobis remota. Quarto uerò nostræ habitationis cardini, causa hæc alterum nomẽ dedit, ut Meridies non australis uocaretur: quia & ille propriè est australis, qui de altera extremitate procedens, aduersus Septẽtrionali est: & hunc Meridiem iure uocitari facit locus, de quo incipit nobis dies. Nam qa sentiri incipit à medio terræ, in qua est usus diei: ideo tanquam quidam Medidies, una litera mutata, Meridies

nuncup

nuncupatus est. Sciendum est autem, quòd uentus, qui per hunc ad nos cardinem peruenit, id est, Auster, ita in origine sua gelidus est, ut apud nos commendabilis est blandit rigore Septentrio: sed quia per flammam torridæ zonæ ad nos commeat, admistus igni calescit: & qui incipit frigidus, calidus peruenit. Neq; enim uel ratio, uel natura pateretur, ut ex duobus æquo pressis rigore cardinibus, dissimili tractu flatus emutteretur. Nec dubium est, nostrum quoque Septentrionem ad illos qui australi adiacent, propter eandem rationẽ calidũ peruenire: & Austrum corporibus eorũ gemino auræ suæ rigore blandiri.

Auster cur ad nos calidus perueniat, quũ sit principiò frigidus.

Eadem ratio nos non permittit ambigere, quin per illam quoque superficiem terræ, quæ ad nos habetur inferior, integer zonarum ambitus, quæ hic temperatæ sunt, eodem ductu temperatus habeatur: atq; ideo illhic quoque eædem duæ zonæ à se distantes, similiter incolantur. Aut dicat, quisquis huic fidei obuiare mauult, quid sit, quod ab hac eum distinctione deterreat. Nam si nobis uiuendi facultas est in hac terrarum parte, quam colimus: quia calcantes humum, cœlum suspicimus super uerticem: quia Sol nobis & oritur & occidit: quia circunfuso fruimur aëre, cuius spiramus haustũ: cur non & illhic aliquos uiuere credamus, ubi eadẽ semper in promptu sunt? Nam qui ibi dicuntur morari, eandem credendi sunt spirare auram: quia eadem est in eiusdem zonalis ambitus cõtinuatione tẽperies. Idem Sol illis et obire dicetur nostro ortu: & orietur, cùm nobis occidet. Calcabũt æquè ut nos humum: & semper uerticẽ, semper cœlũ uidebũt. Nec metus erit, ne de terra in cœlũ decidant: cùm nihil unquã possit ruere sursum. Si enim nobis, qd' asserere genus ioci est, deorsum habetur ubi est terra, et sursum ubi est cœlũ: illis

Eam etiam eũ ræ partem quę sub pedibus nostris est, habitãri, & distinctã esse perinde atque hãc nostrã

quoq; ſurſum erit, quod de inferiore ſuſpicient, nec aliquando in ſuperna caſuri ſunt. Affirmauerim quoque & apud illos nunus rerum peritos hæc exiſtimare de nobis: nec credere poſſe, in quo ſumus loco, degere: ſed opinari, ſi quis ſub pedibus eorũ tẽtaret ſtare, caſurũ. Nunquã tamẽ apud nos quiſquam timuit, ne caderet in cœlũ. Ergo nec apud illos quiſquã in ſuperiora caſurus eſt: ſicut omnia nutu ſuo pondera in terrã ferri ſuperius relata docuerũt. Poſtremo, quis ambigat in ſphæra terræ, ita ea quæ inferiora dicũtur, ſuperioribus ſuis eſſe cõtraria: ut eſt Oriens Occidenti? Nam in utraq; parte par diametros habetur. Cùm ergo et Orientẽ, et Occidẽtẽ ſimiliter cõſtet habitari: quid eſt, qđ fidẽ huius quoq; diuerſæ ſibi habitatiõis excludat?

Declarãtur particulatim uerba Ciceronis.

Hæc omnia non otioſus lector in tam paucis uerbis Ciceronis inueniet. Nam cùm dicit, terram cingulis ſuis redimitam, atq; circũdatam: oſtendit per omne terræ corpus eandem temperatorum cingulorum continuatam eſſe temperiem. Et cum ait, in terra maculas habitationum uideri: non eas dicit, quæ in parte noſtræ habitationis nonnullis deſertis locis interpoſitis incolũtur. Non enim adijceret, In ipſis maculis uaſtas ſolitudines interiectas: ſi ipſas ſolitudines diceret, inter quas certæ partes macularum inſtar habeantur. Sed quia maculas dicit has quatuor, quas in duobus terræ hemiſphærijs binas eſſe ratio monſtrauit: bene adiecit, Interiectas ſolitudines. Nam ſicut pars, quæ habitatur à nobis, multa ſolitudinũ interiectione diſtinguitur: credendũ eſt, in illis quoq; tribus alijs habitationibus ſimiles eſſe inter deſerta, et culta diſtinctioẽs. Sed & quatuor habitationum incolas, & relatione ſitus, & ipſa quoq; ſtandi qualitate depinxit. Primũ enim ait, alios præter nos ita incolere terram, ut à ſe interrupti nul

lam

lam habeant ad se facultatem meandi. Et ipsa uerba declarant, nõ eum de uno hominũ genere loqui, in hac superficie à nobis solius torridæ interiectione diuiso. Sic enim magis diceret, ita interruptos, ut nihil inter ipsos ab illis ad nos manare posit. Sed dicẽdo, ita interruptos, ut nihil inter ipsos ab alijs ad alios manare posit: qualiter inter se illa hominũ genera sint diuisa, significat. Quòd autẽ uerè ad nostrã partẽ referretur, adiecit dicẽdo: De illis, qui & à nobis, et à se inuicẽ diuisi sunt, Partim obliquos, partim transuersos, partim etiam aduersos stare nobis. Interruptio ergo non unius generis à nobis, sed omniũ generum à se diuisorũ refertur, quæ ita distinguenda est. Hi quos separat à nobis perusta, quos Græci ἀντοικὰς uocant, similiter ab illis, qui inferiorẽ zonæ suæ incolunt partem, interiecta australi gelida separantur. Rursus illos ab ἀντοικοῖς suis, id est, per nostri cinguli inferiora uiuentibus, interiectio ardentis sequestrat: & illi à nobis septentrionalis extremitatis rigore remouẽtur. Et quia non est una omnium affinis continuatio, sed interiectæ sunt solitudines ex calore uel frigore mutuum negantibus cõmeatum: has terræ partes, quæ à quatuor hominũ generibus incolũtur, maculas habitationũ uocauit. Quemadmodũ autem cæteri omnes uestigia sua figere ad nostra credantur, ipse distinxit. Et australes quidem apertè pronuntiauit aduersos stare nobis, dicẽdo: Quorum australis ille, in quo qui insistũt, aduersa nobis urgẽt uestigia. Et ideo aduersi nobis sunt: quia in parte sphæræ quæ contra nos est morantur. Restat inquirere, quos transuersos, & quos obliquos nobis stare memorauerit. Sed nec de ipsis potest esse dubitatio, quin transuersos stare nobis dixerit inferiorem zonæ nostræ partem tenentes: obliquos uerò eos, qui


australis cinguli deuexa sortiti sunt.

Quanta terræ spatia habitationi cesserint, quanta inculta sint. CAP. VI.

SVpereſt ut de terræ ipsius spatijs, quanta habitationi cesserint, quantaq; sint inculta, referamus: id est, quæ sit singulorum dimensio cingulorum. Quod ut facile dignoscas, redeundū tibi est ad orbis terræ descriptionem, quam paulò antè subiecimus: ut per ascriptarū literarum notas, ratio dimensionū lucidius explicetur. Omnis terræ orbis, id est, circulus, qui uniuersum ambitum claudit, cui ascripta sunt A, B, C, D, ab his qui eum ratione dimensi sunt, in sexaginta diuisus est partes. Habet autem totus ipse ambitus stadiorum ducenta quinquaginta duo millia. Ergo singulæ sexagesimæ extenduntur stadijs quaternis millibus ducenis. Et sine dubio medietas eius, quæ est à D, per Orientē, id est, per A, usq; ad C, habet triginta sexagesimus, & stadiorum millia centum uiginti sex. Quarta uerò pars, quæ est ab A, usque ad C, incipiens à medio perustæ, habet sexagesimas quindecim, & stadiorum millia sexaginta & tria. Huius quartæ partis mensura relata constabit totius ambitus plena dimensio. Ab A, igitur usq; ad P, quod est medietas perustæ, habet sexagesimas quatuor: quæ faciunt stadiorū millia sexdecim, cum octingentorum adiectione. Ergo omnis perusta sexagesimarum octo est, & tenet stadiorum millia triginta tria, & sexcenta insuper: latitudo autem cinguli nostri, qui temperatus est, id est, à P, usq; ad O, habet sexagesimas quinq;, quæ faciunt stadiorum millia uiginti & unum: & spatium frigidæ ab O, usq; ad C, habet sexagesimas sex, quæ stadiorum tenent uiginti quinq; millia ducenta. Ex hac quarta parte orbis terrarum, cuius mensuram euiden-

ter

ter expreßimus, alterius quartæ partis magnitudinem, ab A, uſq; ad D, pari dimenſionum diſtinctione cognoſces. Cum ergo quantum teneat ſphæræ ſuperficies, quæ ad nos eſt in omni ſua medietate, cognoueris: de menſura quoq; inferioris medietatis, id eſt, à D, per B, uſq; ad C, ſimiliter inſtrueris. Modo enim, quia orbem terræ in plano pinximus, in plano autem medium exprimere non poſſumus: ſphæralem tumorem imitati ſumus, altitudinis intellectum à circulo, qui magis horizon quàm meridianus uidetur. Cæterùm uolo hoc mente percipias, ita nos hanc prætuliſſe menſuram, tanquam à D, per A, uſq; ad C, pars terræ ſuperior ſit, cuius partem nos incolimus: & à D, per B, uſq; ad C, pars terræ habeatur inferior.




In cœlo eaſdem ineſſe zonas quæ inſunt terræ: atq; cauſam huius diuerſitatis eſſe ſolem, qui ut acceſſu ſuo cauſa caloris eſt, ita receſſu frigus iuducit. CAP. VII.

HOc quoque tractatu proprium ſortito finem, nunc illud quod probandum promiſimus, aſſeramus: hos cingulos, & bene Maronem cœlo, & bene terræ aſſignaſſe Ciceronem: & utrunq; non diſcrepantia, ſed conſona, eademq; dixiſſe. Natura enim cœli, hanc in diuerſis terræ partibus temperiem nimietatemq; diſtinxit, & qualitas uel frigoris, uel caloris, quæ cuilibet ætheris parti ſemel inhæſit: eandem inficit partem terræ, quam deſpicit ambiẽdo. Et quia has diuerſitates, quæ certis finibus terminantur, cingulos in cœlo uocauere: neceſſe eſt totidem cingulos etiam hic intelligi. Sicut in breuiſſimo ſpeculo, cùm facies monſtratur ingens, tenent in anguſto membra uel liniamenta ordinem, quem ſua in uero digeſſerat amplitudo. Sed hic quoq; aſſerendi, quod dicitur, minuemus laborem, oculis ſubijciendo picturam. Eſto enim cœli ſphæra, A, B, C, D. Et intra ſe claudat ſphæram terræ, cui aſcripta ſunt S, X, T, V. Et ducatur in cœli ſphæra circulus ſeptentrionalis ab I, uſq; in O. Tropicus æſtiuus à G, in P. Et æquinoctialis à B, in A. Et tropicus hyemalis ab F, in Q. Et auſtralis ab E, in R. Sed & zodiacus ducatur ab F, in P. Rurſus in ſphæra terræ ducantur ijdem limites cingulorum, quos ſupra deſcripſimus in N, in M, in L, in K. His ita depictis, ſine difficultate conſtabit, ſingulas terræ partes à ſingulis cœli partibus ſuper uerticem ſuum impoſitis, qualitatem circa nimietatem, uel temperiem mutuari. Nam quod eſt ſurſum à D, uſq; ad R, hoc deſpicit terram ab S, uſq; ad K. Et quod eſt in cœlo ab R, uſq; ad Q, hoc inficit terræ

partem

partem à K, usq; ad L. Et quod in cœlo est à Q, usq; in P, tale facit in terra ab L, usq; ad M. Qualeq; est desuper à P, usq; ad O, tale in terra ab M, usque ad N. Et quale illhic ab O, usq; ad C, tale hic est ab N, usq; ad T. Sunt autem in æthere extremitates ambæ, id est, à D, usq; ad R, & à C, usq; ad O, æterno rigore densatæ. Idem in terra est ab S, usq; ad K, & à T, usq; ad N. Rursus in cœlo, à Q, usq; ad P, nimio calore feruet. Itidem in terra quoq;, ab L, usq; ad M, idem feruor est. Item sunt in cœlo



i 5 temp

temperies, ab O, usq; ad P, & à Q, in R. Idem sunt hic quoq; temperatæ, ab N, in M, & ab L, in K. Aequinoctialis enim circulus, qui ab A, usq; ad B, ductus est, mediam secat perustam. Et ipsum autem scisse Ciceronem, quòd terreni cinguli cœlestibus inficiantur, ex uerbis eius ostenditur. Ait enim: E' quibus duos maximè inter se diuersos, & cœli uerticibus, ipsis ex utraq; parte subnixos, obriguisse pruina uides. Ecce testatur finale frigus esse de cœlo. Idem quoq; de feruore medio dicit: Medium autem illum, & maximũ solis ardore torreri. Cùm ergo manifestè & rigorẽ de cœli uerticibus, & feruorẽ de sole in terræ cingulos uenire signauerit: ostendit prius in cœlo hos eosdem cingulos constituisse.

Nunc, quoniam constitit, easdem in cœlo, & in terra zonas esse uel cingulos (hæc enim unius rei duo sunt nomina) iam dicendum est, quæ causa in æthere hanc diuersitatem qualitatis efficiat. Perusta duobus tropicis claditur, id est, ab G, in P, æstiuo: & ab F, in Q, hyemali. Ab F, autem in P, zodiacũ describendo perduximus. Ergo signum P, tropicus ille Cancer habeatur: & signũ F, Capricornus. Constat autem, solem neq; sursum ultra Cancrum, neq; ultra Capricornum deorsum meare: sed cum ad tropicorum confinia peruenerit, mox reuerti: unde & solstitia uocantur. Et quia æstiuus tropicus temperatæ nostræ terminus est, ideo cùm Sol ad ipsum finem uenerit, facit nobis æstiuos calores, de uicino urẽs sensu maiore subiecta. Illo deniq; tempore, australi generi reuerti hyemem non potest ambigi, quia tunc ab illis Sol omni uiæ suæ spatio recedit. Rursus, cum ad F, signum, id est, ad Capricornum uenerit, facit hyemem nobis recessu suo, & illis uicinitate reducit æstatem. Hic notandum est, de tribus tan-

tum

tum cardinibus in quãcunq; ædem ingredi Solem, de quarto nunquam. Nam & ab Ortu, & ab Occasu, fenestra Solem recipit: quippe quem orientem, obeuntemq; prospectet. Recipit & à Meridie: quia omne iter solis in nostro Meridie est, ut instruit usum antelata descriptio. Nunquã uerò Solẽ fenestra Septẽtrionis admittit: qa nũquam à P, signo ad O, Sol accedit: sed à P, semper retrocedendo, nunquam fines poli Septentrionalis attingit. Et ideo nunquam per hanc cardinem radius Solis infunditur.

Eiusdem rei probationem umbra quoq; cuiuslibet corporis sufficiet astruere. Nã in Occasum cadit, oriẽte Sole: & in Ortum, cùm sit occiduus. Medio autẽ die, quia Sol Meridiem tenet, in Septentrionem umbra depellitur. In Austrum uerò circa nostram habitationem impossibile est umbram cuiuslibet corporis cadere, quia semper in aduersam Soli partem umbra iactatur. Aduersus autem Austro apud nos Sol esse non poterit, cùm nunquam fines Septentrionales attingat. Sanè quoniam pars illa perustæ, quæ temperatæ uicina est, admittit habitantes illhic, id est, trans tropicum, quæcunq; habitantur spatia, umbram mittunt in Austrum eo tempore, quo Sol Cancrum tenet. Tunc enim ei fit Sol Septentrionalis, cùm tropicum tenet: quòd ab illis ad Septentrionẽ recedit. Ciuitas autem Syene, quæ prouinciæ Thebaidos post superiorum montium deserta principium est, sub ipso æstiuo tropico constituta est. Et eo die quo Sol certam partẽ ingreditur Cancri, hora diei sexta, quoniam Sol tunc super ipsum inuenitur uerticem ciuitatis, nulla illhic potest in terram de quolibet corpore umbra iactari. Sed nec stylus hemisphærij monstrantis horas, quem γνώμονα uocant, tunc de se potest umbram creare. Et hoc est quod Lucanus

canus dicere uoluit, nec tamen plenè, ut habetur, absoluit. Dicendo enim:

a. Pharsaliæ. —Atq; umbras nusquam flectente Syene,

rem quidem attigit, sed turbauit uerum. Non enim nunquam flectit, sed uno tempore, quod cum sua ratione retulimus. His relatis, constat solem nunquam egredi fines perustæ: quia de tropico in tropicū zodiacus obliquatus est. Manifesta est igitur causa, cur hæc zona flammis sit semper obnoxia: quippe quam sol totius æthereæ flammæ & fons & administrator nunquā relinquat. Ergo ambæ partes ultimæ, id est, septētrionalis & australis, ad quas nunquam solis calor accedit, necessariò perpetua premūtur pruina. Duas uerò (ut diximus) temperat hinc atq; illhinc uicinia caloris & frigoris. Deniq; in hac ipsa zona, quam incolimus, quæ tota dicitur temperata, partes tamen, quæ perusto cingulo uicinæ sunt, cæteris calidiores sunt: ut est Aethiopia, Arabia, Aegyptus, & Libya: in quibus calor ita circunfusi aëris corpus extenuat, ut aut nunquam, aut rarò cogatur in nubes: & ideo nullus penè apud illos usus est imbrium. Rursus quæ usq; ad frigidæ fines preßius accedunt, ut est palus Mæotis, ut regiones quas præterfluunt Tanais & Ister, omniaq; super Scythiam loca, quorum incolas uetustas Hyperboreos uocauit, quasi originem Boreæ introrsum recedendo transissent: adeò æterna penè premuntur pruina, ut non facilè explicetur, quanta sit illhic frigidæ nimietatis iniuria. Loca uerò, quæ in medio temperata sunt, quoniā ab utraque nimietate longe recedunt, ucram tenent, salutarem'que tempericm.

Obiter quomodo explicandus locus Vergilii primo Georgic. de circulo zodiaco.

CAP. VIII.

Locus

Locus nos admonet, ut quoniam diximus rem, quæ à nullo posit refelli, utrunq; tropicum circum zodiaco terminos facere: nec unquam solem alterutrum tropicum excedere posse sursum, uel deorsum meando: trans zodiacum uerò circum, id est, trans ustam, quæ tropicis clauditur, ex utraq; parte * accipere temperatas: quæramus quid sit, quod ait Vergilius, quem nullius unquam disciplinæ error inuoluit: *incipere

– Duæ mortalibus ægris Georg. 1.
Munere concessæ diuum, & uia secta per ambas,
Obliquus quà se signorum uerteret ordo.

Videtur enim dicere his uersibus, zodiacum per temperatas ductum, & solis cursum per ipsas ferri: quod nec opinari fas est, quia neutrum tropicum solis cursus excedit. Num igitur illud attendit, quod diximus, & intra tropicum in ea perusta parte, quæ uicina est temperatæ, habitatores esse? Nam Syene sub ipso tropico est, Meroë autem tribus millibus octingentis stadijs in perustam à Syene introrsum recedit: & ab illa usq; ad terrã cinnamomi feracem, sunt stadia octingenta, & per hæc omnia spatia perustæ, licet rari, tamen uita fruuntur habitantes. Vltrà uerò iam inaccessum est, propter nimium Solis ardorem. Cùm ergo tantum spatij ex perusta uitam ministret, & sine dubio circa uicinam alterius temperatæ, id est, antœcorum, tantundem spatij habere per perustæ fines, & parem mansuetudinem, non negetur. Paria enim in utraque parte sunt omnia. Ideo credendum est, per poëticam tubam, quæ omnia semper in maius extollit, dixisse, uiam Solis sectam per temperatas: quoniam ex utraq; parte fines perustæ in eo sunt simules temperatis, quòd se patiuntur habitari. An fortè poëtica licentia particulam pro simili

mili penè particula posuit: & pro sub ambas, per ambas dicere maluit? Nam re uera ductus zodiaci sub ambas temperatas ultro, citroq; peruenit: non tamen per ambas. Scimus autem & Homerum ipsum, & in omnibus imitatorem eius Maronem, sæpe tales *mutuasse particulas. An (quod mihi uero propius uidetur) per ambas, pro inter ambas uoluit intelligi? Zodiacus enim inter ambas temperatas uoluitur, non per ambas. Familiariter autem Per pro Inter ponere solet: sicut alibi quoque:

*mutasse

Geor. 1. Circum, perq; duas in morem fluminis Arctos.

Neq; enim anguis sidereus Arctos secat: sed dum & amplectitur & interuenit, circum eas & inter eas uoluitur, non per eas. Ergo potest constare nobis intellectus, si per ambas, pro inter ambas, more ipsius poëtæ dictum existimemus: nobis aliud ad defensionem, ultra hæc quæ diximus, non occurrit. Verum quoniam in medio posuimus, quos fines nunquam uia Solis excedat: manifestum est autem omnibus quid Maro dixerit: quem constat erroris ignarum: erit ingenij singulorum inuenire, quid possit amplius pro absoluenda hac quæstione conferri.

Non uno, sed gemino Oceani ambitu terram omnem circunfluí. & quo modo anguſtata uerticibus, latior la teribus sit habitabilis noſtra. tum de exiguitate Oceani, quem nos magnum uocamus. CAP. IX.

Oceanus quomodo terram ambiat.

His quoque, ut arbitror, non otiosa inspectione tractatis nũc de Oceano, quod promisimus, astruemus, non uno, sed gemino eius ambitu terræ corpus omne circunfluí. Cuius uerus & primus meatus est, qui ab indocto hominum genere nescitur. Is enim quem solum Oceanum plures opinantur, de finibus ab illo originali refusis, secundum ex necessitate ambitum fecit. Cæterùm eius prior

corona

corona per zonam terræ calidam meat, superiora terrarum & inferiora cingens, flexum circi æquinoctialis imitatu. Ab Oriente uerò duos sinus refundit, unum ad extremitatem Septentrionis, ad Australis alterum. Rursusq; ab Occidente duo pariter enascuntur sinus, qui usq; ad ambas, quas suprà diximus, extremitates refusi, occurrunt ab Oriente demissis: & dum ui summa & impetu immaniore miscentur, inuicemq; se feriunt, ex ipsa aquarum collisione nascitur illa famosa Oceani accessio pariter & recessio. Et ubicunq; in nostro mari contingit idem, uel in angustis fretis uel in planis fortè litoribus, ex ipsis Oceani finibus, quos Oceanũ nunc uocamus, eueniunt, quia nostrũ mare ex illis influit. Cæterùm uerior (ut ita dicam) eius alueus tenet zonã perustam. Et tam ipse qui æquinoctialem, quàm sinus ex eo nati, qui horizontem circulum ambitu suæ flexionis imitantur, omnem terram quadrifidam diuidũt: & singulas (ut suprà diximus) habitationes faciũt insulas. Nam inter nos, & Australes homines, means ille per calidam zonam, totamq; cingens, & rursus utriusq; regionis extrema finibus suis ambiens, binas in superiore atque inferiore terræ superficie insulas facit. Vnde Tullius hoc intelligi uolens, non dixit: Omnis terra parua quædã est insula: sed, Omnis terra, quæ colitur à uobis, parua quædam est insula: quia & singulæ de quatuor habitationibus paruæ quædam efficiũtur insulæ, Oceano bis eas (ut diximus) ambiẽte. Omnia hæc ante oculos locare potest descriptio subdituta, ex qua & nostri maris originem, quæ totius una est, & Rubri atq; Indici ortũ uidebis, Caspiumq; mare unde oriatur inuenies: licet non ignorẽ esse nonnullos, qui ei de Oceano ingressum negent. Nec dubium est, in illam quoq; Australis ge-

neris

neris temperatam mare de Oceano similiter influere. Sed
De latitudine terræ à nobis habitatæ. describi hoc nostra attestatione non debuit, cuius situs no
bis incognitus perseverat. Quòd autem dixit nostram ha
*id eadem bitabilem angustatam uerticibus, lateribus latiorẽ, *in ea=
dem descriptione poterimus aduertere. Nam quantò lon=
gior est tropicus circus Septẽtrionali circo: tãtò zona uer
ticibus, quàm lateribus angustior est: quia summitas eius
in arctũ extremi circuli breuitate cõtrahitur: deductio au
tem laterum cum longitudine tropici ab utraq; parte di=
De exiguitate Oceani. stenditur. Deniq; ueteres omnẽ habitabilẽ nostram exten=
tæ chlamydi similẽ esse dixerũt. Item quia omnis terra in



qua

qua & Oceanus est, ad quemuis cœlestem circulũ quasi cẽtron puncti obtinet locũ, necessariò de Oceano adiecit: Qui tamen tanto nomine quàm sit paruus uides. Nã licet apud nos Atlanticũ mare magnũ uocetur: de cœlo tamen despiciẽtibus nõ potest magnum uideri: cùm ad cœlum terra signũ sit, & punctum, quod diuidi non possit in partes. Ideo autem terræ breuitas tam diligẽter asseritur, ut paruipendẽdum ambitũ famæ uir fortis intelligat, quæ in tam paruo magna esse non poterit. Quod doctrinæ propositum, non minus in sequentibus apparebit.

Mundum quidem esse æternum: cæterum inde nõ posse sperari perpetuitatem gloriæ ac famæ apud posteros, quando mundo ipso manente, ea quæ in ipso sunt, uicissitudine quadam nunc occidant nunc rursus oriantur. CAP. X.

QVinetiã si cũpiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes uniuscuiusq; nostrũ acceptas à patribus, posteris prodere: tamen, propter eluuiones, exustionesq; terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, non modo non æternam, sed ne diuturnam quidem gloriam assequi possumus. Virtutis fructũ sapiens in conscientia ponit, minus perfectus in gloria: unde Scipio perfectionẽ cupiẽs infundere nepoti, autor est: ut contẽtus cõsciẽtiæ præmio gloriam non requirat. In qua appetenda, quoniam duo sunt maxima quæ præoptari possint, ut et quàm latissimè uagetur, & quàm diutissime perseueret: postquã superius de habitationis nostræ angustijs disserendo, totius terræ, quæ ad cœlum puncti locum obtinet, minimam quandam docuit à nostri generis hominibus particulam possideri: nullius uerò gloriã uel in illam totam partẽ potuisse diffundi: siquidẽ Gangen transnare, uel transcendere Cau-

casum, Romani nominis fama non ualuit: spem (quam de propaganda latè gloria, ante oculos ponendo nostri orbis angustias, amputauit) uult etiam diuturnitatis auferre: ut plenè animo nepotis contemptum gloriæ, compos dissuasor insinuet. Et ait, Nec in hac ipsa parte, in quam sapientis & fortis uiri nomen serpere potest, æternitatem nominis posse durare: cum modo exustione, modo eluuione terrarum, diuturnitati rerum intercedat occasus: quod quale sit, disseremus. In hac enim parte tractatus, illa quæstio latenter absoluitur, quæ multorum cogitationes de ambigenda mundi æternitate solicitat. Nam quis facilè mundum semper fuisse consentiat, cùm & ipsa historiarũ fides multarum rerum cultum emendationemq; uel ipsam inuentionem recentem esse fateatur? Cumq; rudes primũ homines, & incuria syluestri non multum à ferarũ asperitate dissimiles, meminerit, uel fabuletur antiquitas: tradatq;, nec hunc eis quo nunc utimur uictũ fuisse, sed glandes prius & baccis alitos, serò speraſſe de fuleis alimoniã? Cumq; ita exordium rerum, & ipsius humanæ nationis opinemur, ut aurea primum secula fuisse credamus: & inde natura per metalla uiliora degenerans, ferro secula postrema fœdauerit? Ac ne totũ uideamur de fabulis mutuari: quis non hinc existimet, mundum quandoq; cœpisse, nec longam retrò eius ætatem, cùm ab hinc ultra duo retrò annorum millia, de excellenti rerum gestarum memoria, nec Græca quidẽ extet historia? Nam supra Ninum, à quo Scimus secundum quosdam creditur procreata, nihil præclarum in libros relatum est. Si enim ab initio, imò ante initiũ fuit mundus, ut Philosophi uolunt, cur per innumerabilium seriem seculorũ, non fuerat cultus quo nunc utimur inuentus? non literarũ usus, quo solo

Quibus argumentis uideri possit, mũdum non esse æternum.

memoriæ

memoriæ fulcitur æternitas? Cur denique multarum rerum experientia ad aliquas gentes recenti ætate peruenit? Vt ecce, Galli uitem, uel cultum oleæ, Roma iam adolescẽte, didicerunt: aliæ uerò gentes adhuc multa nesciunt, quæ nobis inuenta placuerunt. Hæc omnia uidentur æternitati rerum repugnare, dum opinari nos faciunt, certo mundi principio paulatim singula quæque cœpisse. Sed mundum quidem fuisse semper, Philosophia autor est, conditore quidem Deo, sed non ex tempore. Siquidem tempus ante mundum esse non potuit: cum nihil aliud tempora, nisi cursus Solis efficiat. Res uerò humanæ ex parte maxima sæpe occidunt manente mundo, & rursus oriuntur, uel eluuione uicissim, uel exustione redeunte. Cuius uicissitudinis causa uel necessitas talis est: Ignem æthereum physici tradiderunt humore nutriri: asserentes ideo sub zona cœli perusta, quam uia solis, id est, zodiacus, occupauit, Oceanum (sicut suprà descripsimus) à natura locatũ, ut omnis latitudo, qua Sol cum quinque uagis & luna ultro citroque discurrũt, habeat subiecti humoris alimoniam. Et hoc esse uolunt, quod Homerus diuinarum omniũ inuentionum fons & origo, sub poëtici nube figmenti, uerũ sapientibus intelligi dedit, Iouem cũ Dijs cæteris, id est, cũ stellis, profectum in Oceanum: Aethiopibus eũ ad epulas inuitantibus. Per quam imaginẽ fabulosam Homerũ signi ficasse uolũt, hauriri de humore nutrimẽta sideribus, q̃ ob hoc Aethiopas reges epularũ participes cœlestium dixit: quoniã circa Oceani orã, nõ nisi Aethiopes habitãt, quos uicinia solis usque ad speciẽ nigri coloris exussit. Cũ ergo calor nutriatur humore, hæc uicissitudo cõtingit, ut modo calor, modo humor exuberet. Euenit enim ut ignis usque ad maximum enutritus augmentũ, haustum uincat humo

Ιλιαδ. α.

rem, & sic aëris mutata temperies licentiã præstet incendio, & terra penitus flagrantia immißi ignis uratur. Sed mox impetu caloris absumpto, paulatim uires reuertũtur humori: cùm magna pars ignis incendijs erogata, minus iam de renascente humore consumat. Ac rursus longo tẽporum tractu ita crescens humor altius uincit, ut terris infundatur eluuio. Rursusq; calor post hæc uires resumit. Et ita fit, ut manẽte mundo, inter exuperantis caloris humorisq; uices terrarum cultus, cum hominũ genere sæpe intercidat: &, reducta temperie, rursus nouetur. Nunquã tamen siue eluuio, siue exustio omnes terras aut omne hominũ genus uel omnino operit, uel penitus exurit. Aegypto certe (ut Plato in Timæo fatetur) nunquam nimietas humoris nocuit uel caloris. Vnde & infinita annorũ millia in solis Aegyptiorũ monumentis, librisq; releguntur. Certæ igitur terrarũ partes internecioni superstites, seminarium instaurando generi humano fiunt. Atq; ita contingit, ut nõ rudi mundo, rudes homines & cultus inscij, cuius memoriam intercipit interitus, in terris oberrent: et asperitatem paulatim uagæ feritatis exuti, cõciliabula & cœtus natura instruente patiantur: sitq; primùm inter eos mali nescia, & adhuc astutiæ inexperta simplicitas, quæ nomen auri primis seculis præstat. Inde quò magis ad cultum rerum atque artium usus promouet, tantò facilius in animos serpit æmulatio: quæ primũ bene incipiẽs, in inuidiam latenter euadit. Et ex hac iam nascitur quie quid genus hominum pòst sequentibus seculis experitur. Hæc est ergo, quæ rebus humanis pereundi, atq; iterum reuertendi incolumi mundo, uicissitudo uariatur.

De diuersitate annorũ, quodq; is qui uere annus uertẽs est ac mundanus, quindecim nostrorum annorum

ambiat

ambiat millia. CAP. XI.

QVid autem intereſt ab his, qui poſtea naſcentur, ſermonem fore de te: cùm ab his nullus fuerit, qui antè nati ſunt, qui nec pauciores, & certè meliores fuerunt uiri: præſertim cùm apud eos ipſos, à quibus audiri nomen noſtrũ poteſt, nemo unius anni memoriã conſequi poſſit? Homines ẽm populariter annum tãtummodo ſolis, id eſt, unius aſtri, reditu metiũtur. Re autem ipſa, cùm ad idem unde ſemel profecta ſunt, cuncta aſtra redierint, eandemq; totius cœli deſcriptionem longis interuallis retulerint, tum ille uerè uertens annus appellari poteſt, in quo uix dicere audeo, quàm multa hominũ ſecula teneantur. Nanq; ut olim deficere ſol hominibus, extinguiq; uiſus eſt, cùm Romuli animus hæc ipſa in templa penetrauit: ita quãdoq; cùm ab eadem parte ſol, eodemq; tempore iterũ defecerit, tum ſignis omnibus ad idem principium ſtellisq; reuocatis, expletũ annum habeto. Cuius quidem anni nondũ uigeſimam partẽ ſcito eſſe conuerſam. Annorum diuerſitas.

Idem agere perſeuerat, inſtans diſſuaſioni gloriæ deſiderandæ. Quã cum locis arctam, nec in ipſis anguſtijs æternam ſupra docuiſſet, nunc nõ ſolũ perpetuitatis expertẽ, ſed nec ad unius anni integri metas poſſe propagari docet: cuius aſſertionis quæ ſit ratio, dicemus. Annus non is ſolus eſt, quẽ nũc cõmunis omniũ uſus appellat: ſed ſingulorum ſeu luminũ, ſeu ſtellarũ emenſo omni cœli circuitu, à certo loco in eundẽ locũ reditus, annus ſuus eſt. Sic menſis, lunæ annus eſt, intra quem cœli ambitũ luſtrat. Nam & à luna menſis dicitur, quia Græco nomine luna μήνη * als: diſcrenocatur. Vergilius denique ad * deſcriptionem lunaris tionem

anni, qui breuis est, annum qui cursu solis efficitur, significare uolens, ait:

Aeneid. 3. Interea magnum sol circumuoluitur annum:

Magnum uocans solis, comparatione lunaris. Nam cursus quidem Veneris atq; Mercurij penè par soli est. Martis uerò annus ferè biennium tenet: tanto enim tempore cœlum circumit. Iouis autem stella duodecim, & Saturni triginta annos in eadem circuitione consumit. Hæc de luminibus ac uagis, ut sæpe relata, iam nota sunt. Annus uerò qui mũdanus uocatur, qui uerè uertens est, quia cõuersione plenæ uniuersitatis efficitur, largissimis seculis explicatur. Cuius ratio est talis: Stellæ omnes, et sidera, quæ infixa cœlo uidentur: quorũ proprium motum nunquam uisus humanus sentire, uel deprehendere potest: mouẽtur tamen: & præter cœli uolubilitatem, qua semper trahuntur, suo quoq; accessu tam serò * promouentur, ut nullius hominum uita tam longa sit, quæ obseruatione continua factam de loco permutationem, in quo eas primum uiderat, deprehendat. Mundani ergo anni finis est, cùm stellæ omnes, omniáq; sidera quæ aplanes habet, à certo loco ad eundem locũ ita remeauerint, ut ne una quidẽ cœli stella in alio loco sit, quàm in quo fuit: cùm omnes aliæ ex eo loco motæ sunt, ad quem reuersæ, anno suo finem dedêre: ita ut lumina quoque cum erraticis quinq; in ijsdem locis & partibus sint, in quibus incipiẽte mundano anno fuerũt. Hoc autem, ut Physici uolunt, post annorum x v. millia peracta contingit. Ergo sicut annus lunæ, mensis est, & annus solis x ii. menses, & aliarum stellarum hi sunt anni, quos suprà retulimus: ita mundanum annum quindecim millia annorum, quales nunc cõputamus, efficiunt. Ille ergo uerè annus uertens uocandus est, quem non so-

*aliâs: promouent

lis, id

lis, id est, unius astri, reditu metiuntur, sed quem stellarum omnium in quocunq; cœlo sunt, ad eũdem locum reditus, sub eadẽ cœli totius descriptione cõcludit. Vnde & mundanus dicitur, quia mundus propriè cœlum uocatur. Igitur sicut annum solis nõ solum à Calendis Ianuarijs usq; ad easdẽ uocamus: sed & à sequente post Calẽdas die usq; ad eundem diem, & à quocũq; cuiuslibet mensis die usq; in diem eũdem reditus, annus uocatur: ita huius mundani anni initium sibi quisq; facit quodcunq; decreuerit. Vt ecce nunc Cicero à defectu solis, qui sub Romuli fine contigit, mundani anni principium sibi ipse cõstituit. Et licet iam sæpissime posteà defectus solis euenerit, non dicitur tamen mundanum annum repetita defectio solis implesse: sed tunc implebitur, cùm sol deficiens in ijsdem locis & partibus, & ipse erit, & omnes cœli stellas, omniáq; sidera rursus inueniet, in quibus fuerãt, cùm sub Romuli fine deficeret. Igitur à discessu Romuli post annorum quinde cim millia (sicut asserũt Physici) sol denuò ita deficiet, ut in eodem signo, eademq; parte sit ad idem principium, in quo sub Romulo fuerat, stellis quoq; omnibus, signisq; reuocatis. Peracti enim fuerant, cum Scipio in Africa militaret, à decessu Romuli anni quingẽti septuaginta & tres. Anno enim ab urbe cõdita sexcẽtesimo septimo, hic Scipio deleta Carthagine triũphauit. Ex quo numero, annis remotis triginta duobus regni Romuli, et duobus qui intra somnium, & consummatum bellum fuere: quingenti septuaginta tres à decessu Romuli, ad somnium usq; remanebunt. Ergo rationabiliter uereq; signauit, necdũ mundani anni uicesimã partem esse cõuersam. Nam uicesimæ parti quot anni supersint à fine Romuli ad Africanam militiam Scipionis, quos diximus annos fuisse quingen-

tos septuaginta tres, quisquis in digitos mittit, inueniet.

Hominem non corpus esse, sed mentem. Et nunquid in hoc mundo uere intereat ac corrumpatur.

CAP. XII.

TV uerò enitere, & sic habeto: te non esse mortalem, sed corpus hoc. Nec enim tu is es, quem forma ista declarat: sed mens cuiusq; is est quisque, non ea figura, quæ digito demonstrari potest. Deũ te igitur scito esse, siquidem est Deus qui uiget: qui sentit: qui meminit: qui prouidet: qui tam regit, & moderatur, & mouet id corpus, cui præpositus est, quàm hũc mundũ ille princeps Deus. Et ut ille mundum quadam parte mortalẽ, ipse Deus æternus: sic fragile corpus animus sempiternus mouet.

Epilogus eorũ quæ dicta sunt hactenus.

Bene, & sapienter Tullianus hic Scipio circa institutionem nepotis ordinem rectè docentis impleuit. Nam ut breuiter à principio omnem operis continentiã reuoluamus, primum tempus eius mortis, & imminentes propinquorum prædixit insidias: ut totum de hac uita sperare dedisceret, quam non diuturnam comperisset. Deinde ne metu prædictæ mortis frangeretur, ostendit sapienti, & bono ciui in immortalitatem morte migrandũ. Quumq; eũ ultro spes ista traxisset ad moriendi desideriũ, succedit Pauli patris opportuna dissuasio, accensam filij festinationem ab appetitu spontaneæ mortis excludens. Plenè igitur in animo somniantis utrinq; plantata sperandi expectandiq; temperie, altius iam circa diuina erigendum nepotis animum Africanus ingreditur. Nec prius eum terram patitur intueri, quàm cœli ac siderum naturam, motum, ac modulamen agnoscat, et hæc omnia sciat præmio cessura uirtutũ. Ac postquàm mens firmata Scipionis alacritate

critate tantæ promissionis erigitur: tum demũ gloria, quæ apud indoctos magnum uirtutis præmium creditur, contemni iubetur: dum ostenditur, ex terrarum breuitate uel casibus, arcta locis, angusta temporibus. Africanus igitur pene exutus hominem, & defæcata mente iam naturæ suæ capax, hic apertius admonetur, ut esse se Deum nouerit. Et hæc sit præsentis operis consummatio, ut animam non solùm immortalem, sed Deum esse clarescat. Ille ergo qui fuerat iam post corpus in diuinitatem receptus, dicturus uiro adhuc in hac uita posito, Deum te esse scito: non prius tantam prærogatiuam cõmittit homini, quàm * quid sit ipse discernat: ne existimetur hoc quoque dici, quod mortale in nobis & caducum est. Et quia Tullio mos est, profundam rerum sciẽtiam sub breuitate tegere uerborũ, nunc quoque miro compendio tantum includit arcanum, quod Plotinus magis quàm quisquam uerborum parcus libro integro disseruit, cuius descriptio est: Quid est animal, quid homo. In hoc ergo libro Plotinus quærit, cuius sint in nobis uoluptates, mœrores, metusq; ac desideria, et animositas uel dolores: postremò cogitationes & intellectus, utrum meræ animæ, an uerò animæ utentis corpore. Et post multa, quæ sub copiosa rerum densitate disseruit, quæ nunc nobis ob hoc solum prætereunda sunt, ne usque ad fastidij necessitatem uolumen extẽdant, hoc postremò pronuntiat: Animal esse corpus animatum. Sed nec hoc neglectum, uel non quæsitum relinquit, quo animæ beneficio, quáue uia societatis animetur. Has ergo omnes, quas prædiximus, passiones assignat animali: uerum autem hominem ipsam animam esse testatur. Ergo * quod uidetur, non ipse uerus homo est: sed uerus ille est, à quo regitur quod uidetur. Sic cùm morte animalis discesserit

* aliâs: quî Hominem non corpus esse, sed mentem.

* aliâs: qui

animatio, cadit corpus regente uiduatum. Et hoc est quod uidetur in homine mortale. Anima uerò, qui uerus homo est, ab omni conditione mortalitatis aliena est, adeò, ut ad imitationem Dei mundum regentis, regat & ipsa corpus, dum à se animatur. Ideo Physici mundum magnum hominem, & hominem breuem mundum esse dixerunt. Per similitudines igitur cæterarum prærogatiuarum, quibus Deum anima uidetur imitari, animũ Deum & prisci Philosophorum & Tullius dixit. Quòd autem ait, mundum quadam parte mortalem, ad communem opinionem respicit: qua mori aliqua intra mundum uidẽtur, ut animal exanimatum, uel ignis extinctus, uel siccatus humor. Hæc enim omnino interisse creduntur. Sed constat secundum ueræ rationis assertionem, quam & ipse non nescit, nec Vergilius ignorat, dicendo: Nec morti esse locum: cõstat, inquam, nihil intra uiuum mundum perire, sed eorũ quæ interire uidentur, solam mutari speciem: & illud in originem suam, atq; in ipsa elementa remeare, quod tale quale fuit, esse desierit. Denique & Plotinus alio in loco, cum de corporum assumptione dissereret, & hoc dissolui posse pronuntiaret, quicquid effluit, obiecit sibi: Cur ergo elementa, quorum fluxus in aperto est, non similiter aliquando soluuntur? Et breuiter tantæ obiectioni, ualidæq; respondit: Ideo elementa, licet fluant, nunquam tamen solui: quia non foras effluunt. A cæteris enim corporibus quod effluit, recedit: elementorum fluxus nunquam ab ipsis recedit elementis. Ergo in hoc mundo pars nulla mortalis est secũdum ueræ rationis assertã. Sed quod ait, cum quadam parte mortalem, ad communem, ut diximus, opinionem paululum inclinare se uoluit. In fine autem ualidissimum immortalitatis animæ argumentum ponit, quia ipsi

Num aliquid in hoc mundo uerè intereat.

corpori

corpori præstat agitatum: quod quale sit, ex ipsis uerbis Ciceronis, quæ sequuntur, inuenies.

De tribus ratiocinandi modis, quibus animæ immortalitatem asseruere Platonici. CAP. XIII.

NAm quod semper mouetur, æternũ est: quod autem motũ affert alicui, quodq; ipsum agitatur aliunde, quãdo finẽ habet motus, uiuẽdi finem habeat necesse est. Solum igitur quod seipsum mouet, quia nũquã deseritur à se, nũquam ne moueri quidẽ desinit: quinetiã cæteris, quæ mouentur, hic fons, hoc principiũ est mouẽdi. Principij autẽ nulla est origo. nam è principio oriũtur omnia: ipsum aũt nulla ex re alia nasci potest. Nec enim id esset principium, quod gigneretur aliũde. Quod si nõ oritur, nec occidit quidẽ unquam. nã principiũ extinctũ, nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit: siquidẽ ~~necesse est à principio oriri omnia~~. Ita fit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum à se mouetur. Id autẽ nec nasci potest, nec mori: uel concidat ὸmne cœlum, omnisq; natura consistat necesse est: nec uim ullã nãciscatur, qua à primo impulsa moueatur. Cùm pateat igitur ęternũ id esse qđ ipsum se moueat, quis est qui hanc naturã animis esse tributam neget? Inanimũ est enim omne quod pulsu agitatur externo: quod autẽ est* anima, id motu ci ętur interiore & suo. nam hæc est poprie natura animæ, atq; uis: quæ si est una ex omnibus quæ seipsam moueat, necq; nata certè est, et ęterna est. *Omnis hic locus de Phædone Platonis ad uerbũ à Cicerone trãslatus est, in quo ualidissimis argumentis animæ immortalitas asseritur. Et hæc est argumentorũ summa, esse animam*

*animal

mortis

Immortalem duobus dici modis.

mortis immunem: quoniam ex se moueatur. Sciendum est autem, quòd duobus modis immortalitas intelligitur. Aut enim ideo est immortale quid, quia per se non est capax mortis: aut quia procuratione alterius à morte defenditur. Ex his prior modus ad animæ, secundus ad mundi immortalitatẽ refertur. Illa enim suapte natura à conditione mortis aliena est: mundus uerò animæ beneficio in hac uita perpetuitate retinetur. Rursus, semper moueri dupliciter accipitur. Hoc enim dicitur et de eo, quod ex quo est, semper mouetur: & de eo, quod semper & est, & mouetur. Et secũdus modus est, quo animá dicimus semper moueri. His præmißis, iam quibus syllogißmis de immortalitate animæ diuersi sectatores Platonis ratiocinãtur, oportet aperiri. Sunt enim qui per gradus syllogißmorum ad unum finẽ probationis cuadãt, certam sibi propositionem sequentis ex antecedẽtis cõclusione facientes: apud quos hic prior est. Anima ex se mouetur: quicquid autem ex se mouetur, semper mouetur. Igitur anima semper mouetur. Secundus ita, qui nascitur ex prioris fine. Anima semper mouetur: quicquid autem semper mouetur, immortale est. Igitur anima immortalis est. Et ita in duobus syllogißmis duæ res probãtur, id est, & semper moueri animá, ut in priore: & esse immortalẽ, ut colligitur de secundo. Alij uerò usq; ad tertiũ gradum, ita argumẽtando procedunt. Anima ex se mouetur: quod autem ex se mouetur, principium motus est. Igitur anima principium motus est. Rursus ex hac cõclusione nascitur propositio: Anima principium motus est: quod autem principiũ motus est, natum non est. Igitur anima nata non est. Tertio loco: Anima nata non est: quod natũ nõ est, immortale est. Igitur anima immortalis est. Alij uerò omnem ratiocinationẽ suam

Dupliciter aliquid semp moueri.

Platonicorum ratiocinatiões de immortalitate animæ.

in unius

in unius syllogismi compendium redegere. Anima ex se mouetur: quod ex se mouetur, principium motus est: quod autem principium motus est, natum non est: quod natum non est, immortale est. Igitur anima immortalis est.

Quibus rationibus Aristoteles contra Platonem monstrare uoluerit, animam à seipsa moueri non posse.

CAPVT XIIII.

Aristoteles aduersus Platonē

SEd harum omnium ratiocinationum apud eum postest postrema conclusio de animæ immortalitate constare, qui primam propositionē, id est, ex se moueri animam, non refellit. Hac enim in fide non recepta, debilia fiunt omnia, quæ sequuntur. Sed huic Stoicorum quidem accidit assensio. Aristoteles uerò adeò non acquieſcit, ut animam non solum ex se non moueri, sed ne moueri quidem penitus conetur asserere. Ita enim callidis argumentationibus astruit, nihil ex se moueri: ut etiam si quid hoc facere concedat, animam tamen hoc nō esse confirmet: Si enim anima, inquit, principiū motus est, doceo non posse principium motus moueri. Et ita diuisionem suæ artis ingreditur, ut primū doceat in rerū natura esse aliquid immobile, deinde hoc esse animam tentet ostendere. Necesse est, inquit, aut omnia, quæ sunt, immobilia esse, aut omnia moueri: aut aliqua ex his moueri, aliqua nō moueri. Itē, si damus, ait, & motū & quietē, necesse est aut alia semper moueri, & alia nunquam moueri: aut omnia simul nunc quieſcere, nunc moueri. De his, inquit, quid magis uerum sit, requiramus. Non esse omnia immobilia, aspectus ipse testimonio est, quia sunt quorū motū uidemus: rursus, non moueri omnia uisus docet, quo immota cognoscimus. Sed nec omnia dicere possumus modo motum pati, modo esse sine motu: quia sunt quorū perpetuum motum uidemus: ut de

Aliquid esse immobile secūdū Aristotelem.

ut de cœlestibus nulla dubitatio est. Restat igitur, ait, ut sicut aliqua semper mouētur, ita sit aliquid semper immobile. Ex his ut collectum sit, esse aliquid immobile, nullus obuiat uel refellit. Nam & uera diuisio est, & sectæ Platonicæ non repugnat. Neq; enim si quid est immobile, sequitur ut hoc sit anima. Nec qui dicit animam ex se moueri, iam moueri uniuersa confirmat: sed modū astruit quo anima mouetur. Si quid uerò est aliud immobile, nihil ad hoc, quod de anima astruitur, pertinebit. Quod & ipse Aristoteles uidens, postquàm docuit esse aliquid immobile, hoc esse animam uult dicere: & incipit asserere, nihil esse quod ex se moueri possit: sed omnia quæ mouentur, ab alio moueri. Quod si uerè probasset, nihil ad patrocinium Platonicæ sectæ relinqueretur. Quemadmodum enim credi posset, ex se moueri animam, si constaret nihil esse quod ex se possit moueri? In hac autem Aristotelica argumentatione huiusmodi diuisionis ordo cōtexitur: Ex omnibus quæ mouētur, inquit, alia per se mouentur, alia ex accidenti. Et ex accidenti, inquit, mouentur quæ cùm ipsa non moueantur, in eo tamen sunt quod mouetur: ut in naui sarcina seu uector quiescens: aut etiā cùm pars mouetur, quiescente integritate: ut si quis stans pedem, manum ue, uel caput agitet. Per se autē mouetur, quod neq; ex accidenti neq; ex parte, sed & totum simul mouetur: ut cùm ad superiora ignis ascendit. Et de his quidem, quæ ex accidēti mouentur, nulla dubitatio est, quin ab alio moueantur. Probabo autē, inquit, etiam ea quæ ex se mouentur, ab alio moueri. Ex omnibus enim, ait, quæ per se mouentur, alia causam motus intra se possident: ut animalia, ut arbores, quæ sine dubio ab alio intelliguntur moueri: à causa scilicet, quæ in ipsis latet. nam causam motus ab eo,

Responsio Macrobij.

Omne quod mouetur, moueri ab alio ex sententia Aristo.

Quare anima quoq; à se moueri non possit.

eo, quod mouetur, ratio sequestrat. Alia uerò apertè ab alio mouẽtur, id est, aut ui, aut natura. Et ui dicimus moueri omne iaculum, quod cum de manu iaculãtis receßit, suo quidem motu ferri uidetur: sed origo motus ad uim refertur. Sic enim nonnũquam & terram sursum, & ignem deorsum ferri uidemus, quod alienus sine dubio cogit impulsus. Natura uerò mouentur uel grauia, cùm per se deorsum: uel leuia, cùm sursum feruntur. Sed & hoc dicendum est ab alio moueri: licet à quo, habeatur incertum. Ratio enim, ait, deprehẽdit esse nescio quid, quod hæc moueat. Nam si sponte mouerentur, sponte etiam starent. Sed nec unam uiam semper agerent, imò per diuersa moueretur, si spontaneo ferrentur agitatu. Cùm uerò hoc facere non possint, sed leuibus semper ascensus, & descensus grauibus deputatus sit: apparet eorum motum, ad certam & constitutam naturæ necessitatem referri. Hæc sunt & his similia, quibus Aristoteles omne quod mouetur, ab alio moueri probasse se credidit. Sed Platonici (ut paulò pòst demonstrabitur) argumenta hæc arguta magis, quàm uera esse docuere. Nunc sequens eiusdem iungenda diuisio est, qua non posse animã ex se mouẽri, etiã si hoc alia res facere posset, laborat ostẽdere. Et huius rei primam propositionẽ ab illis mutuatur, quæ sibi existimat* cõstituisse. Sic enim ait: Cùm igitur omne quod mouetur, constet ab alio moueri, sine dubio id quod primum mouet, quia nõ ab alio mouetur (neq; enim haberetur iam primũ, si ab alio moueretur) necesse est, inquit, ut aut stare dicatur, aut seipsum mouere. Nam si moueri ab alio dicatur, illud quoq; quod ipsum mouet, dicetur ab alio moueri: & illud rursus ab alio. In infinitum inquisitio ista cæsura est: nunquam exordia prima reperies: si semper aliud ea, quæ putaueris

Cur anima ex se moueri non possit, neque etiã moueatur ab alio, ideo ipsam esse immobilem.

* constitisse

taueris prima, præcedit. Reſtat igitur, inquit, ut ſi quod primum mouet non dicatur ſtare, ipſum ſe mouere dicatur: & ſic erit in uno eodemq; aliud quod mouet, aliud quod mouetur. Siquidem in omni, ait, motu tria hæc ſint neceſſe eſt: id quod mouet, & quo mouet, & quod mouetur. Ex his quod mouetur, tantũ mouetur, nõ etiã mouet, cùm illud quo fit motus, & moueatur & moueat: illud uerò quod mouet, nõ etiã mouetur: ut ex tribus ſit commune, quod mediũ, duo uerò ſibi cõtraria intelligantur. Nã ſicut eſt quod mouetur, & non mouet: ita eſt, inquit, quod mouet & nõ mouetur: propter quod diximus, quia cùm omne quod mouetur ab alio moueatur, ſi hoc quod mouet, & ipſum mouetur, quæremus ſemper motus huius, nec unquam inueniemus exordiũ. Deinde, ſi quid ſe mouere dicatur, neceſſe eſt, inquit, ut aut totũ à toto, aut partem à parte, aut partẽ à toto, aut totum à parte exiſtimemus moueri: & tamẽ motus ille ſeu à toto, ſeu à parte procedat, alterum ſui poſtulabit autorẽ. Ex his omnibus in unum Ariſtotelica ratiocinatio tota colligitur, hoc modo: Omne quod mouetur, ab alio mouetur. Quod igitur primum mouet, aut ſtat, aut ab alio & ipſum mouetur: ſed ſi ab alio, iam non poteſt hoc primum uocari, & ſemper quod primum moueat requiremus: reſtat ut ſtare dicatur. Stat igitur quod primum mouet. Contra Platonẽ ergo qui dicit animam motus eſſe principiũ, in hunc modum componitur ſyllogiſmus: Anima principium motus eſt: principium autem motus non mouetur. Igitur anima non mouetur. Et hoc eſt quod primo loco uiolẽter obiecit. Nec eouſq; perſuadere cõtentus, animam non moueri: alijs quoq; rationibus non minus uiolentis perurget. Nullum, inquit, initium idem poteſt eſſe ei, cuius eſt initium.

Effigiatur ratio Ariſtotelis prima.

Secunda.

tium. Nam apud Geometras principium lineæ punctum dicitur esse, non linea: apud Arithmeticos principium numeri non est numerus. Item, causa nascendi ipsa non nascitur: & ipsa ergo motus causa, uel initium nõ mouetur. Ergo anima quæ initium motus est, non mouetur. Additur hoc quoq; Tertia. Nunquam, inquit, fieri potest, ut circa unam eandemq; rem, uno eodemq; tempore, contrarietates ad unum idemq; pertinentes eueniant. Scimus autẽ quia mouere facere est, & moueri pati est. Ei igitur quod se mouet, simul euenient duo sibi contraria, & facere & pati: quod impossibile est. Anima igitur non potest se mouere. Item dicit: Si animæ essentia motus esset, nunquam quiesceret à motu. Quarta. Nihil enim est quod recipiat essentiæ suæ contrarietatem. Nam ignis nunquam frigidus erit, nec nix unquam sponte calescet. Anima autem nonnunquam à motu cessat: non enim semper corpus uidemus agitari. Non igitur animæ essentia motus est, cuius cõtrarietatem receptat. Ait etiam: Anima si alijs causa motus est, ipsa sibi causa motus esse non poterit. Quinta. Nihil enim est, inquit, quod eiusdẽ rei sibi causa sit, cuius est alij: ut medicus, ut exercitator corporum, sanitatem uel ualentiam, quam ille ægris, hic luctatoribus præstat, non utiq; ex hoc etiam sibi præstant. Item dicit: Omnis motus ad exercitium sui instrumento eget, ut singularum artium usus docet: ergo uidendum, ne & animæ ad se mouendum instrumento opus sit. Sexta. Quod si impossibile iudicatur: & illud impossibile erit, ut anima ipsa se moueat. Item dicit: Si mouetur anima, sine dubio cum reliquis motibus & de loco & in locum mouetur. Septima. Quod si est, modo corpus ingreditur, modo rursus egreditur, & hoc frequenter exercet. Sed hoc uidemus fieri non posse: non igitur anima mouetur. His quoque addit: Octaua.

Si anima se mouet, necesse est, ut aliquo motus genere se moueat. Ergo *aut in loco se mouet, aut seipsam pariendo se mouet, aut seipsam consumendo, aut se augendo, aut se minuendo. Hæc sunt enim, inquit, motus genera. Horum autem singula, quemadmodum possunt fieri requiramus. Si in loco se mouet, aut in rectam lineam se mouet, aut sphærico motu in orbem rotatur. Sed recta linea infinita nulla est. Nam quæcunq; in natura intelligatur linea, quocunq; fine fine dubio terminatur. Si ergo per lineam terminatam anima se mouet, non semper mouetur. Nam cùm ad finem uenerit, & inde rursus in exordium reditur: necesse est interstitium motus fieri in ipsa permutatione redeundi. Sed nec in orbem rotari potest. Quia omnis sphæra circa aliquod immobile, quod centrum uocamus, mouetur. Si ergo & anima sic mouetur, aut intra se habet quod immobile est: & ita fit ut non tota moueatur: aut si non intra se habet, sequitur aliud non minus absurdum, ut centron foris sit, quod esse non poterit. Constat ergo ex his, ait, quòd in loco se non moueat: sed si ipsa se parit, sequitur ut eandem & esse, & non esse dicamus: si uerò se ipsa consumit, non erit immortalis. Quòd si se aut auget aut minuit, eadem simul & maior se & minor reperietur. Ex his talem colligit syllogismum: Si anima se mouet, aliquo motus genere se mouet: nullum autem motus genus, quo se moueat inuenitur. Non igitur se mouet.*

Quibus argumentis Platonici magistrum suum aduersus Aristotelem tueantur, ostendentes utiq; esse aliquid quod à seipso moueatur, idq; necessariò esse animam: quibus probatis, enerua est prima obiectio Aristotelis. CAPVT XV.

Contra has tam subtiles, & argutas, & ueri similes argumen

argumentationes accingendum est, secundum sectatores Platonis, qui inceptum quo Aristoteles tam ueram, tamq; ualidam definitionem magistri sauciare tentauerat, subruerunt. Neq; uerò tam immemor mei, aut ita male animatus sum, ut ex ingenio meo uel Aristoteli resistam, uel adsim Platoni: sed ut quisq; magnorum uirorum, qui se Platonicos dici gloriabantur, aut singula aut bina defensa ad ostentationem suorum operum reliquerunt, collecta hæc in unum continuæ defensionis corpus coaceruaui: adiecto, si quid post illos aut sentire fas erat, aut audere in intellectum licebat. Et quia duo sunt, quæ asserere conatus est: unum, quòd dicit nihil esse, quod ex se moueatur: alterũ, quo animam hoc esse non posse confirmat: utriq; resistendum est: ut & constet posse aliquid ex se moueri: & animam hoc esse clarescat. In primis igitur illius diuisionis oportet nos cauere præstigias, in qua enumerans aliqua, quæ ex se mouentur: & ostendens illa quoq; ab alio moueri, id est, à causa interius latente, uidetur sibi probasse, omnia quæ mouentur, etiã si ex se moueri dicantur, ab alio tamen moueri. Huius enim rei pars uera est, sed est falsa conclusio. Nam esse aliqua, quæ cùm ex se moueri uideantur, ab alio tamen constet moueri, nec nos diffitemur: non tamen omnia quæ ex se mouentur, hoc sustinẽt, ut ab alio ea moueri necesse sit. Plato enim cùm dicit animã ex se moueri, id est, cùm αὐτοκίνητον uocat, non uult eam inter illa numerari, quæ ex se quidem uidentur moueri, sed à causa quæ intra se latet mouentur, ut mouentur animalia autore quidem alio, sed occulto: nam ab anima mouentur, aut, ut mouentur arbores, quarum etsi non uidetur agitator, à natura tamen eas interius latente constat agitari. Sed Plato ita dicit animam ex se moueri, ut non aliam causam uel

Refellitur ea argumẽtatio Aristot. qua ostendere uult quicquid moueat, id moueri ab alio. Atq; hæc dilutio est obiectionis primæ.

extrinsecus accidentem, uel interius latentem huius motus
*adstruemus dicat autorem. Hoc quemadmodum accipiendum sit, *instruemus. Ignem calidum uocamus, sed & ferrum calidum dicimus: & niuem frigidam, & saxum frigidum nuncupamus: mel dulce, sed & mulsum dulce uocitamus. Horum tamen singula de diuersis diuersè significant. Aliter enim de igne, aliter de ferro calidi nomen accipimus. Quia ignis per se calet, non ab alio fit calidus: contrà, ferrum non nisi ex alio calescit. Vt nix frigida, ut mel dulce fit, non aliunde contingit: saxo tamen frigus, uel mulso dulcedo, à niue uel melle proueniunt. Sic & stare, & moueri, tam de his dicitur, quæ ab se uel stant, uel mouentur: quàm de illis, quæ uel sistuntur, uel agitantur ex alio. Sed quibus moueri ab alio, uel stare contingit, hæc & stare desistunt, & moueri. Quibus autem idem est, & esse, & moueri, nunquàm à motu cessant: quia sine essentia sua esse non possunt. Sicut ferrum amittit calorem, ignis uerò calere non definit. Ab se ergo mouetur anima: licet & animalia, uel arbores per se moueri uideantur. Sed illis quamuis interius latens, alia tamen causa, id est, anima uel natura, motum ministrat: ideo & amittunt hoc, quod aliunde sumpsere. Anima uerò ita per se mouetur, ut ignis per se calet, nulla aduentitia causa uel illum calefaciente, uel hanc mouente. Nam cùm ignem calidum dicimus, non duo diuersa concipimus, unum quod calefacit, alterum quod
*unam calefit: sed totum calidum secundum *suam naturam uocamus. Cùm niuem frigidam, cùm mel dulce appellamus, non aliud quod hanc qualitatem præstat, aliud cui præstatur, accipimus. Ita & cùm animam per se moueri dicimus, non gemina consideratio sequitur mouentis & moti, sed in ipso motu essentiam eius agnoscimus: quia quod est in

igne

igne nomen calidi, in niue uocabulum frigidi, appellatio dulcis in melle, hoc necesse est de anima αὐτοκίνητον nomen intelligi, quod Latina conuersio significat, per se moueri. Nec te confundat, quòd moueri passiuum uerbum est. Nec sicut secari cum dicitur, duo pariter considerantur, quod secat, & quod secatur: Item cum teneri dicitur, duo intelliguntur, quod tenet & quod tenetur: ita hic in moueri duarum rerum significationem putes, quæ mouet, & quæ mouetur. Nam secari quidem et teneri passio est: ideo considerationem & facientis, & patientis amplectitur. Moueri autem cùm de his quidem dicitur, quæ ab alio mouentur, utranq; considerationem similiter repræsentat: de eo autē quod ita per se mouetur, ut sit αὐτοκίνητον, cùm moueri dicitur: quia ex se, non ex alio mouetur, nulla potest suspicio passionis intelligi. Nam & Stare licet passiuū uerbum non esse uideatur: cùm de eo tamen dicitur, quod stat alio sistente: ut, Stant terræ defixæ hastæ, significat passionem. Sic & Moueri, licet passiuum sonet, quando tamen nihil ineſt faciens, patiens ineſſe non poterit. Et ut absolutius liqueat, non uerborum, sed rerum intellectu passionem significari: ecce ignis, cùm fertur ad superna, nihil patitur: cùm deorsum fertur, sine dubio patitur, quia hoc, nisi alio impellente, non sustinet: & cum unum idemq; uerbum proferatur, passionem tamē modo ineſſe, modo abesse dicimus. Ergo & moueri idem in significatione est quod calere. Et cùm calere ferrum dicimus, uel stylum moueri, quia utriq; aliunde * peruenit, passionem esse fatemur. Cùm uerò aut ignis calere, aut moueri anima dicitur, quia illius in calore, & in motu huius essentia est, nullus hic locus relinquitur passioni: sed ille sic calere, sicut moueri ista dicetur. Hoc loco Aristoteles argutam de uerbis ca-

Cauilli amotio.

Aeneid. 6.

*prouenit

Alterius cauilli exclusio.

lumniam ſarciens, Platonem quoque ipſum duo, id eſt, quod mouet, & quod mouetur, ſignificaſſe contendit, dicendo: Solum igitur quod ſeipſum mouet, quia nunquàm deſeritur à ſe, nunquàm ne moueri quidem deſinit: & apertè illum duo expreſsiſſe proclamat, his uerbis, quod mouet & mouetur. Sed uidetur mihi uir tantus nihil ignorare potuiſſe: ſed in exercitio argutiarum talium conniuentem ſibi, operam ſponte luſiſſe. Cæterùm quis non aduertat, cùm quid dicitur ſeipſum mouere, non duo intelligenda? Sicut & cùm dicitur αὐτὸς τιμωρούμενος, id eſt, ſe puniens: non alter qui punit, alter qui punitur. Et cùm ſe perdere, ſe inuoluere, ſe liberare quis dicitur, non neceſſe eſt unum facientem, alterum ſubeſſe patientem. Sed hoc ſolum intellectu huius elocutionis exprimitur, ut qui ſe punit, aut qui ſe liberat, non ab alio hoc accepiſſe, ſed ipſe ſibi aut intuliſſe aut præſtitiſſe dicatur. Sic & de αὐτοκίνητος, cùm dicitur, ſeipſum mouet, ad hoc dicitur, ut æſtimationem alterius mouentis excludat. Quam uolens Plato de cogitatione legentis eximere, his quæ præmiſit, expreſsit. Nam quod ſemper, ait, mouetur, æternum eſt: quod autem motum affert alicui, quodq; ipſum mouetur aliunde, quando finem habet motus, uiuendi finem habeat, neceſſe eſt. Quid his uerbis inuenitur expreſsius, clara ſignificatione teſtantibus, non aliunde moueri quod ſeipſum mouet: cùm animam ob hoc dicat æternam, quia ſeipſam mouet, & non mouetur aliunde? Ergo ſe mouere hoc ſolum ſignificat, non ab alio moueri. Nec putes quòd idem moueat, idemq; moueatur, ſed moueri ſine alio mouente, ſe mouere eſt. Apertè ergo conſtitit, quia non omne quod mouetur, ab alio mouetur. Ergo αὐτοκίνητος poteſt non ab alio moueri: ſed ne à ſe quidem

dem sic mouetur, ut in ipso aliud sit quod mouet, aliud quod mouetur, nec ex toto, nec ex parte, ut ille proponit: sed ob hoc solum seipsum mouere dicitur, ne ab alio moueri existimetur. Sed & illa de motibus Aristotelica diuisio (quã suprà retulimus) surripienti magis apta est, quàm probanti, in qua ait: Sicut est quod mouetur, & non mouet: ita est quod mouet, & non mouetur. Constat enim quòd omne quicquid mouetur, mouet alia, uti dicitur, aut gubernaculum nauem, aut nauis circunfusum sibi aërem, uel undas mouere. Quid autem est, quod non posit aliud, dum ipsum mouetur, impellere? Ergo si uerum non est, ea quæ mouentur, alia non mouere: non constat illud, ut aliquid quod moueat, nec tamen moueatur, inuenias. Illa igitur magis probanda est in decimo de Legibus à Platone motuum prolata diuisio: Omnis motus, inquit, aut se mouet, & alia: aut ab alio mouetur, & alia mouet. Et prior ad animam, ad omnia uerò corpora secundus refertur. Hi ergo duo motus differentia separantur, & societate iunguntur. Commune hoc habent, quòd & prior, & secundus mouent alia. Hoc autem differunt, quòd ille à se, hic ab alio mouetur. Ex his omnibus, quæ eruta de Platonicorum sensuũ fœcunditate collegimus, cõstitit non esse uerũ, omnia quæ mouentur, ab alio moueri. Ergo nec principiũ motus ad deprecandã ulterius mouẽtis necessitatẽ stare dicetur: quia pòst potest seipsum (ut diximus) mouere, alio non mouẽte. Eneruatus est igitur syllogismus, quẽ præmissa uaria & multiplici diuisione collegerat. Id est: Anima principium motus est: principiũ autem motus nõ mouetur: igitur anima non mouetur. Restat, ut quia constitit, posse aliquid per se moueri, alio nõ mouente, animã hoc esse doceatur. Quod facilè docebitur, si de manifestis, & indubita-

Colligitur animã id esse, quod per se moueat.

bilibus argumenta ſumamus. Homini motum aut anima præſtat, aut corpus, aut de utroq; permiſtio. Et quia tria ſunt, de quibus inquiſitio iſta procedit: cùm neq; à corpore, neq; à permiſtione præſtari hoc poſſe conſtiterit: reſtat ut ab anima moueri hominem, nulla dubitatio ſit. Nunc de ſingulis, ac primum de corpore loquamur. Nullum inanimum corpus ſuo motu moueri, manifeſtius eſt, quàm ut aſſerendum ſit. nihil eſt autem, quod dum immobile ſit, aliud poſſit mouere. Igitur corpus hominem non mouet. Videndum ne fortè animæ, & corporis ipſa permiſtio hunc ſibi motum miniſtret. Sed quia conſtat, motum corpori nõ ineſſe, ſi nec animæ ineſt, ex duabus rebus motu carentibus, nullus motus efficitur: ſicut nec ex duabus dulcibus, amari tudo: nec ex duabus amaris, dulcedo proueniet: nec ex gemino frigore calor, aut frigus ex gemino calore naſcetur. Omnis enim qualitas geminata creſcit: nunquam ex duplicatis ſimilibus contrarietas emergit. Ergo nec ex duabus immobilibus motus erit. Hominem igitur permiſtio non mouebit. Hinc inexpugnabilis ſyllogiſmus ex confeſſarum rerum indubitabili luce colligitur: Animal mouetur, motum autem animali aut anima præſtat, aut corpus, aut ex utroq; permiſtio: ſed neq; corpus, neq; permiſtio motũ præſtat: igitur anima motum præſtat. Ex his apparet animam initium motus eſſe: initium autem motus, tractatus ſuperior docuit per ſe moueri. Animam ergo αὐτοκίνητον eſſe, id eſt, per ſe moueri, nulla dubitatio eſt.

Quem in modum reliquæ Ariſtotelis obiectiones à Platonicis refellantur. CAPVT XVI.

Repetitur ſecũda obiectio Ariſtotelis, & diluitur.

Hic ille rurſus obloquitur, & alia de initijs diſputatione confligit. Eadem enim hic ſoluendo repetimus, quæ ſuprà in ordinem obiecta digeſſimus. Non poſſunt, inquit,

inquit, eadem initijs suis esse, quæ inde nascuntur: & ideo animam, quæ initium motus est, non moueri, ne idem sit initium & quod de initio nascitur: id est, ne motus ex motu processisse uideatur. Ad hæc facilis, & absoluta responsio est. Quia ut principia, & hæc quæ de principijs prodeunt, in aliquo nonnunquam inter se differre fateamur: nunquàm tamen ita sibi possunt esse contraria, ut aduersa sunt sibi, stare, & moueri. Nam si albi initiũ nigrum uocaretur, & siccum esset humoris exordium: bonum de malo, ex amaro initio dulce procederet. Sed non ita est, quia usque ad contrarietatem initia & sequentia dissidere natura non patitur. Inuenitur tamen inter ipsa nonnũquam talis differentia, qualis inter se origini progressionique conueniat: ut est hic quoque inter motum, quo mouetur anima, & quo mouet cætera. Non enim animam Plato simpliciter motum dixit: sed motum se mouentem. Inter motum ergo se mouẽtem, & motum quo mouet cætera, quid interſit, in aperto est. Siquidẽ ille sine autore est: hic alijs motus autor est. Constitit ergo, neq; adeò posse initia, ac de initijs procreata differre, ut contraria sibi sint: nec tamen hic moderatam differentiam defuisse. Non igitur stabit principium motus, quod ille artificij conclusione collegit. His tertia (ut meminimus) succesit obiectio: Vni rei contraria simul accidere non posse: & quia contraria sibi sunt mouere, & moueri, non posse animam se mouere: ne eadem & moueatur, & moueat. Sed hoc superius asserta dissoluunt. Siquidem constitit in animæ motu duo non intelligenda, quod moueat, & quod moueatur: quia nihil aliud est ab se moueri, quàm moueri alio non mouente. Nulla est cõtrarietas, ubi quod fit, unũ est: quia fit non ab alio circa aliũ: quippe cùm ipse motus animæ sit essen- Repetitur tertia.

Quarta & ipsa dissoluenda repetitur.

tia. Ex hoc ei, ut suprà retulimus nata est occasio quarta certaminis: Si animæ essentia motus est, inquit, cur interdū quiescit, cùm nulla alia res contrarietatem propriæ admittat essentiæ? Ignis cuius* essentiæ calor ineſt, calere non desinit. Et quia frigidum niuis in essentia eius est, non nisi semper est frigida. Et anima igitur eadem ratione nunquàm à motu cessare deberet. Sed dicat uelim, quando à motu cessare animam suspicatur? Si mouēdo se, inquit, moueat & corpus: necesse est utiq; quando non moueri corpus uideamus, animā quoq; intelligamus nō moueri. Contra hoc in promptu est gemina defensio. Primū, quia non in hoc deprehenditur motus animæ, si corpus agitetur. Nā & cùm nulla pars corporis moueri uidetur in homine: tamen ipsa cogitatio, aut in quocunque animali auditus, uisus, odoratus, & similia, sed & in quiete ipsa, spirare, somniare, omnia hæc motus animæ sunt. Deinde quis ipsum corpus dicat immobile, etiam dum non uidetur agitari: cùm incrementa membrorum, aut si iam crescendi ætas & tempus* ceſsit: cùm saltus cordis cessationis impatiens: cùm cibi ordinata digeries naturali dispensatione inter uenas, & uiscera succum ministrans: cùm ipsa collectio fluentorum perpetuum corporis testetur agitatum? Et anima igitur æterno, & suo motu, sed & corpus, quandiu ab initio & causa motus animatur, semper mouetur. Hinc eidem fomes quintæ ortus est quæstionis. Si anima, inquit, alijs causa est motus, ipsa sibi causa motus esse nō poterit: quia nihil est quod eiusdē rei & sibi & alijs causa sit. Ego uerò licet facilè posſim probare, plurima esse, quæ eiusdē rei & sibi, & alijs causa sint, ne tamē studio uidear omnibus, quæ asserit, obuiare, hoc uerum esse concedam, quod & pro uero habitum, ad asserendum motū animæ non nocebit.

*essentia calor est,

*excesſit

Obiectio quinta repetitur, ut diluatur.

bit. Etenim animam initium motus, & causam uocamus. De causa pòst uidebimus. Interim constat, omne initiũ inesse rei, cuius est initium: & ideo quicquid in quamcũque rem ab initio suo proficiscitur, hoc in ipso initio reperitur. Sic initium caloris nõ potest nõ calere. Ignem ipsum, de quo calor in alia trãsit, quis neget calidum? Sed ignis, inquit, non se ipse calefãcit, quia natura totus est calidus. Teneo quod uolebam, nam nec anima ita se mouet, ut sit inter motum mouentemq; discretio: sed tota ita suo motu mouetur, ut nihil possis separare quod moueat. Hæc de initio dicta sufficient. De causa uerò, quoniam spõtaneæ conniuentia concessimus, ne quid eiusdem rei & sibi, & alijs causa sit, libenter acquiescimus: ne anima, quæ alijs causa motus est, ac sibi causa motus esse uideatur. His enim causa motus est, quæ non mouerentur, nisi ipsa præstaret: illa uerò ut moueatur, non sibi ipsa largitur, sed essentiæ suæ est, quod mouetur. Ex hoc quæstio, quæ sequitur, absoluta est. Tunc enim fortè cõcedam, ut ad motus exercitium instrumenta quærantur: quando aliud est quod mouet, aliud quod mouetur. In anima uerò hoc nec scurrilis iocus sine damno uerecundiæ audebit expetere, cuius motus est in essentia: cùm ignis, licet ex causa intra se latente moueatur, nullis tamen instrumentis ad superna conscendat. Multoq; minus hæc in anima quærenda sunt, cuius motus essentia sua est. In his etiam quæ sequuntur, uir tantus & aliâs ultra cæteros serius, similis cauillanti est. Si mouetur, inquit, anima, inter cæteros motus etiam de loco in locum mouetur. Ergo modo, ait, corpus egreditur, modo rursus ingreditur, & in hoc exercitio sæpe uersatur, quod fieri non uidemus. Non igitur anima mouetur. Contra hoc nullus est, qui non sine hæsitatione respondeat, nõ omnia quæ

Soluitur sexta argumentatio Aristot.

Refellitur obiectio septima.

mouen

mouentur, etiam de loco in locum moueri. Aptius deniq; in eum similis interrogatio retorquenda est. Moueri arbores dicis? quod cum (ut opinor) annuerit, pari dicacitate ferietur. Si mouentur arbores, sine dubio (ut tu dicere soles) inter alios motus etiam de loco in locum mouentur. Hoc autem uidemus per seipsas facere non posse. Igitur arbores non mouentur. Sed ut hunc syllogismum additamento serium facere possimus, posi quam dixerimus, ergo arbores non mouentur, adijciemus: sed mouentur arbores, non igitur omnia quæ mouentur, etiam de loco in locum mouentur. & ita finis in exitum sanæ cõclusionis cuadet. Si ergo arbores fatebimur moueri quidem, sed apto sibi motu: cur hoc animæ negemus, ut motu essentiæ suæ conueniente moueatur? Hæc & alia ualidè dicerentur, etiam si hoc motus genere moueri anima non posset. Cùm uerò & corpus animet accessu, & à corpore certa constituti temporis lege discedat, quis eam neget etiam in locum, ut ita dicam, moueri? Quòd autem non sæpe sub uno tempore accessum uariat & recessum, facit hoc dispositio arcana & consulta naturæ: quæ ad animalis uitam certis uinculis continendam, tantũ animæ iniecit corporis amorem, ut amet ultro *quòd iuncta est: raroq; contingat, ne finita quoque lege temporis sui mœrens, & inuita discedat. Hac quoque obiectione, ut arbitror, dissoluta, ad eas interrogationes, quibus nos uidetur urgere, ueniamus. Si mouet, inquit, se anima, aliquo motus genere se mouet. Dicendum ne est igitur, animam se in locum mouere? ergo ille locus aut orbis, aut linea est? An se pariendo, seu consumendo mouetur? Se ne auget, aut minuit? Aut proferatur in medium, ait, aliud motus genus, quo eam dicamus moueri. Sed omnis hæc interrogationum molesta congeries,

*cui deuincta

Octauæ obiectionis dilutio.

ex una

ex una eadeḿque defluit malè conceptæ definitionis astutia. Nam quia semel sibi proposuit, omne quod mouetur, ab alio moueri: omnia hæc motuum genera in anima quærit, in quibus aliud est quod mouet, aliud quod mouetur: cùm nihil horum cadere in animam possit, in qua nulla discretio est mouentis & moti. Quis est igitur, dicet aliquis, aut unde intelligitur animæ motus, si horum nullus est? Sciet hoc quisquis nosse desiderat, uel Platone dicente, uel Tullio: Quinetiam cæteris quæ mouentur, hic fons, hoc principium est mouendi. Quanta sit autem uocabuli huius expressio, quo anima fons motus uocatur: facilè reperies, si rei inuisibilis motum sine autore, atque ideo sine initio, ac sine fine prodeuntem, & cætera mouentem, mente concipias: cui nihil simulius de uisibilibus, quàm fons potuerit reperiri: qui ita principium est aquæ, ut cum de se fluuios & lacus procreet, à nullo nasci ipse dicatur. Nam si ab alio nasceretur, non esset ipse principium. Et sicut fons non facilè semper deprehenditur, ab ipso tamen qui funduntur, aut Nilus est, aut Eridanus, aut Ister, aut Tanais. Et ut illorum rapiditatem uidendo admirans: & intra te tantarum aquarum originem requirens, cogitatione recurris ad fontem: & hunc omnem motum intelligis de primo scaturiginis manare principio: ita cùm corporum motum, seu diuina, seu terrena sint, considerando, quærere fortè autorem uelis, mens tua ad animā quasi ad fontem recurrat: cuius motum, etiam sine corporis ministerio, testātur cogitationes, gaudia, spes, timores. Nam motus eius est boni malíq; discretio: uirtutum amor, cupido uitiorum: ex quibus effluunt omnes inde nascentium rerum meatus. Motus enim eius est, quicquid irascimur, & in feruorem mutuæ collisionis armamur: unde

Quibus animæ motibus agitetur.

pau

paulatim procedens rabies fluctuat præliorum. Motus eius est, quod in desideria rapimur, quod cupiditatibus alligamur. Sed hi motus, si ratione gubernentur, proueniunt salutares: si destituantur, in præceps & rapiuntur, & rapiunt. Didicisti motus animæ, quos modò sine ministerio corporis, modò per corpus exercet. Si uerò ipsius mundanæ animæ motus requires, cœlestem uolubilitatẽ, & sphærarum subiacentium rapidos impetus intuêre, ortum occasumue Solis, cursus siderum uel recursus, quæ omnia anima mouente proueniunt. Immobilem uerò eam dicere, quæ mouet omnia, Aristoteli non conuenit: qui quantus in alijs sit, probatum est: sed illi tantum, quem uis naturæ, quem ratio manifesta non moueat.

Scipionem ab auo suo Africano, tam ad otiosas quàm negotiosas uirtutes incitatum fuisse. Tum de tribus philosophię partibus, quarũ nullam Cicero intactam præterierit. CAPVT XVII.

EDocto igitur, atque asserto animæ motu, Africanus qualiter exercitio eius utendũ sit, in hæc uerba mandat, & præcipit: Hanc tu exerce optimis in rebus. Sunt autem optimæ curæ de salute patriæ: quibus agitatus & exercitatus animus, uelocius in hanc sedem, & domum suam peruolabit. Idq; ocyus faciet, si iam tum cùm erit inclusus in corpore, eminebit foras, & ea quæ extra erunt cõtemplans, quàm maximè se à corpore abstrahet. Nanq; eorũ animi, qui se corporis uoluptatibus dediderũt, earũq; se quasi ministros præbuere, impulsuq; libidinũ uoluptatibus obedientiũ, Deorũ & hominũ iura uiolauere, corporibus elapsi, circũ terrã ipsam uolutãtur, nec hunc in locũ nisi multis agitati seculis reuertuntur.

In su

In superiore huius operis parte diximus alias otiosas, alias negotiosas, esse uirtutes: & illas philosophis, has rerump. rectoribus conuenire: utrasq; tamen exercentem facere beatum. Hæ uirtutes interdum diuiduntur, nonnunquam uerò miscentur: cùm utrarumq; capax & natura, & institutione animus inuenitur. Nam si quis ab omni quidem doctrina habeatur alienus in repub. tamen & prudens, & temperatus, & fortis, & iustus sit: hic à feriatis remotus, eminet tamen actualium uigore uirtutum, quibus nihilominus cœlum cedit in præmium. Si quis uerò insita quiete naturæ, non sit aptus ad agendum, sed solùm optima conscientiæ dote *erectus ad supera, doctrinæ supellectilem ad exercitium diuinæ disputationis expendat, sectator cœlestium, deuius caducorum, is quoq; ad cœli uerticem otiosis uirtutibus subuehetur. Sæpe tamen euenit, ut idem pectus & agendi, & disputandi perfectione sublime sit: & cœlum utroq; adipiscatur exercitio uirtutum. Romulus nobis in primo genere ponatur: cuius uita uirtutes nunquàm deseruit, semper exercuit. In secũdo Pythagoras, qui agendi nescius, fuit artifex differendi: & solas doctrinæ, & conscientiæ uirtutes secutus est. Sint in tertio ac misto genere apud Græcos Lycurgus, & Solon: inter Romanos Numa, Catones ambo, multiq; alij, qui & philosophiam hauserunt altius, & firmamentũ reipu. præstiterunt. Soli enim sapientiæ otio deditos, ut abunde Græcia tulit, ita Roma non nesciuit. Quoniam igitur Africanus noster, quem modò auus præceptor instituit, ex illo genere est, quod & de doctrina uiuendi regulam mutuatur, & statum publicum uirtutibus fulcit: ideo ei perfectionis geminæ præcepta mandantur, sed ut in castris locato, & sudanti sub armis, primum uirtutes politicæ suggeruntur his uerbis: Sunt

De duplici genere uirtutum.

*ereptus

autem

autem optimæ curæ de salute patriæ, quibus agitatus & exercitatus animus, uelocius in hanc sedem, & domũ suam prouolabit. Deinde, quasi non minus docto, quàm forti uiro philosophis apta subduntur, cùm dicitur: Idq; ocyus faciet, si iam tunc cùm erit inclusus in corpore, eminebit foras: & ea quæ extra erunt, contemplans, quammaximè se à corpore abstrahet. Hæc enim illius sunt præcepta doctrinæ, quæ illam dicit mortem philosophantibus appetendam. Ex qua fit, ut adhuc in corpore positi, corpus ut alienam sarcinã (inquantum patitur natura) despiciant. Et facilè nunc atq; oportune uirtutes suadet: post quam quanta, & quam diuina præmia uirtutibus debeantur, edixit. Sed quia inter leges quoque illa imperfecta dicitur, in qua nulla deuiantibus pœna sancitur: ideo in conclusione operis pœnam sancit extra hæc præcepta uiuentibus. Quem locum Hermagoras ille Platonicus copiosius executus est, secula infinita dinumerans, quibus nocentum animæ in eadem pœnas sæpe reuolutæ, serò de Tartaris emergere permittuntur, & ad naturæ suæ principia, quod est cœlum, tandem impetrata purgatione remeare. Necesse est enim omnem animam ad originis suæ sedem reuerti. Sed quæ corpus tanquam peregrinæ incolunt, citò post corpus uelut ad patriam reuertuntur. Quæ uerò corporum illecebris ut suis sedibus inhærent: quantò ab illis uiolentius separantur, tantò ad supera serius reuertuntur. Sed iam finem somnio cohibita disputatione faciamus, hoc adiecto, quod cõclusionem decebit: quia cum sint totius philosophiæ tres partes, moralis, naturalis, & rationalis: & sit moralis quæ docet morum elimatam perfectionem: naturalis, quæ de diuinis corporibus disputat: rationalis, cùm de incorporeis sermo est,

quæ

quæ mens sola complectitur: nullam'de tribus, Tullius in hoc somnio prætermisit. Nã illa ad uirtutes, amoremq; patriæ, & ad contemptum gloriæ adhortatio, quid aliud continet, nisi ethicæ philosophiæ instituta moralia? Cùm uerò uel de sphærarum modo, uel de nouitate, siue magnitudine siderum, deq; principatu solis, & circis cœlestibus, cingulisq; terrestribus, & Oceani situ loquitur, & harmoniæ superûm pandit arcanum: physicæ secreta cõmemorat. At cùm de motu, & immortalitate animæ disputat, cui nihil constat inesse corporeum: cuiusque essentiam, nullius sensus, sed sola ratio deprehendit: illhic ad altitudinem philosophiæ rationalis ascendit. Verè igitur pronuntiandũ est, nihil hoc opere perfectius quo uniuersa philosophiæ continetur integritas.

EXPOSITIONIS IN SOMNIVM SCIPIONIS FINIS.

MACROBII

*AVRELII THEODOSII uiri consularis & illustris, conuiuiorum primi diei Saturnaliorum Liber primus, ad Eustathium filium.

*Ambrosij



VLTAS, uariasq; res in hac uita nobis, Eustathi fili, natura conciliauit: sed nulla nos magis, quàm eorum, qui è nobis essent procreati, charitate deuinxit: eamq; nostram in his educandis atq; erudiendis curam esse uoluit, ut parentes, neque si id quod cuperent ex sententia cederet, tantum ulla alia ex re uoluptatis: neq;, si contrà eueniret, tantum mœroris capere possint. Hinc est, quòd mihi quoque institutione tua nihil antiquius æstimatur. Ad cuius perfectionẽ, compendia longis anfractibus anteponenda ducens, moræq; omnis impatiens, non opperior, ut per hæc sola te promoueas, quibus ediscẽdis gnauiter ipse inuigilas: sed ago, ut ego *quoq; tibi legerim, & quicquid mihi uel te iã in lucem edito, uel antequàm nascereris, in diuersis seu Græcæ seu Romanæ linguæ uoluminibus elaborauũ est, id totum sit tibi scientiæ supellex: & quasi de quodam literarum penu, si quando usus uenerit, aut historiæ quæ in librorũ strue latens clam uulgo est, aut dicti factiue memorabilis reminiscendi, facile id tibi inuẽtu atq; depromptu sit. Nec indigestè, tanquam in aceruum, congesimus digna memoratu: sed uariarũ rerum disparilitas ab autoribus

*quicquid legerim

ribus diuersis confusa temporibus, ita in quoddam digesta corpus est: ut quæ indistincte, atq; primùm ad memoriæ subsidium annotaueramus, in ordinem instar membrorum cohærentia cõuenirent. Nec mihi uitio uertas, si res quas ex lectione uaria mutuabor, ipse sæpe uerbis quibus ab ipsis autoribus enarratæ sunt, explicabo: quia præsens opus nõ eloquentiæ ostentationẽ, sed noscendorũ congeriem pollicetur. Et boni consulas oportet, si notitiã uetustatis, modo nostris non obscurè, modo ipsis antiquorum fideliter uerbis recognoscas, prout quæq; se uel enarranda, uel transferẽda suggesserint. Apes enim quodammodo debemus imitari quæ uagantur, & flores carpunt: deinde quicquid attulere, disponunt, ac per fauos diuidunt, & succum uariũ in unum saporem mistura quadam & proprietate spiritus sui mutant. Nos quoq; quicquid diuersa lectione quæsiuimus, cõmittemus stylo: ut in ordinẽ, eodẽ digerẽte, coalescat. Nã & in animo melius distincta seruantur: & ipsa distinctio non sine quodam fermento, quo cõditur uniuersitas, in unius saporis usum uaria libamẽta confundit: ut etiam si quid apparuerit unde sumptum sit, aliud tamen esse, quàm unde sumptũ noscetur, appareat. Quod in corpore nostro uidemus, sine ulla opera nostra, facere naturã. Alimẽta quæ accipimus, quãdiu in sua qualitate perseuerãt, & solida innatãt, malè stomacho oneri sunt. At cùm ex eo quod erãt mutata sunt, tum demum in uires & sanguinẽ transeunt. Idem in his quibus aluntur ingenia præstemus: ut quæcunq; hausimus, non patiamur integra esse, ne aliena sint, sed in quandã digeriem concoquantur: alioquin in memoriam ire possunt, non in ingenium. Ex omnibus colligamus, unde unum fiat ex omnibus: sicut unus numerus fit, ex singulis. Hoc faciat no-

† (ſter animus: omnia quibus eſt adiutus abſcondat: ipſum tamen oſtendat, quod effecit. Vt qui odora pigmenta conficiunt, ante omnia curant, ut nullius ſint odoris propria quæ condiuntur: confuſuri uidelicet omnium ſuccos odoraminum, in ſpiramentum unum. Vides quàm multorum uocibus chorus conſtet? una tamen ex omnibus redditur. Aliqua eſt illhic acuta, aliqua grauis, aliqua media: accedũt uiris fœminæ: interponitur fiſtula: ita ſingulorũ illhic latent uoces, omnium apparent, & fit concentus ex diſſonis. Tale hoc præſens opus uolo. Multæ in illo artes, multa præcepta ſunt, multarum ætatum exempla: ſed in unum conſpirata. In quibus ſi neque ea, quæ iam tibi cognita ſunt, aſperneris: nec quæ ignota ſunt, uites: inuenies plurima, quæ ſint aut uoluptati legere, aut cultui legiſſe, aut uſui meminiſſe. Nihil enim huic operi inſertum puto, aut cognitu inutile, aut difficile perceptu: ſed omnia, quibus ſit ingenium tuũ uegetius, memoria adminiculatior, oratio ſolertior, ſermo incorruptior: niſi ſicubi nos, ſub alio ortos cœlo, Latinæ linguæ uena non adiuuet. Quod ab hiſce (ſi tamen quibuſdam fortè, nonnunquam tempus uoluntaſq; erit iſta cognoſcere) petitum impetratumq; uolumus: ut æqui boniq; conſulant, ſi in noſtro ſermone natiua Romani oris elegantia deſideretur. Sed næ ego incautus ſum, qui uenuſtatem reprehenſionis incurram à M. quondam Catone profectæ in A. Albinum, qui cum

Gell. lib. 11. cap. 8. L. Lucullo conſul fuit. Is Albinus res Romanas oratione Græca ſcriptitauit. In eius hiſtoriæ primo ſcriptum eſt ad hanc ſententiam: Neminem ſuccenſere ſibi conuenire, ſi quid in illis libris parum compoſitè, aut minus eleganter ſcriptum foret. Nam ſum, inquit, homo Romanus, natus in Latio: unde & eloquiũ Græcum à nobis alieniſſimum eſt.

est. Ideoq; ueniã, gratiamq; malæ existimationis, si quid esset erratum, postulauit. Ea cũ legisset M. Cato: Næ tu, inquit, Aule ninuum nugator es: cum maluisti culpam deprecari, quàm culpa uacare. Nam petere ueniã solemus, aut cùm imprudentes errauimus, aut cum noxam imperio compellentis admisimus. Te, inquit, oro, quis perpulit, ut id cõmitteres, quod priusquàm faceres, peteres uti ignosceretur? Nunc argumentum, quod huic operi dedimus, uelut sub quodam prologi habitu dicemus.

Argumentum operis totius. CAP. I.

SAturnalibus apud Vectium Prætextatum nobilitatis Romanæ proceres, doctiq; alij cõgregantur: & tempus solenniter feriatum deputant colloquio liberali: conuiuia quoq; sibi mutua comitate præbentes: nec discedentes à se, nisi ad nocturnam quietem. Nam per omne spatium feriarum, meliorem diei partem serijs disputationibus occupantes, cœnæ tempore cõuiuiales sermones agitant: ita ut nullum diei tempus, doctè aliquid uel lepidè proferendi uacuum relinquatur. Sed erit in mensa sermo iucundior, ut habeat uoluptatis amplius, seueritatis minus. Nam cùm apud alios, quibus sunt descripta conuiuia, tum in illo Platonis symposio, nõ austeriore aliqua de re conuiuarum sermo, sed cupidinis uaria & lepida descriptio est. In quo quidem Socrates, non arctioribus (ut assolet) nodis urget, atq; implicat aduersarium: sed eludendi magis, quàm decertandi modo, apprehensis dat elabẽdi propè atq; effugiendi locum. Oportet enim uersari in conuiuio sermones, ut castitate integros, ita appetibiles uenustate. Matutina erit robustior disputatio, quæ uiros & doctos, & præclarissimos deceat. Neque enim Cottæ, Lælij, & Scipiones, amplissimis de rebus, quoad Romanæ

literæ erunt, in ueterũ libris disputabunt: Prætextatos uero, Flauianos, Albinos, Symmachos, & Eustathios, quorum splendor similis, & nõ inferior uirtus est, eodem modo loqui aliquid licitum non erit? Nec mihi fraudi sit, si uni aut alteri ex his, quos cœtu coëgit matura ætas, posteriori seculo prætextati sint: quod licito fieri Platonis dialogi testimonio sunt. Quippe Socrate ita Parmenides antiquior, ut huius pueritia uix illius apprehenderit senectutem: & tamẽ inter illos de rebus arduis disputatur. Inclytum dialogum Socrates habita cum Timæo disputatione consumit, quos constat eodem seculo non fuisse. Paralus uero & Xantippus, quibus Pericles pater fuit, cum Protagora apud Platonem disserunt, secundo aduentu Athenis morãte, quos multo antè infamis illa pestilentia Athenis absumpserat. Annos ergo coëuntium mitti in digitos (exẽplo Platonis nobis suffragante) non conuenit. Quò autem facilius quæ ab omnibus dicta sunt, apparere ac secerni possent: Decium de Posthumiano, quinam ille sermo, aut inter quos fuisset, sciscitantem fecimus. Et ne diutius lectoris desideria moremur, iam Decij & Posthumiani sermo palàm faciet, quæ huius colloquij uel origo fuerit, uel ordo processerit.

Quæ cõuiualis huius sermonis origo, & quis ordo fuerit. CAP. II.

DECIVS.

TEntanti mihi Posthumiane aditus tuos, & mollissima consultandi tempora, cum *modo adsunt feriæ, quas indulget magna pars mensis Iano dicati: Cæteris enim ferme diebus, qui causis opportuni perorandis sunt, hora omnino reperiri nulla potest, quin tuorum cliẽtium negotia uel defendas in foro, uel domi discas. Nunc autem

*Legendũ certè est, cõmodò: id est, opportunè.

(scio

(scio te enim non ludò sed seriò feriari) si est commodum respondere id quod rogatum uenio, tibi ipsi (quantũ arbitror) non iniucundum, mihi uerò gratissimum feceris. Requiro autem abs te id primum, interfueris'ne conuiuio per plusculos dies cõtinua comitate renouato: eiq; sermoni, quem prædicare in primis, quemq; apud omnes maximis ornare laudibus diceris? quem quidem ego ex patre audissem, nisi post illa conuiuia Roma profectus Neapoli moraretur. Alijs uerò nuper interfui admirantibus memoriæ tuæ uires, uniuersa quæ tunc dicta sunt per ordinem sæpe referentis. POSTH. Hoc unum Deci nobis (ut & ipse, quantum tua sinit adolescentia, uidere, & ex patre Albino audire potuisti) in omni uitæ cursu optimum uisum est: ut quantum cessare à causarũ defensione licuisset, *tantum ad eruditorum hominum tuiq; simulium cõgres- *totum sum aliquem sermonemq; conferrem. Neque enim rectè " instítutus animus requiescere aut utilius, aut honestius us- " quam potest, quàm in aliqua opportunitate doctè ac libe " raliter colloquendi, interrogãdiq; & respõdendi comita- " te. Sed quodnã istud cõuiuium? An uerò dubitandum est, " quin id dicas, quod doctissimis procerum, cæterisq; nuper apud Vectium Prætextatum fuit, & discurrens pòst inter reliquos grata uicissitudo uariauit? DEC. De hoc ipso quæsitũ uenio: & explices uelim, quale illud conuiuium fuerit: à quo te abfuisse, propter singularẽ omnium in te amicitiã, non opinor. POSTH. Voluissem equidem, neq; id illis (ut existimo) ingratum fuisset. Sed cum essent amicorum complures mihi causæ illis diebus pernoscendæ, ad cœnã tum rogatus, meditandi, non edendi illud mihi tempus esse respondi: hortatusque sum, ut alium potius nullo inuolutum negotio, atq; cura liberum quærerent. Itaq;

factum est. Nam iucundum, & eruditũ uirum Eusebium, rhetorem inter Græcos præstantem omnibus, id est, nostra ætate professis, doctrinæ Latialis haud insciũ, Prætextatus meũ in locũ inuitari imperauit. DEC. Vnde igitur illa tibi nota sunt, quæ tam iucundè & comiter ad instituendam uitam exemplis (ut audio) rerũ copiosissimis, et uariæ doctrinæ ubertate prolata, digesta sunt? POSTH. Cùm solstitialis dies, qui Saturnaliorum festa, quibus illa conuiuia celebrata sunt, cõsecutus est, forensi cura uacuus, lætiore animo essem domi: eò Eusebius cum paucis è sectatoribus suis uenit: statimq; uultu renidens, Permagna me, inquit, abs te Posthumiane cùm ex alijs, tum hoc maximè gratia fateor obstrictum: quòd à Prætextato ueniam postulando, mihi in cœna uacuefecisti locum. Itaq; intelligo, non studium tantùm tuum, sed ipsam quoq;, ut aliquid abs te mihi fiat cõmodi, consentire atq; aspirare fortunã. Vis'ne, inquam, restituere id nobis, quod debitum tam benignè, ac tam libẽter fateris: nostrumq; hoc otiũ, quo perfrui rarò admodum licet, eò ducere, ut his quibus interfueris nũc tu, nũc nos intereſſe uideamur? Faciã, inqt, ut uis. Narrabo autem tibi, nõ cibum aut potũ: tametsi ea quoq; ubertim, casteq; affuerunt: sed ea, quæ uel in cõuiuijs, uel maximè extra mensam, ab ijsdem per tot dies dicta sunt, inquantum potero, animo repetam. Quæ quidẽ ego cùm audirem, ad eorũ mihi uitam qui beati à sapientibus dicerentur, accedere uidebar. Nã & quæ pridie quàm adessem inter eos dicta sunt, Auieno mihi insinuante cõperta sunt: & omnia scripto mandaui: ne quid subtraheret obliuio. Quæ si ex me audire gestis: caue existimes diẽ unam referẽdis, quæ p tot dies sunt dicta, sufficere. DEC. Quẽnã igitur, et inter quos, aut unde ortũ sermonẽ Posthumia

ne fuiſ



ne fuisse dicebat? Ita prǽstò sum indefessus auditor. Tum ille, Declinante, inquit, in uesperum die, quem Saturnale festum erat insecuturũ, cùm Vectius Prætextatus domi cõ uenire se gestientibus copiam faceret, eò uenerũt Aurelius Symmachus, & Cecinna Albinus, cùm ætate, tum etiã moribus ac studijs inter se coniunctißimi. Hos Seruius, inter « Grammaticos, doctorem recens professus, iuxta doctrinam « mirabilis & amabilis, uerecundè terram intuẽs, & uelut « latẽti similis, sequebatur. Quos cũ prospexisset, obuiamq; « processisset, ac perblandè salutauisset, cõuersus ad Furium Albinum, qui tum fortè cum Auieno aderat, Vis ne, ait, mi Albine cũ his, quos aduenisse peropportune uides, quosq; iure ciuitatis nostræ lumina dixerimus, eam rẽ de qua inter nos nasci cœperat sermo, cõmunicemus? Quid ni? maximè uelim, Albinus inqt. Nec enim ulla alia de re, quàm de doctis quæstionibus colloqui, aut nobis aut his potest esse iucũdius. Cumq; cõsedissent, tum Cecinna: Quidnã id sit, mi Prætextate, tametsi adhuc nescio: dubitare tamen nõ debeo, esse scitu optimum: cum & uobis ad colloquendum causam attulerit, & nos eius expertes esse nõ sinatis. Atqui scias, inquit, oportet, eum inter nos sermonem fuisse: ut cùm dies crastinus festis Saturno dicatis initium dabit, quando Saturnalia incipere dicamus: id est, quando crastinum diem initiũ sumere existimemus. Et inter nos quidem parua quædam de hac disputatione libauimus: uerùm quia te, quicquid in libris latet, inuestigare notius est, quàm ut per uerecundiam negare possis, pergas (uolo) in mediũ proferre, quicquid de hoc quod quærimus, edoctum tibi comprehensumq; est.

Seruius.

De principio ac diuisione ciuilis diei.

CAPVT. III.

TVm Cecinna: Cùm uobis, qui me in hunc sermonem adducitis, nihil ex omnibus quæ ueteribus elaborata sunt, aut ignoratio neget, aut obliuio subtrahat, superfluũ uideo, inter scientes nota proferre. Sed ne quis me existimet, dignatione consultationis grauari: quicquid de hoc mihi tenuis memoria suggesserit, paucis reuoluã. Post hæc, cùm omnes paratos ad audiendũ erectosq; uidisset, ita exorsus est: M. Varro in Rerũ humanarũ libro, quẽ de die-

Ex Gellio li. 3. capit. 2. de diei initio.

bus scripsit: Homines, inquit, qui ex media nocte ad proximã mediã noctẽ his horis uigintiquatuor nati sunt, uno die nati dicuntur. Quibus uerbis ita uidetur dierum obseruationem diuisisse, ut qui post solis occasum ante mediã noctem natus sit, illo quẽ nox cõsecuta est: cõtrà uerò qui in sex noctis horis posterioribus nascitur, eo die uideatur

Athenienses.

natus, qui post eam noctẽ diluxerit. Atheniẽses autẽ aliter obseruare, idem Varro in eodẽ libro scripsit: eosq; à solis occasu, ad solẽ iterum occidẽtem, omne id mediũ tempus,

Babylonij.

unum diem esse dicere. Babylonios porrò aliter: A' sole enim exorto, ad exortũ eiusdẽ incipientẽ, id spatiũ unius

Vmbri.

diei nomine uocare. Vmbros uerò unũ & eundẽ diem esse dicere, à meridie ad insequentẽ meridiẽ. Quod quidẽ, inquit Varro, nimis absurdũ est. Nã qui Calẽdis hora sexta apud Vmbros natus est, dies eius natalis uideri debebit, & Calendarũ dimidiatus, & qui post Calendas erit, usq;

Romani.

ad horã eius diei sextam. Populum autem Romanũ, ita uti Varro dixit, dies singulos annumerare à media nocte ad mediã proximã, multis argumẽtis ostẽditur. Sacra sunt enim Romana, partim diurna, partim nocturna. Et eis quæ diurna sunt, ab hora sexta noctis præcedẽtis, sequẽtis uerò nocturnis sacris tẽpus impẽditur. Ad hoc, ritus quoq; & mos auspicãdi, eandem esse obseruationẽ docet. Nam magistratus

gistratus, quãdo uno die eis & auspicandũ est, & id agẽdum, super quo processit auspiciũ: post mediam noctẽ auspicantur, & post exortũ solé agunt: auspicatiq; & egisse eadẽ die dicuntur. Præterea Tribuni plebis, quos nullũ diem integrum abesse Roma licet, cùm post mediã noctẽ proficiscuntur, & post primam facem ante mediã noctem sequentem reuertuntur: non uidentur abfuisse diem: quoniam ante horam noctis sextam regressi, partẽ aliquam illius in urbe cõsumunt. Quintum quoq; Mutium Iurisconsultum dicere solitũ legi: nõ esse usurpatam mulierem, quæ cum Calendis Ianuarijs apud uirũ matrimonij causa esse cœpisset, ad diem quartum Calendas Ianuarias sequentes *usurpata esset. Non enim posset impleri trinoctium, quo abesse à uiro usurpãdi causa ex duodecim tabulis deberet: quoniam tertiæ noctis posteriores sex horæ, alterius anni essent, qui inciperet ex Calẽdis. Vergilius quoq; id ipsum ostendit: ut hominem decuit pŏticas res agentem, reconditas, atque operta ueteris ritus significatione: * usurpatum iſſet, antiq.

Torquet, inquit, medios nox humida cursus, Aeneid. 5.
Et me sæuus equis Oriens afflauit anhelis.

His enim uerbis diem, quem Ro. ciuilem appellauere, à sexta noctis hora oriri admonet. Idem poëta quando nox quoq; incipiat, expressit in sexto. Cùm enim dixisset:

Hac uice sermonum roscis Aurora quadrigis Aeneid. 6.
In medium æthereo cursu traiecerat axem.
Mox suggessit uates:
Nox ruit, Aenea: nos fiendo ducimus horas.

Sed ita obseruantissimus ciuilium definitionum diei & noctis initia descripsit. Qui dies ita diuiditur: Primum tempus diei dicitur mediæ noctis inclinatio. deinde gallicinium. inde conticinium, cùm & galli conticescunt, & homines

» mines etiam tum quieſcunt. deinde diluculum, id eſt, cùm
» incipit dignoſci dies. inde manè, dum dies clarus: manè
» autem dictum, aut quòd ab inferioribus locis, id eſt, à ma-
» nibus, exordium lucis emergat, aut (quod uerius mihi ui-
» detur) ab omine boni nominis: nam & Lanuuini manè
» pro bono dicunt, ſicut apud nos quoque contrarium eſt
» immane: ut, immanis belua, uel immane facinus, & hoc ge
» nus cætera, pro non bono. deinde à manè ad meridiem,
» hoc eſt, ad medium diem. inde iam ſuprà uocatur tempus
» occiduum. & mox ſuprema tempeſtas, hoc eſt, diei nouiſ-
ſimum tempus: ſicut expreſſum eſt in duodecim tabulis,
» Solis occaſus ſuprema tẽpeſtas eſto. deinde ueſpera, quod
à Græcis tractum eſt: illi enim ἑσπέραν à ſtella Heſpero di-
cunt, unde & Heſperia Italia, quòd Occaſui ſubiecta ſit,
» nominatur. ab hoc tempore prima fax dicitur. deinde con
» cubia. & inde intempeſta, quæ non habet idoneum tem-
pus rebus gerendis. Hæc eſt diei ciuilis à Romanis obſer-
uata diuiſio. Ergo noctu futura, cùm media eſſe cœperit,
auſpicium Saturnaliorum erit, quibus diecraſtini mos in-
choandi eſt.

Latinè dici Saturnaliorum, noctu futura, & diecraſtini.

CAPVT IIII.

HIc cùm omnes, quaſi uetuſtatis promptuarium, Al-
bini memoriam laudauiſſent: Prætextatus Auienum
uidens Furio inſuſurrantem: Quidnam hoc, mi Auiene,
inquit, quod uni Albino indicatum, clam cæteris eſſe ue-
lis? Tum ille: Moueor quidem autoritate Cecinnæ: nec
ignoro, errorem in tantam non cadere doctrinam. Aures
tamen meas iſta uerborũ nouitas perculit, cùm Noctu fu-
tura, & Diecraſtini, magis quàm Futura nocte, & Die
craſtino dicere (ut regulis placet) maluit. Nã Noctu nõ

appel

appellatio, sed aduerbium est. Porrò Futura, quod nomen est, non potest cum aduerbio conuenire. Nec dubium est, hoc inter se esse Noctu & Nocte, quod Diu & Die. Et rursus: Die & crastini, non eodem casu sunt, & nisi casus idem, nomina in eiusmodi elocutione non iungit. Saturnaliorum deinde cur malimus, quàm Saturnalium dicere, opto dignoscere. Appellatio, pro nomine.

Ad hæc cum Cecinna renidēs taceret, & Seruius à Symmacho rogatus esset, quidnā de his existimaret, Licet, inquit, in hoc cœtu, nō minus doctrina, quàm nobilitate reuerendo, magis mihi discendum sit, quàm docendum: fabulabor tamē arbitrio iubentis, & insinuabo primum de Saturnalibus, pòst de cæteris, unde sit sic eloquendi non nouitas, sed uetustas. Qui Saturnalium dicit, regula innititur. Nomina enim, quæ datiuum pluralem in bus mittunt, nunquam genitiuum eiusdem numeri syllaba creuisse patiuntur: sed aut totidē habet, ut Monilibus monilium, Sedilibus sedilium: aut una syllaba minus est, ut Carminibus carminum, Luminibus luminum. Sic ergo Saturnalibus rectius Saturnalium, quàm Saturnaliorum, Sed qui Saturnaliorum dicunt, autoritate magnorum muniuntur uirorū. Nam & Sallust. in III. Bacchanaliorū ait: & Masurius Fastorū I I. Vinaliorum, inquit, dies Ioui sacer est, non, ut quidam putant, Veneri. Et ut ipsos quoq; Grammaticos in testimonium citem, Verrius Flaccus in eo libello, qui Saturnus inscribitur: Saturnaliorum, inquit, dies apud Græcos quoq; *festi habentur. Et in eodem libro: Di lucidè me, inquit, de constitutione Saturnaliorū scripsisse arbitror. Itē Iulius Modestus de Ferijs: Saturnaliorū, inquit, Feriæ. Et in eodem libro: Antiâs, inquit, Agonaliorum repertorem Numam Pompilium refert. Hæc tamen, Saturnalium. Saturnaliorū. *fasti

inquies,

inquies, autoritas quæro an possit aliqua ratione defendi. Planè quatenus alienum non est, committi Grammaticum cum sua analogia, tentabo suspicionibus eruere, quid sit, quod eos solita enuntiatione detorserit: ut mallent Saturnaliorum, quàm Saturnalium dicere. Ac primùm æstimo quòd hæc nomina, quæ sunt festorũ dierum neutralia, carentq; numero singulari, diuersæ conditionis esse uoluerunt, ab his nominibus, quæ utroque numero figurantur. Cõpitalia enim, & Bacchanalia, & Agonalia, & Vinalia, & reliqua his simulia, festorum dierum nomina sunt, nec singulariter nominantur: aut si singulari numero dixeris, non idem significabis, nisi adieceris festũ: ut Bacchanale festum, & Agonale festum, & reliqua: ut iam nõ positiuum sit, sed adiectiuum, quod Græci ἐπίθετον uocant. Animati sunt ergo ad faciendã discretionem in genitiuo casu, ut ex hac declinatione exprimerent nomen solennis diei: scientes in nonnullis sæpe nominibus datiuo in bus exeunte, nihilominus genitiuum in rum finiri, ut domibus domorum, duobus duorum, ambobus amborum. Ita & uiridia, cùm ἀντὶ ἐπιθέτου accipiuntur, genitiuum in ium faciunt, ut uiridia prata, uiridium pratorũ. Cùm uerò ipsam loci uiriditatem significare uolumus, uiridiorũ dicimus: ut cum dicitur, formosa facies uiridiorũ. Tunc enim uiridia, quasi positiuum ponitur, non accidens. Tanta autẽ apud ueteres fuit licẽtia huius genitiui, ut Asinius Pollio uectigaliorum frequenter usurpet, quòd uectigal non minus dicatur, quàm uectigalia. Sed & cum legamus: Læuaq; ancile gerebat: tamen & anciliorum relatum est. Videndũ ergo, ne magis uarietas delectauerit, quàm ut ad amussim uerũ sit, festorũ dierum nomina sic uocata. Ecce enim & præter solennium dierum uocabula, alia quoq; sic declinata

Cur autores Saturnaliorum dicere maluerũt, quàm Saturnalium.

Viridia uiridium.

nata reperimus, ut præcedēs sermo patefecit: uiridiorū, & uectigaliorum, & ancilliorū. Sed & ipsa festorū nomina secundum regulā declinata apud ueteres reperio. Siquidē Varro Ferialiū diem ait à ferendis in sepulchra epulis di ci. Non dixit Ferialiorū. Et alibi Floraliū nō Floraliorū ait, cùm idem non ludos Florales illhic, sed ipsum festum Floralia significaret. Masurius etiā II. Factorū, Liberalium dies, inquit, à pontificibus Agoniū Martiale appellatur. Et in eodem libro: Eam noctē deinceps, quæ in sequentē diem, qui est Lucariū, nō dixit Lucariorū. Itemq; liberalium multi dixerūt, nō Liberaliorū. Vnde pronuntiandum est, ueteres indulsisse copiæ per uarietatē: ut dicebant exanimos & exanimes, inermes & inermos, tum hilaros, atq; hilares. Et ideo certū est,* licitò & Saturnalium & Saturnaliorum dici: cùm alterum regula, cum auctoritate: alterum etsi sola, sed multorum defendit autoritas. Reliqua autem uerba, quæ Auieno nostro noua uisa sunt, ueterum nobis sunt testimonijs asserenda. Ennius enim, nisi cui uidetur inter nostræ ætatis politiores munditia respuendus, noctu concubia dixit his uerbis: Noctu.

Qua Galli furtim noctu summa arcis adorti
Mœnia concubia, uigilesq; repentè cruentant.

Quo in loco animaduertendū est, non solùm quòd noctu cōcubia, sed etiā quòd qua noctu dixerit. Et hoc posuit in Annaliū septimo, in quorū tertio clarius quidē idē dixit:

Hac noctu filo pendebit Hetruria tota.

Claudius etiam Quadrigarius Annal. 3. Senatus autē noctu conuenire, noctu multa domum dimitti. Non esse abreputo, hoc loco id quoque admonere, quòd decemuiri in XII. tabulis inusitatissimè nox, pro noctu dixerūt. Verba hæc sunt: Si nox furtum factum sit, si im aliquis occisit, im

* licitè

iure

iure cæsus esto. In quibus uerbis id etiam notandum est, quod ab eo, quod est is, non eum, casu accusatiuo, sed im-
Ex Gellio lib. 10. cap. 24. de diecrastini. dixerunt. Sed nec diecrastini à doctissimo uiro sine ueterũ autoritate prolatum est: quibus mos erat, modò diequinti, modò diequinte, pro aduerbio copulatè dicere. Cuius indicium est, quòd syllaba secunda corripitur, quæ natura producitur, cùm solum dicitur die. Quòd autem diximus, extremam istius uocis syllabam tum per e tum per i, scribi, consuetum id ueteribus fuit, ut his literis plerunque in fine indifferẽter uterentur: sicut pristinè & pristini, procliuè procliui. Venit ecce illius uersus Pomponiani in mẽ
* Metui tem, qui est ex Atellana, quæ * Meuia inscribitur:

Dies hic sextus, cùm nihil egi: die
Quarte moriar fame.

Diepristine eodem modo dicebatur, quod significabat die pristino, id est, priore, quod nunc pridie dicitur, cõuerso compositionis ordine, quasi pristino die. Nec inficias eo, lectum apud ueteres die quarto. Sed inuenitur hoc de
* Matius antiq. transacto, non de futuro positum. Nam Cn.* Marius homo impensè doctus, in mimiambis pro eo dicit, quod nudiusquartus nos dicimus, in his uersibus:

* Antiquus codex habet certò, id est, de industria. Nuper die quarto ut recordor, & * certè
Aquarium urceum unicum domi fregit.

Hoc igitur intererit: ut die quarto quidem, de præterito dicamus: die autem quarte, de futuro. Verùm ne de diecrastini nihil retulisse uideamur, suppetit Cælianum illud ex libro Historiarum secundo. Si uis mihi equitatum dare, & ipse cum cætero exercitu me sequi, diequinti Romæ in Capitolio curabo tibi cœnam coctam. Hìc Symmachus: Cælius tuus, inquit, & historiam, & uerbum ex Originibus M. Catonis accepit,

apud

apud quẽ ita scriptũ est: Igitur dictatorẽ Carthaginiensiũ magister equitũ monuit: Mitte Romã mecũ equitatũ, die quinti in Capitolio tibi cœna cocta erit. Et Prætextatus: Existimo nonnihil ad demonstrandã cõsuetudinẽ ueterũ, etiã et Prætoris uerba cõferre, qui more maiorũ feriας cõcipere solet, quæ appellãtur Cõpitalia. Ea uerba hæc sunt: Dienoni post Calend. Ianua. Quiritibus Cõpitalia erunt.

De exautoratis, obsoletisq; uerbis. Tum rectè ac Latinè dici, mille uerborum est, &c. CAPVT V.

TVm Auienus aspiciens Seruium, Curius, inquit, & Fabritius, & Coruncanus antiquissimi uiri, uel etiam his antiquiores, Horatij illi Trigemini, planè ac dilucidè cũ suis fabulati sunt: neq; Auruncorum, aut Sicanorũ, aut Pelasgorum, qui primi coluisse in Italia dicũtur, sed ætatis suæ uerbis loquebantur. Tu autem proinde quasi cum matre Euandri nunc loquere. Vis nobis uerba multis iam seculis obliterata reuocare: ad quorum congeriem præstanteis quoque uiros, quorum memoriam continuus legendi usus instruit, incitasti. Sed antiquitatem uobis placere iactatis, quòd honesta, & sobria, & modesta sit. Viuamus ergo moribus præteritis, præsentibus uerbis loquamur. Ego enim id quod à C. Cæsare excellentis ingenij ac prudẽtiæ uiro, in primo de Analogia libro scriptum est, habeo semper in memoria, atq; in pectore, ut tanquam scopulum, sic fugiam infrequens, atq; insolens uerbum. Mille denique uerborum talium est, quæ cùm in ore priscæ autoritatis cre brò fuerint, exautorata tamen à sequenti ætate, repudiataq; sunt. Horum copiam proferre nunc possem, ni tempus iam noctis propinquãtis necessariæ discessionis nos admoneret. Bona uerba quæso, Prætextatus morali, ut assolet, grauitate subiecit, ne insolenter parentis artium antiquitatis re-

Gel. lib. 1. cap. 1.

Mille uerborũ est, ex Gel. lib. 1. cap. 16.

uerẽtiã uerberemus: cuius amorẽ tu quoq; dum diſſimulas, magis prodis. Cùm enim dicis, mille uerborũ eſt, quid aliud ſermo tuus, niſi ipſam redolet uetuſtatẽ? Nã licet M. Cicero in oratione, quam pro Milone concepit, ita ſcriptum reliquerit: Ante fundum Clodij, quo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones, facilè mille hominum uerſabatur ualentium: non uerſabãtur, quod in libris minus accuratè ſcriptis reperiri ſolet. Et in ſexta in Antonium: Quis unquam in illo Iano inuẽtus eſt, qui L. Antonio mille nummûm ferret expenſum? Licet Varro quoq; eiuſdem ſeculi homo in ſeptimodecimo Rerum humanarum dixerit: Plus mille & centum annorum eſt: tamen fiduciam ſic componendi, non niſi ex antecedentium autoritate ſumpſerunt. Nam Quadrigarius in tertio Annalium ita ſcripſit: Ibi occiditur mille hominum. Et Lucilius in III. Satyrarum:

Ad portam mille, à porta eſt ſex inde Salernum.

Alibi uerò etiam declinationẽ huius nominis executus eſt. Nam in XV. libro ita dicit:

Hunc milli paſſûm qui uicerit atque duobus,
Campanus ſonipes ſuccuſſor nullus ſequetur
Maiori ſpatio ac diuerſus uidebitur ire.

Idem in libro nono:

Tu milli nummûm potes uno quærere centum.

Concepit dixit, eò quòd Cicero ſcriptam metu perculſus integram non protulerit.

Milli paſſûm dixit, pro mille paſſibus: & milli nummûm dixit, pro mille nũmis, aperteq; oſtẽdit, mille & uocabulũ eſſe, & ſingulari numero dici, & caſum etiã capere ablatiuũ, eiuſq; pluratiuũ eſſe millia. Mille enim nõ ex eo ponitur, quod Græcè χίλια dicũtur, ſed quod χιλιάς. Et ſicut una chilias & duæ chiliades: ita unum mille, & duo millia ueteres certa atq; directa ratiõe dicebãt. Et heus tu: bis ne tam doctis uiris, quorũ M. Cicero, & Varro imitatores ſe

glorian

gloriantur, adimere uis in uerborũ comitijs ius ſuffraga-
di? & tanquam ſexagenarios maiores de ponte deijcies?
Plura de hoc diſſereremus, ni nos inuitos ab inuito diſcede
re hora cogeret. Sed uultis' ne diem ſequentẽ, quem omnes
plerique abaco & latrunculis conterunt, nos iſtis ſobrijs
fabulis à primo lucis in cœnæ tempus, ipſam quoq; cœnam
non obrutam poculis, non laſciuientẽ ferculis, ſed quæſtio
nibus doctis pudicam, & mutuis ex lectione relationibus
exigamus? Sic enim ferias præ omni negotio fœtas cõmo-
di ſenſerimus, non animum (ut dicitur) remittentes: nam re Gellius lib. 18.
mittere (inquit Muſonius) animum quaſi amittere eſt: ſed cap. 2.
demulcentes eum paulũ, atq; laxantes iucundis honeſtiſq;
ſermonum illectationibus. Quod ſi ita decernitis, dijs pena
tibus meis huc cõueniendo gratiſſimũ feceritis. Tum Sym
machus: Nullus, qui quidem ſe dignum hoc conuentu me-
minerit, ſodalitatem hanc, uel ipſum cõuentus regem repu
diabit. Sed ne quid ad perfectionem cœtus deſideretur, in-
uitandos ad eundem congreſſum conuictumq; cenſeo Fla-
uianum, qui quantò mirando uiro & uenuſto patre præ-
ſtantior, non minus morum ornatu uitæq; grauitate, quàm
copia profundæ eruditiõis aſſeruit: ſimulq; Poſthumianũ, Aſſerere
qui forum defenſionũ dignatione nobilitat: & Euſtathiũ,
qui tantus in omni philoſophiæ genere eſt, ut ſolus nobis
repræſentet trium philoſophorum ingenia, de quibus no-
ſtra antiquitas gloriata eſt. Illos dico, quos Athenienſes Gellius lib. 7.
quondam ad ſenatum legauere impetratũ uti mulctam re- cap. 14.
mitteret, quam ciuitati eorũ fecerat, propter Oropi uaſta-
tionem. Ea mulcta fuerat talentũm ferè quingẽtũm. Erant
iſti philoſophi Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus,
Critolaus Peripateticus: quos ferunt ſeorſum quenq; o-
ſtentandi gratia, per celeberrima urbis loca, magno homi-

num conuentu dissertauisse. Fuit (ut relatum est) facundia Carneades uiolẽta, & rapida: scita, et tereti Critolaus: modesta Diogenes, & sobria. Sed in senatum introducti, interprete usi sunt Cælio senatore. At hic noster cum sectas omneis assecutus, sed probabiliorem secutus sit: omniáque hæc inter Græcos genera dicendi solus impleat: inter nos tamen ita sui locuples interpres est, ut nescias, qua lingua facilius, uel ornatius expleat operam disserendi. Probauere omnes Q. Aurelij iudiciũ, quo edecumatos elegit sodales: atq; his ita constitutis, primum à Prætextato simul deinde à se discedentes, domum quisq; suam regressi sunt.

De origine, ac usu prętextæ: & quomodo hæc in usum transierit nominis: inibiq; de aliorum quorundam nominum propriorum origine. CAPVT VI.

Postero die ad ædes Vectij matutini omnes, inter quos pridie cõuenerat, affuerunt: quibus Prætextatus in bibliothecam receptis, in qua eos opperiebatur, Præclarum, inquit, diem mihi fore uideo, cùm & uos adestis, & affuturos se illi, quos ad conuentus nostri societatem rogari placuit, spoponderunt. Soli Posthumiano antiquior uisa est instruendarum cura defensionum: in cuius abnuentis locum, Eusebium Graia & doctrina, & facundia clarum rhetorem surrogaui: insinuauíque omnibus, ut exorto die, se nobis indulgerent: quandoquidem nullis hodie officijs publicis occupari fas esset. Togatus certe, uel trabeatus, paludatusue, seu prætextatus, hac die uidetur nullus. Tum Auienus, ut ei interpellandi mos erat: Cùm sacrum mihi, dit, ac Reipub. nomen Prætextate tuum inter uocabula diuersi habitus refers: admoneor non ludicræ (ut extimo) quæstionis. Cùm enim uestitus togæ, uel trabeæ, seu paludamenti, nullum de se proprij nominis usum fecerit, quæro abs

ro abs te, cur hoc de solo prætextæ habitu usurpauerit uetustas: aut huic nomini quæ origo contigerit. Inter hæc Auieni dicta, Flauianus & Eustathius, par insigne amicitiæ, ac minimo pòst Eusebius ingressi, alacriorem fecêre cœtum: acceptâque ac reddita salutatione, consederunt: percontantes, quidnam offenderint sermocinationis. Tum Vectius, Peropportune affuistis mihi, inquit, assertorem quærenti. Mouet enim mihi Auienus noster mei nominis quæstionem: & ita originem eius flagitat, tanquam fides ab eo generis exigenda sit. Nam cum nullus sit, qui appelletur suo nomine uel Togatus, uel Trabeatus, uel Paludatus: cur Prætextatus nomen habeatur, postulat in medium proferri. Sed & cùm posti inscriptum sit Delphici templi, & unius è numero septem sapientum eadem sit ista sententia, γνῶθι σεαυτὸν, quid in me scire existimandus sim: si nomen ignoro, cuius mihi nunc & origo, & causa dicēda est? Tullus* Hostilius rex Romanorum tertius, debellatis Hetruscis, scllam curulem, lictoresq; & togam pictam, atq; prætextam, quæ insignia magistratuũ Hetruscorum erant, primus, ut Romæ haberentur, instituit. Sed prætextam illo seculo puerilis non usurpabat ætas. Erat enim, ut cætera quæ enumeraui, honoris habitus. Sed postea Tarquinius Demarati exulis Corinthij filius Priscus, quem quidam Lucumonem uocitatum ferunt, rex tertius ab Hostilio, quintus à Romulo, de Sabinis egit triumphũ. Quo bello filium suum, annos quatuordecim natum, quòd hostẽ manu percusserat, & pro concione laudauit, & bulla aurea prætextaq; donauit: insigniens puerũ ultra annos fortem, præmijs uirilitatis & honoris. Nam sicut prætexta magistratuũ, ita bulla gestamen erat triumphantium: quam in triũpho præ se gerebãt, inclusis intra eam remedijs,

Assertor cuiq; tandem datur deserto.

*καὶ. Hostilius filius additum est.

Prætextæ quæ fuerit origo. & quomodo usurpari cœperit à pueris.

Aliter Liuius. De authore insignium magistratuũ, qui ad nos: tum uerum. quæ ab eo usus sit.

dijs, quæ crederent aduersus inuidiam ualentißima. Hinc deductus mos, ut prætexta & bulla in usum puerorum nobilium usurparentur: ad omen, & uota conciliandæ uirtutis: ei similis, cui primis in annis munera ista cesserunt. Alij putant eundem Priscum, cùm is statum ciuium solertia prouidi principis ordinaret, cultum quoque ingenuorum puerorum inter præcipua duxisse: instituisseq;, ut patricij bulla aurea cum toga, cui purpura prætexitur, uterentur: duntaxat illi, quorum patres curulem gesserant magistratum. Cæteris autem, ut prætexta tantum uterentur indultum: sed usq; ad eos, quorum parentes equo stipendia iusta meruissent. Libertinis uerò nullo iure uti prætextis licebat: ac multo minus peregrinis, quibus nulla esset cum Romanis necessitudo. Sed postea libertinorũ quoq; filijs prætexta concessa est: ex causa tali, quam M. Lælius augur refert: qui bello Punico secundo duumuiros dicit ex senatus consulto, propter multa prodigia, libros Sibyllinos adisse: & inspectis his nuntiasse, in Capitolio supplicandum, lectisterniũq; ex collata stipe faciẽdũ: ita ut libertinæ quoq;, quæ longa ueste uterentur, in eam rem pecuniam submini-strarent. Aucta igitur obsecratio, pueris ingenuis, itemq; libertinis: sed & uirginibus patrimis, matrimisq; pronuntiantibus carmen. Ex quo concessum, ut libertinorũ quoq; filij, qui ex iusta dũtaxat matrefamiliás nati fuissent, togã prætextã, & lorũ in collo pro bullæ decore gestarẽt. Verrius Flaccus ait: Cum populus Ro. pestilẽtia laboraret: essetq; responsum, id accidere, quòd Dij despicerẽtur, anxiã urbem fuisse, quia non intelligeretur oraculum: euenisseq;, ut Circensium die, puer de cœnaculo pompam superne despiceret, & patri referret, quo ordine secreta sacrorum in arca * pilenti composita uidisset. Qui cum rem gestam

*Antiquus codex, pilẽto imposita. erat autẽ pilentũ uehiculum pensile.

Senatui

Senatui nuntiasset: placuisse, uelari loca ea, quà pompa ue heretur: atque ita peste sedata, puerum qui ambiguitatem sortis absoluerat, togæ & prætextæ usum munus impetrauisse. Vetustatis peritissimi referunt, in raptu Sabinarum, unam mulierum nomine Hersiliam, dum adhæreret filiæ, simul raptam. Quam cum Romulus Hosto cuidã ex agro Latino, qui in asylum eius confugerat, uirtute conspicuo uxorem dedisset, natum ex ea puerum, antequam ulla alia Sabinarum partum ederet: eumq; quòd primus esset in hostico procreatus, Hostum Hostilium à matre uocitatum, & eũdem à Romulo bulla aurea ac prætexta insignibus honoratum. Is enim cùm raptas ad consolandum uocasset, spopondisse fertur, se eius infanti, quæ prima sibi ciuem Romanum esset enixa, illustre munus daturũ. Nonnulli credũt ingenuis pueris attributum, ut cordis figuram in bulla ante pectus annecterent: quam inspiciẽtes, ita demum se homines cogitarent, si corde præstarent. Togam quoq; prætextam his additam, ut ex purpuræ rubore, ingenuitatis pudore regerentur.

Prætexta, quomodo in usu nominis trãsierit. Ex Gellio lib. 1, cap. 23.

Diximus unde prætexta, adiecimus & causas quibus existimatur concessa pueritiæ. Nunc idem habitus quo argumento transierit in usum nominis, paucis explicandum est. Mos antea senatoribus fuit, in curiã cũ prætextatis filijs introire. Cum in senatu res maior quæpiam cõsultaretur, eaq; in diem posterũ prolata esset, placuit ut hanc rem, super qua tractauissent, nequis enũtiaret, priusquàm decreta esset. Mater Papyrij pueri, qui cum parẽte suo in curia fuerat, percontatur filium, quidnã in senatu egissent patres: puer respondit, tacendũ esse, neq; id dici licere. Mulier fit audiendi cupidior, secretum rei, & silẽtium pueri, animum eius ad exquirendum euerberat. Quærit igitur

compreßius, uiolentiusq;. Tum puer, urgente matre, lepidi atq; festiui mendacij consilium capit. Actum in senatu dicit, utrum uideretur utilius, magisq; ex republica esse: unusne ut duas uxores haberet, an ut una apud duos nupta esset. Hoc ubi illa audiuit, animo cõpauescit: domo trepidans egreditur: ad cæteras matronas affert. Postridieq; ad Senatum copiosæ matrumfamiliás cateruæ confluunt: lachrymantes, atq; obsecrantes orant, una potius ut duobus nupta fieret, quàm uni duæ. Senatores ingredientes curiam, quæ illa mulierum intemperies, & quid sibi postulatio isthæc uellet, mirabãtur: & non ut paruæ rei prodigium, illam uerecundi sexus impudicam insaniam pauescebant. Puer Papyrius publicum metum demit. Nam in medium curiæ progressus, quid ipsi mater audire instituisset, quid matri ipse simulasset, sicuti fuerat, enarrat. Senatus fidem atq; ingeniũ pueri exosculatur: consultumq; facit, uti posthac pueri cũ patribus in curiam nõ introëant, præter illum unum Papyrium: eiq; puero postea cognomentum honoris gratia, decreto indutum Prætextatus: ob tacendi, loquendiq; in prætextata ætate prudentiã. Hoc cognomentum postea familiæ nostræ in nomen hæsit. Nõ aliter dicti Scipiones: nisi quòd Cornelius, qui patrem luminibus carentem pro baculo regebat, Scipio cognominatus, nomen ex cognomine posteris dedit. Sic Messala tuus Auiene, dictus cognomento Valerij Maximi, qui pòst quàm Messanam urbem Siciliæ nobilißimam cepit, Messala cognominatus est. Nec mirum, si ex cognominibus nata sunt nomina: cùm cõtrà & cognomina ex proprijs sint tracta nominibus: ut ab Aemilio Aemulianus, à Seruilio Seruilianus. Hic subiecit Eusebius: Messala & Scipio, alter de pietate, de uirtute alter, ut refers, cognomẽta repererũt. Sed Scro-

Scipionum nomen unde.

Messala.

pha

pha & Asina, quæ uiris nõ mediocribus cognomẽta sunt, uolo dicas unde contigerint: cùm contumeliæ, quàm honori propiora uideantur. Tum ille: Nec honor, nec iniuria, sed casus fecit hæc nomina. Nam Asinæ cognomẽtum Cor nelijs datum est, quoniã princeps Corneliæ gentis empto fundo, seu filia data marito, cùm sponsores ab eo solenniter poscerentur, asinam cum pecuniæ onere produxit in forum, quasi pro sponsoribus præsens pignus. Tremellius uerò, Scropha cognominatus est, euentu tali. Is Tremellius cum familia, atq; liberis in uilla erat. serui eius, cùm de uicino scropha erraret, surreptam conficiunt. Vicinus aduocatis custodibus, omnia circũuenit, ne quà hæc efferri posſit: isq; ad dominum appellat restitui sibi pecudẽ. Tremellius qui ex uillico rem comperisset, scrophæ cadauer sub centonibus collocat, super quos uxor cubabat. Quæstionẽ uicino permittit. Cùm uentum est ad cubiculũ, uerba iurationis concipit, nullam esse in uilla sua scrophã, nisi illam, inquit, quæ in centonibus iacet: lectulũ monstrat. Ea facetissima iuratio, Tremellio Scrophæ cognomen dedit. Asina. Scropha.

De Saturnaliorum origine ac uetustate: ubi & alia quædam obiter perstringuntur. CAPVT VII.

DVm ista narrãtur, unus è famulitio, cui prouincia erat, admittere uolentes dominum conuenire, Euangelum adesse nuntiat cum Dysario, qui tunc Romæ præstare uidebantur cæteris medendi artem professis. Corrugato indicauere uultu pleriq; de considentibus, Euangeli interuentum otio suo inamœnum, minusq; placido conuẽtui congruentem. Erat enim amarulenta dicacitate, & lingua proterue mordaci: procax, ac securus offensarũ, quas sine delectu chari uel non amici in se passim uerbis odia serentibus prouocabat. Sed Prætextatus, ut erat in omnes

æquè placidus ac mitis, ut admitterentur missis obuijs imperauit: quos Horus ingredientes commodùm consecutus comitabatur, uir corpore atq; animo iuxtà ualidus: qui post inter pugiles palmas, ad philosophiæ studia migrauit: sectamq; Antisthenis, et Cratetis, atq; ipsius Diogenis secutus, inter Cynicos nõ incelebris habebatur. Sed Euangelus postquàm cœtũ tantũ assurgentẽ sibi ingressus offendit: Casus'ne, inquit, hos omnes ad te Prætextate cõtraxit: an altius quiddam, cui remotis arbitris opus sit, cogitaturi ex disposito conueniστis? Quod si ita est, ut existimo: abibo potius, quàm me uestris miscebo secretis: à quibus me amouebit uoluntas, licet fortuna fecisset irruere. Tum Vectius quamuis ad omnem patientiam constanter animi tranquillitate firmus esset, nõnihil tamen consultatione tam proterua motus: Si aut me, inquit, Euangele, aut hæc innocentiæ lumina cogitasses, nullũ inter nos tale secretum opinareris: quod nõ uel tibi, uel et uulgo fieri dilucidum posset: quia neq; ego sum immemor, nec horũ quenquam insciũ credo sancti illius præcepti philosophiæ: Sic loquendũ esse cum hominibus, tanquam Dij audiant: sic loquendum cum Dijs, tanquam homines audiãt. Cuius secunda pars sancit, ne quid à dijs petamus, quod uelle nos indecorũ sit hominibus confiteri. Nos uerò, ut & honorem sacris ferijs haberemus, & uitaremus tamen torporem feriãdi, atq; otium in negotium utile uerteremus, cõuenimus: diem totum doctis fabulis uelut ex symbolo conferendis daturi. Nã si per sacra solennia riuos deducere religio nulla prohibet: si sa-
Georg. 1. lubri fluuio mersare oues fas, & iura permittunt: cur non religionis honor putetur, dicare sacris diebus sacrũ studiũ literarũ? Sed quia uos quoq; Deorũ aliquis nobis additos uoluit: facite, si uolẽtibus uobis erit, diem communibus & fabulis

fabulis, & epulis exigamus: quibus ut omnes hodie, qui præsentes sunt, acquiescant, impetratum teneo. Tunc ille: Superuenire fabulis non euocatos, haud equidē turpe existimatur: uerùm sponte irruere, in conuiuium alijs præparatum, nec ab Homero sine nota, uel in fratre memoratum est. Et uide ne nimium arroganter tres tibi uelis Menelaos cōtigisse: cùm illi tanto regi unus euenerit. Tum omnes Prætextatum iuuantes orare, blandeq; ad commune inuitare consortium, Euangelum quidem sepius, & maximè: sed nonnunquam & cum eo pariter ingressos. Inter hæc Euangelus petitu omnium temperatus, M. Varronis, inquit, librum uobis arbitror non ignotum ex satyris Menippeis, qui inscribitur, Nescis quid uesper serus uehat, in quo cōuiuarum numerum hac lege definit, ut neq; minor quàm Gratiarum sit, neq; quàm Musarum numerosior. Hic uideo, excepto rege conuiuij, tot uos esse, quot sunt Musæ. Quid ergo perfecto numero quæritis adijciendos? Et Vectius: Hoc, inquit, præsentia uestra nobis præstabit, ut & Musas impleamus, & Gratias: quas ad festum Deorum omnium principis æquum est conuenire. Cum igitur consedissent, Horus Auienum intuens, quem familiarius frequentare solitus erat, In hoc, inquit, Saturni cultu, quem Deorum principem dicitis, ritus uidetur ab Aegyptiorum religiosissima gente, in arcana templorum, usq; ad Alexandri Macedonis occasum defuisse: post quem tyrannide Ptolemæorū pressi, hos quoq; Deos in cultum recipere, Alexandrinorum more, apud quos præcipuè colebantur, coacti sunt. Ita tamen imperio paruerunt, ut non omnino religionis suæ obseruata confunderent. Nam quia nūquàm fas fuit Aegyptijs, pecudibus aut sanguine: sed precibus, & ture solo placare Deos. His autē duobus

temere impetratum,

Cæl. libro 13. cap. 11. de numero conuiuarum.

aduenis

aduenis hostiæ erant ex more mactandæ: fana eorum extra pomœrium locauerunt, ut & illi sacrificij solenni sibi cruore colerentur: nec tamẽ urbana templa pecudum morte polluerentur. Nullum itaq; Aegypti oppidum intra muros suos aut Saturni, aut Serapis fanum recepit. Horum alterum uix, ægreq; à uobis admissum audio. Saturnũ uerò uel maximo inter cæteros honore celebratis. Si ergo nihil est, quod me hoc scire prohibeat, uolo in medium proferatur. Hic Auienus in Prætextatum expectationem consulentis remittens, Licet omnes, ait, qui adsunt, pari doctrina polleant: sacrorum tamen omnium Vectius unicè conscius, potest tibi & originem cultus, qui huic Deo penditur, & causam festi solennis aperire. Quod cum Prætextatus in alios refundere tẽtasset: omnes ab eo impetrauerũt, ut ipse dissereret. Tunc ille silentio facto, ita exorsus est:

Saturnaliorum origo.

Saturnaliorum originem illam mihi in medium proferre, fas est: non quæ ad arcanam diuinitatis naturam refertur, sed quæ aut fabulosis admista differitur, aut à physicis in uulgus aperitur. Nam occultas & manantes ex meri ueri fonte rationes, ne in ipsis quidem sacris enarrari permittitur: sed si quis illas assequitur, continere intra conscientiam tectas iubetur. Vnde quæ scire fas est, Horus noster licebit mecum recognoscat. Regionem istam, quæ nũc uocatur Italia, regno Ianus obtinuit. Qui (ut Hyginus, Protarchum Trallianum secutus tradit) cũ Camese æquè indigena terram hanc ita participata potẽtia posſidebat: ut regio, Camesene: oppidum, Ianiculum uocaretur. Post ad Ianum solum regnum redactum est: qui creditur geminam facie prætulisse, ut quæ ante, quæq; post tergũ essent, intueretur. Quod proculdubio ad prudentiam regis, solertiamq; referendum est: qui & præterita nosset, & futura

Saturnaliorum causa una.

prospice

prospiceret: sicut Anteuorta, & Postuorta, diuinitatis scili cet aptissimæ comites, apud Romanos coluntur. Hic igi tur Ianus, cùm Saturnum classe peruectum excepisset hospitio: & ab eo edoctus peritiam ruris, ferum illum, & rudem ante fruges cognitas uictum in melius redegisset, regni eum societate munerauit. Cùm primus quoq; æra signaret, seruauit & in hoc Saturni reuerentiam, ut quoniam ille naui fuerat auectus, ex una quidem parte sui capitis effigies, ex altera uerò nauis exprimeretur: quò Saturni memoriam etiam in posteros propagaret. Aes ita fuisse signatũ, hodieq; intelligitur in aleæ lusu: cùm pueri denarios in sublime iactantes, capita aut nauim, lusu teste uetustatis, exclamant. Hos unà concordes regnasse, uicinaq; oppida opera communi condidisse: præter Maronẽ, qui refert, Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen: etiã illud in promptu est, quod posteri quoq; duos eis continuos menses dicarunt, ut December sacrum Saturni, Ianuarius alterius uocabulum possideret. Cùm inter hæc subito Saturnus non comparuisset, excogitauit Ianus honorum eius augmentum. Ac primum terram omnem ditioni suæ parentem, Saturniam nominauit. Aram deinde cum sacris, tanquam Deo, condidit, quæ Saturnalia nominauit. Tot seculis Saturnalia præcedunt Romanæ urbis ætatem. Obseruari igitur eum iussit maiestate religionis, quasi uitæ melioris autorem. Simulachrum eius indicio est: cui falcem, insigne messis, adiecit. Huic Deo *insertiones surculorum, pomorumq; educationes, & omnium eiuscemodi fertilium tribuunt disciplinas. Cyrenenses etiam cum rem diuinam ei faciunt, ficis recentibus coronantur, placentasq; mutuo missitant: mellis & fructuum repertorem Saturnum extimantes. Hunc Romani etiam Sterculium uocant,

Anteuorta
Postuorta

Aeneid. 8.

*insitiones

Saturnus Stercutius.

cant, quòd prius stercore fœcunditatem agris comparauerit. Regni eius tempora feliciſsima feruntur: cum propter rerum copiam, tum etiam quòd nondum quiſquam ſeruitio uel libertate diſcriminabatur. Quæ res intelligi potest, quòd Saturnalibus *tota ſeruis licentia permittitur.

*tuta

Alia eorundem causa.

Alia Saturnaliorum cauſa ſic traditur. Qui erant ab Hercule in Italia relicti (ut quidam ferunt) irato, quòd incuſtoditum fuiſſet armentum: ut nonnulli extimãt, conſultò eos relinquente, ut aram ſuã atq; ædem ab incurſionibus tuerentur: ij ergo cum à latronibus infeſtarentur, occupato edito colle, Saturnios ſe nominauerunt, quo antè nomine etiam idem collis uocabatur. Et quia ſe eius Dei ſenſerunt nomine ac religione tutos, inſtituiſſe Saturnalia feruntur: ut agreſtes uicinorum animos, ad maiorem ſacri reuerentiam, ipſa indicti feſti obſeruatio uocaret.

Tertia causa.

Nec illam cauſam quæ Saturnalibus aſſignatur, ignoro: quòd Pelaſgi (ſi cut Varro memorat) cũ ſedibus ſuis pulſi, diuerſas terras petiſſent, confluxerunt plerique Dodonam: & incerti quibus adhærerent locis, eiuſmodi accepere reſponſum:

Στείχετε μαιόμενοι σκελῶν σατυρνίαν αἶαν
Ἣν ἀβορι-γενέων κοτύλῳ ὑ νᾶσ- ὀχεῖται
Αἷς ἀναμιχθέντες λεκάτῳ ἐκπέμψατε φοίβῳ,
Καὶ κεφαλὰς ἄλλῃ, κὴ ἴδῃ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

Acceptáq; ſorte, cum Latium póſt errores plurimos appulliſſent, in lacu *Cutulienſium natam inſulam deprehenderunt. Ampliſsimus enim ceſpes ſiue ille cõtinens limus, ſeu paludis fuit, coacta compage, uirgultis & arboribus in ſyluæ licentiam comptus, iactantibus per omne mare fluctibus uagabatur: ut fides ex hoc etiã Delo facta ſit, quæ celſa montibus, uaſta campis, tamen per maria migrabat. Hoc igitur miraculo deprehenſo, has ſibi ſedes prædictas

*al. Cutiliæ: Cutilienſi etiãtã, antiq.

Delus nat.

eſſe

esse didicerunt, uastatisq; Siculis incolis, occupauere regionem: decima prædæ, secundum responsum, Apollini consecrata, erectis Diti sacello, & Saturno ara: cuius festum Saturnalia nominauerunt. Cumq; diu humanis capitibus Ditem, & uirorum uictimis Saturnum placare se crederent, propter oraculum, in quo erat:

Καὶ κεφαλὰς ἄλλη, καὶ δὴ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

Herculem ferunt postea cum Geryonis pecore per Italiã reuertentem, suasisse illorum posteris: ut fastis sacrificijs infausta mutarent: inferentes Diti, non hominum capita, sed oscilla ad humanã effigiem arte simulata: & aras Saturnias, non mactando uiros, sed accensis luminibus excolentes: quia nõ solùm uirũ, sed & lumina φῶτα significãt. Inde mos per Saturnalia mißitandis cereis cœpit. Alij cereos non ob aliud mitti putant: quàm quòd hoc principe, ab incomi, & tenebrosa uita, quasi ad lucem, & bonarum artiũ scientiam editi sumus. Illud quoq; in literis inuenio, quòd cum multi occasione Saturnaliorum per auaritiam à clientibus ambitiose munera exigerẽt, idq; onus tenuiores grauaret: Publicius Trib. pleb. tulit, ut nõ nisi cerei dirioribus mißitarentur. Hic Albinus Cecinna subiecit: Qualem nũc permutationem sacrificij Prætextate memorasti, inuenio postea Cõpitalibus celebratam, cùm ludi per urbẽ in compitis agitabãtur, restituti scilicet à Tarquinio Superbo Laribus ac Maniæ: ex responso Apollinis, quo præceptũ est, ut pro *capitibus, capitibus supplicaretur. Idq; aliquãdiu obseruatum, ut pro familiarium sospitate pueri mactarentur Maniæ deæ matri Lariũ. Quod sacrificij genus, Iunius Brutus cõsul Tarquinio pulso aliter cõstituit celebrãdum. Nam capitibus allij, & papaueris supplicari iußit: ut responso Apollinis satisfieret de nomine capitũ:

Quæ origo mittendis cereis.

Maniæ deæ sacra.

*compitis

*al. familiarũ

remoto

remoto scilicet scelere infaustæ sacrificationis. Factumq; est, ut effigies Maniæ suspensæ pro singulorum foribus periculum si quod immineret familijs, expiarent: ludosq; ipsos ex uijs compitorum, in quibus agitabantur, Compitalia appellitauerunt. Sed perage cætera. Tunc Prætextatus: Bene & opportunè similis emendatio sacrificiorum relata est. Sed ex his causis, quæ de origine huius festi relatæ sunt, apparet Saturnalia uetustiora esse urbe Romana: adeò, ut ante Romam in Græcia hoc solenne cœpisse, L. Accius in annalibus suis referat his uerbis:

Saturnaliorum uetustas.

Maxima pars Graiûm Saturno: & maximæ Athenæ
Conficiunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis.
Cumq; diem celebrant, per agros, urbesq; ferè omnes
Exercent epulis læti, famulosq; procurant
Quisq; suos: * nostriq; itidem, & mos traditus illhinc
Iste, ut cum dominis famuli tum epulentur ibidem.

*nostrisq;

De templo Saturni: deq; his, quæ in huius æde aut imagine uisuntur: & quo modo intelligenda sint ea, quæ de hoc deo fabulosè dici consueuerunt. CAP. VIII.

Saturni templum.

NVnc de ipso Dei templo pauca referenda sunt. Tullum Hostilium cùm bis de Albanis, de Sabinis tertiò triumphassset, inuenio fanum Saturno ex uoto cõsecrauisse, & Saturnalia tunc primum Romæ instituta. Quamuis Varro lib. 6. qui est de sacris ædibus, scribat: ædem Saturni ad forum faciendum locasse L. Tarquinium regẽ: Titũ uerò Largium Dictatorem Saturnalibus eam dedicasse. Nec me fugit Gellium scribere, Senatum decreuisse, ut ædes Saturni fieret, eiq; rei L. Furium Trib. mil. præfuisse. Habet aram, & ante se cœnaculum. Illhic Græco ritu capite operto res diuina fit: quia primo à Pelasgis, pòst ab Hercule ita eam à principio factitatam putant. Aedem uerò

Aedes Saturni quare ærarium

Saturni

Saturni ærarium Romani esse uoluerunt: quòd tempore quo incoluit Italiam, fertur in eius finibus nullum esse furtum commissum: aut quia sub illo nihil erat cuiusquam priuatum: Aedes Saturni quare ærariũ.

Nec signare sŏlum, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant. Georgicon 1. ubi tamẽ legitur, Nec signare quidem.

Ideo apud eum locaretur populi pecunia communis, sub quo fuissent cunctis uniuersa communia. Illud non omisserim, Tritonas cum buccinis fastigio Saturni ædis superpositos: quoniam ab eius *commemoratione ad nostram ætatem historia elata, & quasi uocalis est: antè uerò, muta & obscura & incognita: quod testantur caudæ Tritonum, humi mersæ & absconditæ. Cur autẽ Saturnus ipse in cõpedibus uisatur, Verrius Flaccus causam se ignorare dicit: uerum mihi Apollodori lectio suggerit. Saturnum Apollodorus alligari ait per annũ laneo uinculo, & solui ad diem sibi festũ: id est, mẽse hoc Decembri. Atq; inde prouerbium ductum: Deos laneos pedes habere. Significari uerò decimo mense semen in utero animatũ in uitam grandescere: quod donec erumpat in lucem, mollibus naturæ uinculis detinetur. Est porrò idem χρόνος καὶ χρόνος. Saturnum enim, in quantum mythici fictionibus distrahunt, in tantum physici ad quandam ueri similitudinem reuocant. Hunc aiunt abscidisse Cælij patris pudẽda: quibus in mare deiectis, Venerem procreatam: quæ à spuma, unde coaluit, ἀφροδίτη nomen accepit. Ex quo intelligi uolunt, cum chaos esset, tempora nõ fuisse. Siquidem tempus est certa dimensio, quæ ex cœli cõuersione colligitur. Tempus cœpit inde. Ab ipso natus putatur χρόνος, qui (ut diximus) χρόνος est. Cumq; semina rerum omnium post cœlum gignendarum de cœlo fluerent: & elementa uni- *commoratione Tritones cur in ęde Saturni. Saturnus cur laneos habeat pedes. mythici Tempus quid.

uersa, quæ mundo plenitudinẽ facerent, ex illis seminibus funderẽtur, ubi mundus omnibus suis partibus membrisq; perfectus est: certo iam tempore finis factus est procedẽdi de cœlo semina ad elementorum conceptionem: quippe quæ iam plena fuerant procreata. Animalium uerò æternam propagationem ad Venerem generandi facultas ex humore translata est: ut per coitum maris fœminæq; cuncta deinceps gignerentur. Propter abscissorum pudendorum fabulã, etiam nostri eum Saturnum uocitarunt: παρὰ τὸ σάθω, quod membrum uirile declarat, ueluti Sathunum. Vnde Satyros etiam ueluti Sathunos (quòd sint in libidinem pronì) appellatos opinantur. Falcem ei quidam putant attributam: quòd tempus omnia metat, execet, & incîdat. Hunc aiunt filios suos solitum deuorare, eosdẽq; rursus euomere. Per quod similiter significatur eum tempus esse, à quo uicibus cuncta gignantur absumanturq;, & ex eo denuo renascãtur. Eundem à filio pulsum, quid aliud est, quàm tempora senescentia, ab his quæ pòst sunt nata, depelli? uinctum autem, quòd certa lege naturæ connexa sint tempora: uel quòd omnes fruges quibusdam uinculis, nodisq; alternentur. Nam & falcẽ uolũt fabulæ in Siciliã decidisse: quòd sit terra ista uel maximè fertilis.

Vnde Saturn⁹, unde etiã Satyri dicantur.

Saturnus
Sathunnus
Satyrus

Quis Deus Ianus: deq; uariis eius dei nominibus ac potestate. CAP. IX.

ET quid Ianum cum Saturno regnasse memorauimus: de Saturno autem quid mythici, uel physici existiment, iam relatum est: de Iano quoq; quid ab utrisq; iactetur, in medium proferemus. Mythici referunt, regnãte Iano, omniũ domos religione ac sanctitate fuisse munitas: idcircoq; ei diuinos honores esse decretos: & ob merita, introitus & exitus ædium eidem consecratos. Xenon quoq;

De Iano.

quoq; primo Italicarum tradit, Ianum in Italia primum Dijs templa feciſſe, & ritus inſtituiſſe ſacrorũ: ideo eum in ſacrificijs præfationem meruiſſe perpetuam. Quidam ideo eum dici bifrontem putant: quòd & præterita ſciuerit, & futura prouiderit. Sed Phyſici eum magis conſecrant argumentis diuinitatis. Nam ſunt qui Ianum eundem eſſe, atq; Apollinem & Dianam dicant: & in hoc uno utrunq; exprimi numen affirment. Etenim ſicut Nigidius quoque refert, apud Græcos Apollo colitur, qui θυραῖος uocatur. Eiusq; aras ante fores ſuas celebrant: ipſum exitus, & introitus demonſtrantes potentem. Idem Apollo apud illos & ἀγυιεὺς nũcupatur, quaſi uijs præpoſitus urbanis. Illi enim uias, quæ intra pomœria ſunt, ἀγυιὰς appellant. Dianæ uerò, ut Triuiæ, uiarum omnium ijdem tribuunt poteſtatem: Sed apud nos Ianum omnibus præeſſe Ianuis, nomẽ oſtendit: quod eſt ſimile θυραίῳ. Nam & cum claui, ac uirga figuratur: quaſi omnium & portarum cuſtos, & rector uiarũ. Pronuntiauit Nigidius, Apollinẽ Ianum eſſe, Dianamq; Ianam: appoſita D. litera, quæ ſæpe I. literæ cauſa decoris apponitur: ut reditur, redhibetur, redintegratur, & ſimilia. Ianum quidam Solem demonſtrari uolunt: & ideo geminum, quaſi utriuſq; ianuæ cœleſtis potentem: qui exoriens aperiat diem, occidens claudat: inuocariq; primũ, cum alicui Deo res diuina celebratur, ut per eum pateat ad illũ Deum, cui immolatur, acceſſus: quaſi preces ſupplicum per portas ſuas ad Deos ipſe tranſmittat. Inde & ſimulachrũ eius plerunq; fingitur manu dextra trecẽtorũ, & ſiniſtra ſexaginta & quinq; numerũ tenens: ad demõſtrandã anni dimẽſionem, quæ præcipua eſt ſolis poteſtas. Alij mundũ, id eſt, cœlum eſſe uoluerunt: Ianumq; ab eundo dictum, quòd mundus

Ianus quis fuerit Deus.

ſemper eat, dum in orbem uoluitur: & ex ſe initiũ faciens, in ſe refertur. Vnde Cornificius Etymorum lib. 3. Cicero, inquit, non Ianum, ſed Eanum nominat, ab eundo. Hinc & Phœnices in ſacris imaginẽ eius exprimentes, draconem finxerunt in orbem redactum, caudamq; ſuam deuorantem: ut appareat mundũ & ex ſeipſo ali, & in ſe reuolui. Ideo & apud nos in quatuor partes ſpectat, ut demonſtrat ſimulachrum eius *Phalaris aduectum. C. Baſſus in eo libro, quem de Dijs compoſuit, Ianum bifrontẽ fingi ait: quaſi ſuperum, atq; inferum ianitorem: eundem quadriformẽ quaſi uniuerſa climata maieſtate cõplexum. Saliorũ quoq; antiquiſſimis carminibus Deorum Deus canitur. Marcus etiam Meſſala Cn. Domitij in cõſulatu collega, idemq; per annos quinquaginta & quinq; Augur, de Iano ita infit: Qui cuncta fingit, eademq; regit, aquæ terræq; uim ac naturam grauem atq; pronam in profundum dilabentem, ignis atq; animæ leuem, immenſum in ſublime fugientem copulauit: circundato cœlo, quæ uis cœli maxima duas uires diſpares colligauit. In ſacris quoq; inuocamus Ianum geminum, Ianum patrem, Ianum Iunonium, Ianum Conſiuium, Ianum Quirinum, Ianum patultium, & Clauſium. Cur geminum inuocemus, ſuprà iam diximus: Patrem, quaſi Deorum Deum: Iunonium, quaſi non ſolùm menſis Ianuarij, ſed menſium omnium ingreſſus tenentem. In ditione autem Iunonis ſunt omnes Calendæ. unde & Varro libro quinto Rerũ humanarum ſcribit, Iano duodecim aras pro totidem menſibus dedicatas: Conſiuium, à conſerendo, id eſt, à propagine generis humani, quæ Iano autore conſeritur: Quirinũ, quaſi bellorum potentem, ab haſta, quam Sabini curim uocant: Patultium, & Clauſium, quia bello ualuæ eius patent, pace

*Valerijs

Infit.

Ianuaria cognomina.

Patultium & clauſium.

pace clauduntur. Huius autem rei hæc causa narratur: Cùm bello Sabino, quod uirginum raptarũ gratia commissum est, Romani portam, quæ sub radicibus collis Viminalis erat, quæ postea ex euentu Ianualis uocata est, claudere festinarent, quia in ipsam hostes irruebãt: postquàm est clausa, mox sponte patefacta est: cumq; iterũ ac tertiò idem contigisset, armati plurimi pro limine quia claudere nequibant, custodes steterunt. Cumq; ex altera parte acerrimo prælio certaretur, subitò fama pertulit, fusos à Tatio nostros. Quam ob causam Romani, qui aditũ tuebantur, territi profugerunt. Cumq; Sabini per portam patentem irrupturi essent, fertur ex æde Iani per hanc portam magnam uim torrentium, undis scatentibus erupisse: multas que perduellium cateruas aut exustas feruenti aqua, aut deuoratas rapida *uoragine, deperijsse. *uortigine Ea re placitum, ut belli tempore, uelut ad urbis auxilium profecto Deo, fores reserarentur. Hæc de Iano.

Quo die Saturnalia celebrari consueuerint, & quòd primum uno tantum, deinde pluribus diebus sunt celebrata. CAP. X.

SEd ut ad Saturnalia reuertamur, bellum Saturnalibus sumere nefas habitum. Pœnas à nocente ijsdem diebus exigere, piaculare est. Apud maiores nostros Saturnalia die uno finiebantur, qui erat ad quartumdecimum Calendas Ianuarias. Sed postquàm C. Cæsar huic mensi duos addidit dies, sextodecimo cœpta celebrari: Ea re factum est, ut cum uulgus ignoraret certum Saturnaliorum diem, nonnulliq; à C. Cæsare in certo die, & alij uetere more celebrarent, plures dies Saturnalia numerarentur: licet & apud ueteres opinio fuerit, septem diebus peragi Saturnalia: si opinio uocãda est, quæ idoneis firmatur au-

toribus. Nonius enim probatissimus Atellanarum scriptor
Nonius Atellanarũ scriptor. ait: Olim expectata ueniunt septẽ Saturnalia. Mummius quoq;, qui post Nonium & Pomponiũ, diu iacentẽ artem Atellaniam suscitauit: Nostri, inquit, maiores uelut bene
multa instituere, hoc optimè à frigore fecere summo, dies septem Saturnalia. Sed Mallius ait, eos qui se (ut suprà diximus) Saturni nomine & religione defenderant, per triduũ festos instituisse dies, & Saturnalia uocauisse. Vnde & Augustus, huius, inquit, rei opinionẽ secutus, in legibus iudiciarijs triduo ferias seruari iussit. Masurius & alij uno die, id est, decimoquarto Calẽd. Ianuarij affuisse Saturnalia crediderunt. Quorũ sententiã Fenestella confirmat, dicens, Aemiliã uirginẽ x v. Calendarum Ianuariarum esse damnatam: quo die si Saturnalia gererentur, nec causam omnino dixisset. Deinde adiecit: Sequebantur eum diem Saturnalia. Mox ait: Postero autem die qui fuit decimustertius Calendarum Ianuariarum, Liciniam uir-
XII. ginem ut causam diceret iussam: ex quo ostendit XIII. Calend. profectum esse. Duodecimo uerò feriæ sunt diuæ Angeroniæ, cui pontifices in sacello Volupiæ sacrum faciunt, quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait, quòd
Angeronia. angores ac animorum solicitudines propitiata depellat. Masurius adijcit, simulachrũ eius Deæ ore obligato atq; » signato in ara Volupiæ propterea collocatum: quòd qui » suos dolores anxietatesq; dissimulãt, perueniãt patientiæ » beneficio ad maximã uoluptatẽ. Iulius Modestus ideo sacrificari huic Deæ dicit, quòd populus Romanus morbo, qui angina dicitur, præmisso uoto, sit liberatus. Vndecimo autẽ Calendarum feriæ sunt Laribus dedicatæ, quibus ædem bello Antiochi Aemilius Regillus Prætor in campo Martio curandam uouit. Decimo Calẽd. feriæ sunt Iouis, quæ appellantur Larentinalia: de quibus, quia fabulari

libet, hæ sunt opiniones: Ferunt enim regnante Anco, ædituum Herculis per ferias otiantẽ, Deũ tesseris prouocasse, ipso utriusq; manũ tuente: adiecta cõditione, ut victus cœna, scortoq; mulctaretur. Victore itaq; Hercule, illum Accam Larentiã nobilißimũ per id tempus scortũ intra ædẽ inclusiſſe, cum cœna: eamq; postero die distuliſſe rumorem quòd post concubitũ Dei accepiſſet munus, ne cõmodum primæ occasionis, cum se domũ reciperet, offerẽdæ aspernaretur. Euenisse itaq;, ut egressa mox templo, à Carutio capto eius pulchritudine compellaretur: cuius uoluntatem secuta, sumptaq; nuptijs, post obitum uiri omnium bonorum eius facta compos, cum decederet, populum Romanum nuncupauit hæredẽ. Et ideo ab Anco in Velabro loco celeberrimo urbis * sculpta est, ac solenne sacrificium eidem constitutum, quo Dijs manibus eius per Flaminem sacrificaretur. Iouiq; feriæ cõsecratæ, quia existimauerũt antiqui animas à Ioue dari, & rursus post mortem eidem reddi. Cato ait, Larentiã meretricio quæstu locupletatam, post excessum suum populo Romano agros Turacẽ, Semurium, *Lincerium, & Solinium reliquisse: & ideo sepulchri magnificentia, & annuæ parentationis honore dignatam. Macer historiarum libro primo, Faustuli coniugem Accam Larentiã, romuli & Remi nutricem esse confirmat. Hanc regnante Romulo, Carutio cuidam Tusco diuiti denuptam, auctamq; hæreditate uiri: quam pòst Romulo, quem educasset, reliquit: & ab eo parentalia, diemq; festum, pietatis causa, statutum. Ex his ergo omnibus colligi potest, & uno die Saturnalia fuisse, & non nisi decimoquarto Calend. Ianuariarum celebrata: quo solo die apud ædem Saturni conuiuio soluto, Saturnalia clamitabantur: qui dies nunc Opalibus inter Saturnalia

Gellius lib. 6. cap. 7.

* Qui posterio raleget, uidebit legendum, sepulta est.

* als: Litirium

Opalia Opis sacrificia.

nalia deputatur, cum primum Saturno pariter & Opi fuerit ascriptus. Hanc autem Deam Opem Saturni cõiugem crediderunt: & ideo hoc mense Saturnalia, itemq; Opalia celebrari: quòd Saturnus, eiusq; uxor, tam frugum, quàm fructuũ repertores esse credantur. Itaq; omni iam fœtu agrorum coacto, ab hominibus hos Deos coli, quasi uitæ cultioris autores, quos etiam nonnullos cœlum & terram esse persuasum est: Saturnumq; à satu dictum, cuius causa de cœlo est: & terram Opem, cuius ope humanæ uitæ alimenta quæruntur: uel ab opere, per quod fructus, fruges q; nascuntur. Huic Deæ sedentes uota concipiunt, terramq; de industria tangunt: demõstrantes ipsam matrem terram esse mortalibus appetendam. Philochorus Saturno & Opi primum in Attica statuisse aram Cecropem dicit: eosq; Deos pro Ioue terraq; coluisse: instituisseq; ut patres familiarum & frugibus, & fructibus iam coactis passim cum seruis uescerentur, cum quibus patientiam laboris in colendo rure tolcrauerant: delectari enim Deum honore seruorum contemplatu laboris. Hinc est quod ex instituto peregrino, huic Deo sacrum aperto capite facimus. Abunde iam probasse nos existimo, Saturnalia uno tantum die, id est, XIIII. Calendarum solita celebrari. Sed post in triduum propagata, primum ex adiectis à Cæsare huic mensi diebus, deinde ex edicto Augusti, quo trium dierum ferias Saturnalibus addixit. A decimosexto igitur cœpta in XIIII. desinunt, quo solo fieri antè consueuerant. Sed Sigillariorum adiecta celebritas, in septem dies discursum publicum, & lætitiam religionis extendit.

Saturnum à satu. ops ab opa.

Non esse contemnendam sortem seruorum, cum & dii horum curam gerant, & multos ex his fideles, prouidos,

fortes

Huc refer cap. 8. l. 6. Val. Max.

fortes, & philosophos quoq; fuisse constet. Tum Sigillariorum origo quæ fuerit. CAP. XI.

TVnc Euangelus: Hoc quidem, inquit, iam ferre non possum, quòd Prætextatus noster in ingenij sui pompam, & ostentationem loquendi, uel paulò antè honori alicuius Dei assignari uoluit, quòd serui cum dominis uescerentur. Quasi uerò curent diuina de seruis: aut sapiens quisquam domi suæ contumeliam tam fœdæ societatis admittat: uel nunc Sigillaria, quæ lusum reptanti adhuc infantiæ oscillis *fictilibus præbent, tentat officio religionis adscribere. Et quia princeps religiosorũ putatur, nõnulla & superstitionis admiscet. Quasi uerò nobis fas non sit, Prætextato aliquando non credere. Hic cum omnes exhorruissent, Prætextatus renidens: Superstitiosum me, inquit, Euangele, nec dignum cui credatur existimes uolo: nisi utriusq; tibi rei fidem asserta ratio mõstrauerit. Et ut primùm de seruis loquamur: Ioco´ne, an seriò putas esse hominum genus, quod Dij immortales nec cura sua, nec prouidentia dignentur? an fortè seruos in hominũ numero esse non pateris? Audi igitur quanta indignatio de serui supplicio cœlum penetrauerit. Anno enim post Romam conditam CCCCLXXIIII. Atronius quidam Maximus, seruum suum uerberatum, patibuloq; constrictum, ante spectaculi commissionem per circum egit. Ob hanc causam indignatus Iupiter, Annio cuidam per quietem imperauit, ut Senatui nuntiaret, non sibi placuisse plenum crudelitatis admissum. Quo dissimulante, filium ipsius mors repentina consumpsit: ac post secundam denuntiationem, ob eandem negligentiam, ipse quoque in subitam corporis debilitatẽ solutus est. Sic demum ex consilio amicorũ lectica delatus Senatui retulit: & uix

*fectilibus

Seruos dijs esse curæ.

consummato sermone, sine mora recuperata bona ualetudine, curia pedibus egressus est. Ex Senatus ita; consulto, & Meuia lege, ad propitiandum Iouem additus est illis Circensibus dies, isq; instauratitius dictus est: non à patibulo (ut quidã putant) Græco nomine ἀπὸ τοῦ σκώπτειν: sed à redintegratione, ut Varroni placet, qui instaurare ait esse instar nouare. Vides quanta de seruo ad Deorũ summũ cura peruenerit? Tibi autẽ unde in seruos tantũ, & tam immane fastidiũ? quasi non ex ijsdẽ tibi & cõstent, & alantur elementis: eundemq; spiritũ ab eodẽ principio carpãt. Vis tu cogitare, eos, quos ius tuũ uocas, ijsdẽ seminibus ortos, eodem frui cœlo, æquè uiuere, æquè mori? Serui sunt, imò homines. Serui sunt, imò cõserui. Si cogitaueris, tantũdẽ in utroq; licere fortunæ: tã tu illũ uidere liberũ potes, q̃ ille te seruũ. Nescis qua ætate Hecuba seruire cœpit, qua Crœsus, qua Darij mater, qua Diogenes, qua Plato ipse? Postremo, quid ita nomẽ seruitutis horremus? Seruus est q̃dẽ, sed necessitate: sed fortasse libero animo seruus est. Hoc illi nocebit, si ostenderis quis non sit. Alius libidini seruit, alius auaritiæ, alius ambitioni, omnes spei, omnes timori. Et certe nulla seruitus turpior, quàm uoluntaria. At nos iugo à fortuna imposito subiacentem, tanquam miserum, uilemq; calcamus: quod uerò nos nostris ceruicibus inserimus, non patimur reprehendi. Inuenies inter seruos aliquem pecunia fortiorem, inuenies dominũ spe lucri oscula alienorum seruorum manibus infigentem. Non ergo fortuna homines æstimabo, sed moribus. Sibi quisq; dat mores, conditionẽ casus assignat. Quemadmodum stultus est, qui empturus equum, non ipsum inspicit, sed stratum eius ac frænos: sic stultissimus est, qui hominẽ aut ex ueste aut ex conditione, quæ modo uestis nobis circundata est, æstimand

Seruos nõ esse contẽnendos à dominis, cũ ex ijsdẽ elemẽtis constent: & seruitus nõ hominum, sed fortunæ sit uitium.

omnes sumus serui, et q̃dam, quod turpissimum est, uoluntarij.

oscula infigere manibus.

Non fortuna hominem æstimato, sed moribus.

mandum putat. Non est, mi Euangele, quod amicum tantùm in foro, & in curia quæras. Si diligenter attenderis, inuenies & domi. Tu modo uiue cum seruo clementer, comiter quoq; : & in sermonẽ illum, & nõnunquã in necessarium admitte cõsilium. Nam & nostri maiores omnem dominis inuidiam, omnem seruis contumeliam detrahentes, dominum, patremfamiliâs : seruos, familiares appellauerunt. Colant ergo te potius serui tui, mihi crede, quàm timeant. Dicet aliquis nunc me dominos de fastigio suo deijcere, & quodammodo ad pileum seruos uocare: quos debere dixi magis colere, quàm timere. Hæc qui senserit, obliuiscetur id dominis parũ non esse, quod Dijs satis est. Deinde qui colitur, etiam amatur : non potest amor cum timore misceri. Vnde putas arrogantißimum illud manasse prouerbium, quod iactatur: Totidem nobis hostes esse, quot seruos? Non habemus illos hostes, sed facimus: cum in illos superbißimi, contumelioßißimi, crudelißimi sumus: & ad rabiem nos cogunt peruenire deliciæ : ut quicquid non ex uoluntate respondit, iram furoremq; euocet. *Domini enim animos induimus tyrannorũ: & non quantum decet, sed quantũ libet, exercere uolumus in seruos. Nam (ut cætera crudelitatis genera præteream) sunt qui, dum se mensæ copijs & auiditate distendunt, circunstantibus seruis mouere labra, ne in hoc quidem ut loquantur, licere permittunt. Virga murmur omne compescitur, & ne fortuita quidem sine uerberibus excepta sunt. Tußis, sternutamentum, singultus, magno malo luitur. Sic fit ut isti de domino loquantur, quibus coram domino loqui non licet. At illi, quibus non tantum præsentibus dominis, sed cum ipsis sermo erat: quorum os non consuebatur: parati erãt pro domino porrigere ceruicem, & periculum imminens in ca

Ad pileum, id est, ad libertatẽ

Cur serui dominis interdũ hostes.

*als: Domi

os consuebatur

Seruorũ in dominos fidelitas

in caput ſuum uertere. In conuiuijs loquebantur, ſed in tormentis tacebant. Vis exercitas in ſeruili pectore uirtutes recẽſeamus? Primus tibi Vrbinus occurrat. Qui cum

Fides ſerui in Vrbinũ.

iuſſus occîdi in Reatino lateret: latebris proditis, unus ex ſeruis, anulo eius & ueſte inſignitus, in cubiculo, ad quod irruebant qui perſequebantur, pro domino iacuit: militibuſq; ingredientibus ceruicẽ præbuit, & ictum tanquam Vrbinus excepit. Vrbinus poſtea reſtitutus, monumentum ei fecit: titulo ſcriptionis, qui tantum meritum loqueretur, addito. Aeſopus libertus Demoſthenis, cõſcius adulterij, quod cum Iulia patronus admiſerat, tortus diutiſſimè perſeuerauit non prodere patronum: donec alijs coarguentibus conſcijs, Demoſthenes ipſe fateretur. Et ne exiſtimes ab uno facilè celari poſſe ſecretum, Labienum ope libertorum latentem, ut indicarent liberti, nullo tormentorum genere compulſi ſunt. Ac ne quis libertos dicat hanc fidem beneficio potius libertatis acceptæ, quàm ingenio debuiſſe: accipe ſerui in dominum benignitatem cùm ipſe à domino puniretur. Antiũ enim Reſtionẽ proſcriptum, ſolumq; nocte fugientem, diripiẽtibus bona eius alijs, ſeruus compeditus inſcripta fronte: cum poſt damnationem domini aliena eſſet ſolutus cuſtodia, fugientẽ perſecutus eſt: hortatuſq; ne ſe timeret, ſcientem contumeliam ſuam fortunæ imputandã eſſe, non domino: abditumq; miniſterio ſuo aluit. Cùm deinde perſequentes adeſſe ſenſiſſet: ſenem, quem caſus obtulit, iugulauit: & in cõſtructam pyram coniecit. Qua accenſa, occurrit eis qui Reſtionem quærebãt, dicens damnatũ ſibi pœnas luiſſe, multo acrius à ſe uexatum, quàm ipſe uexarat. Et fide habita, Reſtio liberatus eſt. Cepionem quoq;, qui in Auguſti necem fuerat animatus, poſtquàm detecto ſcelere damnatus eſt, ſeruus ad

uus ad Tyberim in ciſta detulit: peruectumq; Hoſtiam in agrũ Laurentem, ad uillam patris nocturno itinere perdu xit. Cumis deinde nauigationis naufragio una expulſum dominũ Neapoli diſſimulãter occuluit: exceptusq; à Cen turione, nec pretio, nec minis, ut dominũ proderet, potuit adduci. Aſinio etiam Pollione acerbè cogente Patauinos, ut pecuniam & arma conferrent: dominisq; ob hoc laten tibus, præmio ſeruis cum libertate propoſito, qui dominos ſuos proderent: conſtat ſeruorum nullum uictum præmio dominum prodidiſſe. Audi in ſeruis, non fidem tantum, ſed & fœcundum bonæ inuentionis ingenium. Cum pre meret obſidio Grumentum, ſerui relicta domina ad hoſtes transfugerunt. Capto deinde oppido, impetum in domum habita conſpiratione fecerunt: & extraxerunt dominam, uultu pœnã minante, ac uoce obuijs aſſerẽte, quòd tandem ſibi data eſſet copia crudelem dominã puniẽdi: raptamq; quaſi ad ſupplicium, obſequijs plenis pietate tutati ſunt. Vide in hac fortuna etiam magnanimitatem, exitum mor tis ludibrio præferentem *Cluentium Pelignum Italicen- C. Vectium ſem, comprehenſum à cohortibus ſuis, ne Pompeio trade retur, ſeruus eius occìdit: ac ſe, ne domino ſuperſtes fieret, interemit. C. Gracchum ex Auentino fugientem Euporus ſeruus: uel (ut quidam tradunt) Philocrates: dum aliqua ſpes ſalutis erat, indiuulſus comes, qua potuit ratione, tu tatus eſt: ſuper occiſum deinde animã ſciſſis proprio uul nere uiſceribus effudit. Ipſum P. Scipionem Africani patrem, poſtquàm cum Annibale conflixerat, ſaucium in equum ſeruus impoſuit: & cæteris deſerentibus, ſolus in caſtra perduxit. Parum fuerit dominis præſtitiſſe iuuenti bus: quid quòd in his quoq; exigendæ uindictæ reperitur animoſitas? Nam Seleuci regis ſeruus, cum ſeruiret amico

eius

eius, à quo dominus fuerat interemptus, cœnantem in ultionẽ domini confodit. Quid quòd duas uirtutes, quæ inter nobiles quoque unicè claræ sunt, in uno uideo fuisse mancipio: imperium regendi peritiam, & imperium contemnendi magnanimitatẽ? Anaxilaus enim Messenius, qui Messanam in Sicilia condidit, fuit Rhegynorũ tyrannus. Is cum paruos relinqueret liberos, Mycitho seruo suo cõmendasse contentus est. Is tutelam sanctè gessit: imperiũq; tam clemẽter obtinuit, ut Rhegyni à seruo regi non dedignarentur. Perductis deinde in ætatem pueris, & bona, & imperiũ tradidit: ipse paruo uiatico sumpto profectus est, & Olympiæ cum summa tranquillitate cõsenuit. Quid etiã in cõmune seruilis fortuna profuerit, non pauSeruorũ opera fortitudoq; in bellis.
cis docetur. Bello Punico, cũ deessent qui scriberẽtur, serui pro dominis pugnaturos se polliciti, in ciuitatem recepti sunt: & Volones (quia sponte hoc uoluerunt) appellati. Volones
Ad Cannas quoq; uictis Romanis, octo millia seruorũ empta militauerũt: cumq; minoris captiui redimi possent, maluit se Respub. seruis in tanta tempestate cõmittere. Sed & post calamitatẽ apud Thrasumenũ notæ cladis acceptam, libertini quoq; in sacramentum uocati sunt. Bello sociali, cohortium duodecim ex libertinis conscriptarum opera memorabilis uirtutis apparuit. Cæsarẽ cũ milites in amissorum locum substitueret, seruos quoq; ab amicis accepisse, & eorum forti opera usum esse comperimus. Cæsar Augustus in Germania, & Illyrico cohortes libertinorũ cõplures legit: quas uoluntarias appellauit. Ac ne putes hæc in nostra tantum contigisse Repub. Borysthenitæ, oppugnante Zopyrione, seruis liberatis, datáq; ciuitate peregrinis, & factis tabulis nouis, hostem sustinere potuerunt. Cleomenes Lacedæmonius, cùm mille & quingenti soli

Lace

Lacedæmonij qui arma ferre possent, superfuissent: ex seruis manumissis bellatorum nouem millia conscripsit. Athenienses quoq; cõsumptis publicis opibus, seruis libertatẽ dederunt. Ac ne in solo uirili sexu extimes inter seruos extitisse uirtutes, accipe ancillarũ factum non minus memorabile: ac ne quo utilius Reipub. in ulla nobilitate reperias Nonis Iulijs diem festum esse ancillarũ, tam uulgò notum est, ut nec origo, nec causa celebritatis ignota sit. Iunoni enim Caprotinæ die illo liberæ pariter ancillæq; sacrificãt sub arbore caprifico: in memoriã Benignæ uirtutis, quæ ancillarum animis pro conseruatione publicæ dignitatis apparuit. Nam post urbẽ captam, cum sedatus esset Gallicus motus: res uerò publica esset ad tenue deducta: finitimi opportunitatem inuadendi Romani nominis aucupati, præfecerunt sibi Posthumiũ Liuiũ Fidenatium Dictatorem. Qui mandatis ad Senatum missis, postulauit: ut si uellent reliquias suæ ciuitatis manere, matres familiæ sibi, & uirgines dederentur. Cumq; patres essent in ancipiti deliberatione suspensi: ancilla nomine Tutela, seu Philotis, pollicita est, se cũ cæteris ancillis sub nomine dominarũ ad hostes ituram. Habituq; matrumfamiliâs, & uirginum sumpto, hostibus cum prosequentium lachrymis ad fidem doloris ingestæ sunt. Quæ cùm à Liuio in castris distributæ fuissent, uiros plurimo uino prouocauerunt, diem festum apud se esse simulantes. Quibus soporatis, ex arbore caprifico, quæ castris erat proxima, signũ Romanis dederũt. qui cùm repẽtina incursione superassent: memor beneficij Senatus, omnes ancillas manu iussit emitti: dotemq; eis ex publico fecit: & ornatum quo tunc erãt usæ, gestare concessit: diemq; ipsum Nonas Caprotinas nuncupauit, ab illa caprifico ex qua signum uictoriæ

Ancillarum facinus insigne.

Tutela Philotis.

ctoriæ ceperunt: ſacrificiumq; ſtatuit annua ſolennitate celebrandũ: cui lac quod ex caprifico manat, propter memoriam facti præcedentis, adhibetur. Sed nec ad philoſophandum ineptũ uel impar ſeruile ingeniũ fuit. Phædon ex cohorte Socratica, Socratiq; & Platoni perfamiliaris: adeo, ut Plato eius nomini librum illum diuinũ de immortalitate animæ dicaret: ſeruus fuit, forma atque ingenio liberali. Hunc Cebes Socraticus, hortante Socrate, emiſſe dicitur, habuiſſeq; in philoſophiæ diſciplinis: atq; is poſtea philoſophus illuſtris emerſit, ſermonesq; eius de Socrate admodum elegantes leguntur. Alij quoq; non pauci ſerui fuerunt, qui poſt philoſophi clari extiterunt. Ex quibus ille Menippus fuit, cuius libros M. Varro in Satyris æmulatus eſt: quas alij Cynicas, ipſe appellauit Menippeas.

Serui philoſophi. Ex Gel. lib. 2. cap. 18.

Sed & Philoſtrati Peripatetici ſeruus, Polus: & Zenonis Stoici ſeruus, qui Perſeus uocatus eſt: & Epicuri, cui Mys nomen fuit, philoſophi non incelebres illa ætate uixerunt. Diogenes etiam Cynicus, licet ex libertate in ſeruitutem uenũ ierat: quem cum emere uellet Xeniades Corinthius, & quid artificij nouiſſet percontatus eſſet: Noui, inquit Diogenes, hominibus liberis imperare. Tũc Xeniades reſponſum eius miratus, emiſit manu: filioſq; ſuos ei tradens, Accipe (inquit) liberos meos, quibus imperes. De Epicteto autẽ philoſopho nobili, quòd is quoq; ſeruus fuit recẽtior eſt memoria, quàm ut poſit inter obliterata neſciri. Cuius etiã de ſe ſcripti duo uerſus ferũtur ex quibus illud latenter intelligas, non omnino Dijs exoſos eſſe, qui in hac uita cũ ærumnarũ uarietate luctãtur: ſed eſſe arcanas cauſas, ad quas paucorũ potuit puenire curioſitas.

Apud Gel. lib. 2. cap. 18. Mus legitur.

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς,
Καὶ πενίῃ ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Habes

Habes (ut opinor) assertum, non esse fastidio despicien=
dum seruile nomen: & cum Iouem tetigerit cura de ser=
uo: & multos ex his fideles, prouidos, fortes, & philoso= Sigillariorum
phos etiam extitisse cõstiterit. Nũc de Sigillaribus, ne ri= origo quę fue=
dẽda me potius existimes, quàm sancta dixisse, paucis re= rit.
censendũ est. Epicadus refert, Herculẽ occiso Geryone, cũ
uictor per Italiam armenta duxisset, ponte, qui nũc Subli=
cius dicitur, ad tempus instructo, hominũ simulachra pro
numero sociorum, quos casu peregrinationis amiserat, in
fluuium demisisse: ut aqua secunda in mare deuecta, pro
corporibus defunctorum ueluti patrijs sedibus redderen=
tur: & inde usum talia simulachra fingendi inter sacra
mansisse. Sed mihi huius rei illa origo uerior extimatur,
quam paulò ante memini retulisse: Pelasgos postquàm fe=
licior interpretatio, capita, non uiuentium, sed *fictilia: & *fictitia
φως æstimationem, non solùm hominem, sed etiam lumen
significare docuisset, cœpisse Saturno cereos potius accen
dere: & in sacellum Ditis aræ Saturni cohærens oscilla
quædam pro suis capitibus ferre. Ex illo traditum, ut ce=
rei Saturnalibus mißitarentur, & sigilla arte fictili finge
rentur, ac uenalia pararentur: quæ homines pro se, atque
suis piaculum pro Dite Saturno facerent. Ideo Saturna=
libus talium commerciorum celebritas cœpta, septem occu
pat dies, quos tantum feriatos facit esse, nõ festos omnes.
Nam medio, id est, decimotertio Calendas festum proba=
uimus: & alijs hoc assertionibus ab his probatum est, qui
rationem anni, mensium, dierumq;, & ordinationẽ à Cæ=
sare digestam plenius retulerunt.

Quomodo annum ordinauerit Romulus. CAP. XII.

CVmq; hic finem loquendi facere uellet, subiecit Au=
relius Symmachus, * Perge mi Prætextate eloquio *Pergin⁹

tam dulci de anno quoq; edisſertare, antequàm experiaris molestiam conſulentis: ſi quis fortè de præſentibus ignorat, quo ordine uel apud priſcos fuerit, uel certioribus postea regulis innouatus ſit. Ad quod diſcendum, ipſe mihi uideris audientium animos incitaſſe, de diebus menſi additis diſſerendo. Tum ille eodem ductu orandi reliqua contexit. Anni certus modus apud ſolos ſemper Aegyptios fuit: aliarum gentium diſpari numero, pari errore nutabat. Et ut contentus ſim referendo paucarum morem regionum, Arcades annum ſuum tribus menſibus explicabant: Acarnanes ſex: Græci reliqui trecentis quinquaginta quatuor diebus annum proprium computabant. Non igitur mirum in hac uarietate, Romanos quoq; olim autore Romulo, annum ſuum decem habuiſſe mẽſibus ordinatum. Quia annus à Martio incipiebat, & cõficiebatur diebus CCCIIII. Vt ſex quidem menſes, id eſt, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, December tricenûm eſſent dierũ: quatuor uerò, Martius, Maius, Quintilis, October, tricenis & ſingulis expedirentur, qui hodieq; ſeptimanas habent nonas, cæteri quintanas. Septimanas autem habentibus ab Idibus reuertebantur Calendæ ad diem ſeptimumdecimum. Verũ habentibus quintanas, ad decimumoctauum remeabat initiũ Calendarum. Hæc fuit Romuli ordinatio, qui primũ anni menſem genitori ſuo Marti dicauit: quem menſem anni primum fuiſſe, uel ex hoc maximè probatur, quòd ab ipſo Quintilis quintus eſt, & deinceps pro numero nominabantur. Huius etiam die prima, ignem nouum Veſtæ aris accendebant: ut incipiẽte anno, cura denuo ſeruandi nouati ignis inciperet. Eodem quoq; ingrediente menſe, tam in regia, curijsq;, atq; Flaminũ domibus, laureæ ueteres nouis laureis

Anni incertitudo:

Primus menſis, Martius.

reis mutabantur. Eodem quoq; mense & publicè, & priuatim ad Annam perennam sacrificatum itur: ut annare, perennareq; commodè liceat. Hoc mense mercedes exoluebant magistris, quas completus annus deberi fecit. Comitia auspicabantur, uectigalia locabant. Et seruis cœnas apponebãt matronæ: ut domini, Saturnalibus: illæ, ut principio anni ad promptum obsequium honore seruos inuitarent: hi, quia gratiam perfecti operis exoluerent. Secundum mensem nominauit Aprilem, ut quidam putant, cum aspiratione: qua Aphrilem, à spuma, quã Græci uocant ἀφρὸν, unde orta Venus creditur. Et hanc Romuli asserunt fuisse rationem, ut primum quidem mensem à patre suo Marte, secundum ab Aeneæ matre Venere nominaret: & hi potissimum anni principia seruarẽt, à quibus esset Romani nominis origo: cùm hodie quoque in sacris Martem, patrem, Venerem, genitricem uocemus. Alij putant Romulũ uel altiore prudẽtia, uel certi numinis prouidentia, ita primos ordinasse menses, ut cùm præcedens Marti esset dicatus, deo plerunq; hominum necatori, ut Homerus ait naturæ conscius, ἄρες ἄρες βροτολοιγὲ μιαιφόνε τειχεσιπλῆτα: secundus Veneri dicaretur, quæ uim eius, quasi beneficia leniret. Nam & in duodecim zodiaci signis, quorum certa certorum numinum domicilia creduntur: cùm primum signũ Aries Marti assignatus sit, sequẽs mox Venerem, id est, Taurus, accepit. Et rursus è regione Scorpius ita diuisus est, ut Deo esset utriq; cõmunis. Nec existimatur cœlesti ratione carere ipsa diuisio. Siquidẽ aculeo uelut potentissimo telo pars armata posterior, domiciliũ Martis est: priorẽ uerò partẽ, cui ζυγὸς apud Græcos nomen est, nos libram uocamus, Venus accepit: quæ uelut iugocõcordi iungit matrimonia, amicitiasq; cõponit. Sed

Anna soror Didonis.

Secũdus, Aprilis.

Ἰλιαδ. 2. Macrobius etheton.

*Cincius *Cingius in eo libro, quem de Fastis reliquit, ait imperitè quosdam opinari Aprilẽ mensem antiquos à Venere dixisse, cùm nullus dies festus, nullumq; sacrificium insigne Veneri per hunc mensem à maioribus institutum sit. Sed ne in carminibus quidem Saliorum Veneris ulla, ut cæterorum cœlestium, laus celebratur.* Cingio etiam Varro consentit, affirmans nomen Veneris ne sub regibus quidẽ apud Romanos, uel Latinum uel Græcum fuisse: & ideo non potuisse mẽsem à Venere nominari. Sed cùm ferè ante æquinoctiũ uernum triste sit cœlum, & nubibus obductum: sed & mare nauigantibus clausum: terræ etiã ipsæ aut aqua, aut pruina, aut niuibus cõtegantur, eaq; omnia uerno, id est, hoc mense, aperiantur: arbores quoq; nec minus cætera quæ continet terra, aperire se in germen incipiant: ab his omnibus mensem Aprilẽ dici meritò credendum, quasi Aperilẽ: sicut apud Athenienses ἀφροδισιῶνα idẽ mensis uocatur, ab eo, quòd hoc tẽpore cũcta floreſcant. Non tamen negat Verrius Flaccus hoc die postea constitutum, ut matronæ Veneri sacrum facerent. Cuius rei causam, quia huic loco non conuenit, prætereundũ est. Maium Romulus tertiũ posuit, de cuius nomine inter autores lata dissensio est. Nã Fuluius Nobilior in Fastis, quos in æde Herculis Musarũ posuit, Romulum dicit, postquã populũ in maiores, *minoresq; diuisit, ut altera pars consilio, altera armis Rempub. tueretur: in honorem utriusq; partis, hunc Maium, sequentem Iunium mensem uocasse. Sunt qui hũc mẽsem ad nostros fastos à Tusculanis trãsisse commemorent: apud quos nunc quoque uocatur Deus Maius, qui est Iupiter, à magnitudine scilicet, ac maiestate dictus. *Cingius mẽsem nominatũ putat à Maia, quam Vulcani dixit uxorem: argumẽtoq; utitur, quod Flamen

*Cincius

*Cincio

Aprilis quasi aperilis

Floralia

Tertius. Maius.

*iuniores

*Cincius

Maius Deus Iupiter.

Vulc

Vulcanalis Calendis Maijs huic Deæ rem diuinam facit. Sed Piso uxorẽ Vulcani Maiestam, non Maiam dicit uocari. Cõtendunt alij Maiam Mercurij matrẽ mensi nomẽ dedisse: hinc maximè probãtes, quòd hoc mense mercatores omnes Maiæ pariter, Mercurioq; sacrificant. Affirmant quidam, quibus Cornelius Labeo consentit, hãc Maiam, cui mense Maio res diuina celebratur, terrã esse: hoc adeptam nomẽ, à magnitudine: sicut & Mater magna in sacris uocatur: assertionemq; extimationis suæ etiam hinc colligunt, quòd sus prægnans ei mactatur, quæ hostia est propria terræ. Et Mercuriũ ideo illi in sacris adiungi dicunt: quia uox nascenti homini terræ contactu datur. Scimus autẽ Mercurium uocis, & sermonis potentẽ. Autor est Cornelius Labeo, huic Maiæ, id est, terræ, ædem Calendis Maijs dedicatã, sub nomine Bonæ deæ: & eandem esse Bonã deam & terrã, ex ipso ritu occultiore sacrorũ doceri posse confirmat. Hanc eandem, etiam Bonam, Faunamq;, Opemq;, & Fatuam, Pontificum libris indigitari. Bonam, quòd omniũ nobis aduictum bonorum causa est: Faunã, quòd omni usui animãtiũ fauet: Opẽ, quòd ipsius auxilio uita constet: Fatuam à fando, quòd (ut suprà diximus) infantes partu editi, nõ prius uocẽ edunt, quàm attigerint terram. Sunt qui dicant hanc Deam potentiam habere Iunonis: ideoq; regale sceptrũ in sinistra manu ei additum. Eandem alij Proserpinã credunt, porcaq; ei rem diuinam fieri: quia segẽtẽ quam Ceres mortalibus tribuit, porca depasta est. Alij χθονίαν ἑκάτην. Bœoti Semelã credunt, necnon eandem Fauni filiam dicunt: obstitissęq; uoluntati patris in amorem suum lapsi, ut & uirga myrtea ab eo uerberaretur: cùm desiderio patris, nec uino ab eodem pressa, cessisset: transfigurasse se tamen in serpentem

Maiæ varia nomina.

Maia Mater magna in sacris vocatur.

Mercurius vocis et sermonis potens

+ indigitari

+ premere vi

pater creditur, & coisse cum filia. Horum omnium hoc proferunt indicij, quòd uirgam myrteam in templo habe ri nefas sit: quòd super caput eius extendatur uitis, qua maximè eam pater decipere tentauit: quòd uinum in tem plũ eius nõ suo nomine soleat inferri, sed uas in quo uinũ inditum sit, mellarium nominetur, & uinum lac nuncupe tur: serpentesq; in templo eius nec terrentes, nec timẽtes indifferenter appareant. Quidam Medeam putant, quòd in æde eius omne genus herbarum sit, ex quibus antistites dant plerunque medicinas: & quòd templum eius uirum introire non liceat, propter iniuriã, quam ab ingrato uiro Iasone perpessa est. Hæc apud Græcos θεὸς γυναικεία dicitur, quam Varro filiã Fauni tradidit: adeò pudicam, ut extra γυναικωνίτιν nũquam sit egressa, nec nomẽ eius in publico fuerit auditum, nec uirum unquam uiderit, uel à uiro uisa sit: propter quod nec uir templum eius ingreditur. Vnde & mulieres in Italia sacro Herculis nõ licet interesse: quia Herculi, cum boues Geryonis per Italiæ agros duceret, sitienti respondit mulier, aquam se nõ posse præstare, quòd fœminarum deæ celebraretur dies: nec ex eo apparatu uiris gustare fas esset. Propter quod Hercules facturus sacrum, detestatus est præsentiam fœminarum: & Potitio ac Pinario sacrorum custodibus iussit, ne mulierem interesse permitterẽt. Ecce occasio nominis, quo Maiam esse eandẽ, & Terram, & Bonam deam diximus: coëgit nos de Bona dea quæcunq; cõperimus protulisse. Iunius Maium sequitur, aut ex parte populi (ut suprà diximus) nominatus: aut (ut Cingius arbitratur) quòd Iunonius apud Latinos antè uocitatus, diúq; apud Aricinos, Prænestinosq; hac appellatione in fastos relatus sit: adeò, ut (sicut Nisus in cõmentarijs Fastorũ dicit)

Dea Bona.

γυναικωνίτις, gynęceum uel mulierum cõclaue dicitur.

Quartus, Iunius.

apud

apud maiores quoq; nostros hæc appellatio mensis diu manserit: sed pòst detritis quibusdam literis, ex Iunonio Iunius dictus sit. Nam & ædes Iunoni Monetæ Calend. Iunijs dedicata est. Nonnulli putauerunt Iunium mensem à Iunio Bruto, qui primus Romæ consul factus est, nomi-
natũ: quòd hoc mẽse, id est, Calend. Iunijs, pulso Tarquinio, sacrum Carneæ deæ in Cælio monte uoti reus fecerit. Hanc deam uitalibus humanis præesse credunt. Ab ea denique petitur, ut iecinora & corda, quæq; sunt intrinsecus uiscera, salua conseruet. Et quia cordis beneficio, cuius dissimulatione Brutus habebatur idoneus emendationi publici status extitit, hanc deam, quæ uitalibus præest, templo sacrauit. Cui pulte fabaria & larido sacrificatur: cc fabaria
quòd uires maximè his rebus corporis roborentur. Nam cc
& Calend. Iuniæ fabariæ uulgò uocantur: quia hoc mense adultæ fabæ diuinis rebus adhibentur. Sequitur Iulius, qui cum secundum Romuli ordinationem Martio anni tenente principium, Quintilis à numero uocaretur: nihilominus tamen etiam post præpositos à Numa Ianuarium ac Februarium, retinuit nomen: cùm non uideretur iam quintus esse, sed septimus. Sed postea in honorem Iulij Cæsaris Dictatoris, legem ferente M. Antonio Marci filio consule, Iulius appellatus est: quòd hoc mense ad quartum Idus Quintilis, Iulius procreatus sit.

Quintus, Iulius: qui antè dictꝰ fuit Quintilis.

Augustus deinde est, qui Sextilis antea uocabatur, donec honori Augusti daretur ex senatusconsulto, cuius uerba subieci: Cùm imperator Cæsar Augustus mense Sextili, & primum consulatum inierit, & triumphos tres in cc
urbẽ intulerit: & ex Ianiculo legiones deductæ, secutæq; cc
sint eius auspicia, ac fidẽ: & Aegyptus hoc mense in po- cc
testatem populi Romani redacta sit: finisq; hoc mense cc

Sextus Augustus, qui antea Sextilis.

» bellis ciuilibus impositus sit: atq; ob has causas hic mensis
» huic imperio felicissimus sit, ac fuerit, placere senatui, ut
» mensis Augustus appelletur. Idem plebiscitum factum ob eandem rem, Sex. Pacubio tribuno plebem rogante.

Septimus, September. Octauus, October: cui Nouember, Decemberq; succedunt.

Mensis September principalem sibi retinet appellationem, ex Germanici appellatione.

Octobrem uerò suo nomine Domitianus inuaserat. Sed ubi infaustum uocabulum ex omni ære, uel saxo placuit eradi: menses quoq; usurpatione tyrannicæ appellationis exuti sunt. Cautio postea principum cæterorum diri omi nis infausta uitantium, mensibus à Septembri usq; ad Decembrem prisca nomina reseruauit.

Hæc fuit à Romulo annua ordinata dimensio, qui (sicut suprà iam diximus) annum decem mensium, dierum uerò quatuor & trecentorum habendum esse constituit: mensesq; ita disposuit, ut quatuor ex his tricenos & singulos: sex uerò tricenos haberent dies. Sed cùm is numerus neq; solis cursui, neq; lunæ rationibus cõueniret: non nunquam usu ueniebat, ut frigus anni æstiuis mensibus, & contrà calor hyemalibus proueniret. Quod ubi contigisset, tantum dierum sine ullo mensis nomine patiebantur assumi, quantũ ad id anni tempus adduceret: quo cœli habitus instanti mensi aptus inueniretur.

De ordinatione anni per Numam: & quæ causa fuerit intercalandi: quoq; tempore primum intercalatũ sit. CAP. XIII.

Anni diuisio per Numam.

SEd secutus Numa, quantum sub cœlo rudi, & seculo adhuc impolito, solo ingenio magistro comprehendere potuit: uel quia Græcorum obseruatione forsan instructus est, quinquagĩta dies addidit: ut in trecẽtos quinquaginta quatuor dies, quibus duodecim lunæ cursus cõfici

fici credidit, annus extenderetur: atq; his quinquaginta à se additis, adiecit alios sex, retractos illis sex mẽsibus, qui triginta habebãt dies, id est, de singulis singulos: factosq; quinquaginta & sex dies, in duos nouos menses pari ratione diuisit: ac de duobus priorem Ianuarium nuncupauit, primumq; anni esse uoluit: tanquam bicipitis Dei mensem, respicientem ac prospicientem transacti anni finem, futuriq; principia. Secundum dicauit Februo Deo, qui lustrationũ potẽs creditur. Lustrari autẽ eo mẽse ciuitatẽ necesse erat, quo statuit, ut iusta dijs manibus soluerentur.

Numæ ordinationem finitimi mox secuti: totidem diebus, totidemq; mensibus, ut Pompilio placuit, annũ suum cõputare cœperunt. Sed hoc solo discrepabãt, quòd menses undetricenum, tricenumq;, in numero alternauerunt. Paulò pòst Numa in honorem imparis numeri, secretum hoc & ante Pythagoram parturiente natura, unũ adiecit diem, quẽ Ianuario dedit, ut tam in anno quàm in mensibus singulis, præter unum Februarium, impar numerus seruaretur. Nam quia duodecim mẽsesſi singuli aut pari, aut impari numero putarentur, consummationem parem facerent: unus pari numero institutus, uniuersam putationem imparẽ fecit. Ianuarius igitur, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, December, undetricenis censebantur diebus: & quintanas Nonas habebant. Ac post Idus in omnibus septemdecim ad Calendas computabantur. Martius uerò, Maius, Quintilis & October, dies tricenos singulos poßidebant: Nonæ in his septimanæ erãt. Similiterq; post Idus, decem & septem dies in singulis, usq; ad sequentes Calendas computabantur. Sed solus Februarius uiginti & octo retinuit dies: quaſi Inferis & diminutio, & par numerus conueniret.

Intercalationis causa.

Cum ergo Romani ex hac distributione Pompilij, ad Lunæ cursum, sicut Græci, annum proprium computarẽt: necessariò & intercalarẽ mensem instituerũt, more Græcorum. Nam & Græci cùm animaduerterent, temerè se trecentis quinquaginta quatuor diebus ordinasse annum: quoniam appareret de solis cursu, qui trecentis sexaginta quinq; diebus, & quadrante zodiacum cõficit, deesse anno suo undecim dies & quadrantem: intercalares statuta ratione cõmenti sunt. Ita ut octauo quoq; anno nonaginta dies, ex quibus tres menses tricenûm dierum composuerunt, intercalarent. Id Græci fecerunt, quoniam erat operosum atq; difficile, omnibus annis undecim dies, & quadrantem intercalare. Itaq; maluerunt hunc numerũ octies multiplicare, & nonaginta dies, qui nascũtur, si quadrãs cum diebus undecim octies componatur, inserere, in tres menses (ut diximus) distribuẽdos. Hos dies ὑπερβάλλοντας, menses uerò ἐμβολίμους appellabant. Hunc ergo ordinem Romanis quoque imitari placuit: sed frustra. quippe fugit eos, diem unum, sicut suprà admonuimus, additũ à se ad Græcum numerũ, in honorẽ imparis numeri. Ea re per octennium conuenire numerus, atq; ordo nõ poterat. Sed nondum hoc errore comperto, per octo annos, nonaginta quasi superfundendos Græcorum exemplo computabant dies: alternisq; annis binos & uicenos, alternis ternos uicenosq; intercalares expensabant intercalationibus quatuor. Sed octauo quoque anno, intercalatores octo affluebant dies ex singulis, quibus uertentis anni numerũ apud Romanos super Græcũ abundasse iam diximus. Hoc quoque errore iam cognito, hæc species emẽdationis inducta est. Tertio quoq; octennio ita intercalandos dispensabant dies: ut non nonaginta, sed sexaginta sex intercalarent:

compen

compensatis uiginti quatuor diebus pro illis, qui per totidem annos supra Græcorum numerum creuerant. Omni autem intercalationi mẽsis Februarius deputatus est: quoniam is ultimus anni erat. Quod etiam ipsum de Græcorum imitatione faciebãt. Nam & illi ultimo anni sui mẽsi, superfluos interserebant dies: ut refert Glaucippus, qui de sacris Atheniẽsium scripsit. Verum una re à Græcis differebant: nam illi confecto ultimo mense: Romani non confecto Februario, sed post uigesimum tertium diem intercalabãt, Terminalibus scilicet iam peractis. Deinde reliquos Februarij mẽsis dies, qui erant quinq; post intercalationem subiungebãt: credo uetere religionis suæ more, ut Februarium omnino Martius sequeretur.

Sed cum sæpe cueniret, ut nundinæ modo in anni principem diem, modo in Nonas caderẽt: utrunq; autem perniciosum Reipublicæ putabatur: remedium, quo hoc auerteretur, excogitatum est. Quod aperiemus, si prius ostenderimus, cur nundinæ uel primis Calẽdis, uel nonis omnibus cauebantur. Nam quoties incipiẽte anno, dies cœpit, qui adiectus est nũdinis: omnis ille annus infaustis casibus luctuosus fuit: maximeq; Lepidiano tumultu opinio ista firmata est. De nundinarũ die.

Nonis autem conuentus uniuersæ multitudinis uitandus existimabatur: quoniam populus Romanus, exactis etiam regibus, diem hunc Nonarum maximè celebrabat, quem natalem Ser. Tullij existimabant. Quia cum incertum esset, quo mense Ser. Tullius natus esset: Nonis tamen natũ esse constaret: omnes Nonas celebri notitia frequentabant. Veritos ergo qui diebus præerant, ne quid nundinis collecta uniuersitas ob regis desideriũ nouaret: cauisse, ut Nonæ à nundinis segregarentur. Vnde dies ille, quo *lætitia

abund

abundare annũ diximus, eorum est permissus arbitrio, qui fastis præerant: ut, cùm uellent, intercalarent: dũmodo eũ in medio Terminaliorum, uel mensis intercalaris ita locarent, ut à suspecto die celebritatẽ auerterent nundinarum. Atq; hoc est, quod quidam ueterum retulerunt: non solùm mensem apud Romanos, uerumetiam diem intercalarem fuisse.

Quo tempore primùm intercalatum sit.

Quando autem primùm intercalatum sit, uariè refertur: & Macer quidem Licinius eius rei originem Romulo assignat. Antiâs libr. 2. Numam Pompilium sacrorum causa id inuenisse contendit. Iunius Ser. Tullium regem, primum intercalasse cõmemorat: à quo & nundinas institutas Varroni placet. Tuditanus refert lib. 3. magistratuũ, Decemuiros, qui decem tabulis duas addiderunt, de intercalando populum rogasse. Cassius eosdem scribit autores. Flauius id egisse Martium Consulem dicit, ab urbe condita anno quingentesimo sexagesimo secundo, inito mox bello Aetolico. Sed hoc arguit Varro: scribẽdo, antiquissimam legem fuisse incisam in columna ærea, à L. Pinatio & Furio Consulibus, cui mentio intercalaris ascribitur. Hæc de intercalandi principio satis relata sint.

Quem in modum primum Iulius, deinde Augustus Cæsares annum correxerint. CAP. XIIII.

VErùm fuit tempus, cùm propter superstitionẽ intercalatio omnis omissa est: nõnunquam ucro per gratiam sacerdotum, qui cùm publicanis proferri, uel immunui consulto anni dies uolebant, modo auctio, modo retractio dierum proueniebat, & sub specie obseruationis, emergebat maior confusionis occasio.

Sed postea C. Cæsar omnem hanc inconstantiam temporum, uagam adhuc & incertam, in ordinem statutæ definit

finitionis coëgit: adnitente sibi M. Flauio scriba: qui scriptos dies singulos ita ad Dictatorem retulit: ut & ordo eorũ inueniri facilimè posset, & inuẽto certus status perseueraret. Ergo C. Cæsar exordiũ nouæ ordinationis initurus: dies omnes, qui confusionem adhuc poterant facere, cõsumpsit: eaq; re factũ est, ut annus cõfusionis ultimus, in CCCCXLIII. dies protenderetur. Post hoc imitatus Aegyptios, solos diuinarum rerum omnium conscios, ad numerum solis, qui diebus CCCLXV. & quadrante cursum conficit, annum dirigere cõtendit. Nam sicut Lunaris annus mẽsis est, quia Luna paulò minus quàm mensem in zodiaci circuitione consumit: ita Solis annus hoc dierum numero colligendus est, quem peragit, dum ad id signum se denuo uertit, ex quo digressus est. Vnde annus uertens uocatur: & habetur magnus, cũ Lunæ annus breuis putetur. Horum Vergilius utrunq; complexus est:

Aegyptij soli diuinarũ rerũ conscij.

Interea magnum Sol circumuoluitur annum. Aeneid. 3.

Hinc Atteius Capito annum à circuitu temporis putat dictum: quia ueteres an, pro circum ponere solebãt, ut Cato in Originibus oratorũ: An terminum, id est, circum terminum: & ambire, pro circumire. Iulius ergo Cæsar decẽ dies obseruationi ueteri superadiecit: ut annũ CCC. & LXV. dies, quibus Sol lustrat zodiacum, efficerẽt. Et ne quadrans deesset, statuit ut quarto quoq; anno Sacerdotes qui curabant, mensibus ac diebus unum intercalarent diem: eo scilicet mense ac loco, quo etiam apud ueteres mensis intercalabatur: id est, ante quinq; ultimos Februarij mensis dies: idq; bisextum censuit nominandum. Dies autem X. quos ab eo additos diximus, hac ordinatione distribuit: In Ianuarium, & Sextilem, & Decembrem binos dies inseruit: In Aprilem autẽ, Iunium, Septembrem, Nouemb

An, pro circum apud ueteres.

Nouembrem, singulos. Sed neque mensi Februario addidit diem, ne Deo infero religio immutaretur: & Martio, Maio, Quintili, Octobri seruauit pristinũ statum, quòd satis pleno erant numero, id est, dierum singulorum tricenorumq;. Ideo & septimanas habent Nonas, sicut Numa constituit, quia nihil in his Iulius mutauit. Sed Ianuarius, Sextilis, December, quibus Cæsar binos dies addidit, licet tricenos singulos habere post Cæsarem cœperint, quintanas tamẽ habent Nonas, & ab Idibus illis sequẽtes Calẽdas, in undeuiceſimũ reuertuntur. Quia Cæsar quos addidit dies, neq; ante Nonas, neq; ante Idus inſerere uoluit, ne Nonarum aut Iduum religionẽ, quæ ſtatuto erat die, nouella cõperendinatione corrumperet. Sed nec post Idus mox uoluit inſerere: ne feriarũ quarumq; uiolaretur indictio. Sed peractis cuiuſq; mẽſis ferijs, locũ diebus aduenis fecit. Et Ianuario quidem dies, quos dicimus quartum, & tertium Calend. Februarias dedit: Aprili, tertium Calend. Maias: Iunio, tertiũ Calẽd. Iulias: Auguſto quartum & tertium Calend. Septembris: Septembri, tertiũ Calend. Octobris: Nouẽbri, tertium Calend. Decembris: Decembri uerò, quartum & tertiũ Calend. Ianuarias. Ita factum eſt, ut cùm omnes hi mẽſes, quibus dies addidit, ante hanc ordinationem habuiſſent menſis ſequentis Calendas ad ſeptimumdecimũ reuertentes, poſteà ex augmento additorum dierum, hi qui duos acceperunt, ad nonumdecimum: qui uerò unũ, ad octauumdecimũ haberẽt reditum Calẽdarum. Feriarũ tamẽ cuiuſq; mẽſis ordo ſeruatus eſt. Nam ſi cui ferè tertius ab Idibus dies feſtus aut feriatus fuit: & cũ ad ſextumdecimũ dicebatur, etiã poſt augmentum dierũ, eadẽ religio ſeruata eſt, ut tertio ab Idibus die celebraretur: licet ab incremẽto nõ iam ad decimũſextum

Calend

Calẽdas, sed ad septimumdecimũ si unus, ad decimũoctauum, si duo sunt additi, diceretur. Nam ideo nouos dies circa finẽ cuiusq; mẽsis inseruit, ubi finẽ omnium, quæ in mense erant, reperit feriarum: adiectosq; omneis à se dies fastos notauit: ut maiorem daret actionibus libertatem: & non solùm nullũ nefastũ, sed nec comitialẽ quenq; de adiectis diebus instituit: ne ambitionẽ magistratuũ augeret adiectio. Sic annum ciuilem Cæsar, habitis ad Lunam dimensionibus, cõstitutum, edicto palàm posito publicauit.

Et hucusq; error stare potuisset: ni Sacerdotes sibi errorem nouum ex ipsa emendatione fecissent. Nam cùm oporteret diem, qui ex quadrantibus conflit, quarto quoq; anno cõfecto, antequàm quintus inciperet, intercalare: illi quarto non peracto, sed incipiente, intercalabant. Hic error sex & triginta annis permansit: quibus annis intercalati sunt dies duodecim, cùm debuerint intercalari nouẽ. Sed hunc quoq; errorem serò deprehensum correxit Augustus, qui annos duodecim sine intercalari die transigi iussit: ut illi tres dies, qui per annos triginta & sex uitio Sacerdotalis festinationis excreuerant, sequentibus annis duodecim, nullo die intercalato, deuorarentur. Post hoc unum diem secundum ordinationẽ Cæsaris, quinto quoq; incipiente anno, intercalari iussit: & omnẽ hunc ordinem æreæ tabulæ, ad æternam custodiam, incisione mandauit.

Anni correctio per Augustum facta.

De Calendis, Idibus, ac Nonis. CAP. XV.

TVnc Horus: Dies quidem hic, inquit, intercalaris, antequàm quintus annus incipiat, inserendus, cum Aegypti matris artium ratione consentit. Sed in illorum mensibus explicandis uidetur operosum, quos tricenûm dierum omnes habent: eò quòd explicitis duodecim mẽsibus, id est, CCCLX. diebus exactis, tunc inter Augustũ atq;

Proponit Horus ea de quibus deinceps disputabitur.

atq; Septembrem reliquos quinq; dies anno suo reddunt: adnectentes quarto quoq; anno exacto intercalarem, qui
» ex quadrantibus cõfit. At hic, nõ à primo in ultimũ men-
» sis diem ad incremẽtum continuum numerus accedit: sed
» post Calendas dirigitur in Nonas, inde ad quasdam Idus
» deflecti audio: pòst rursus, ni fallor, imò ut nunc quoq; re
» tulisti, in sequẽtes Calendas. Quæ omnia quid sibi uelint,
» scire equidem uellem. Nam illud nec consequi posse me
spero, ut uocabula comprehendã, quæ singulis apud uos diebus adduntur: dum alios fastos, uarijsq; alios nominibus nuncupatis. Nundinas quoque uestras nescire me fateor, de quibus obseruatio tam diligens, tam cauta narratur. Hæc nec mihi erubescendũ est ignorare, peregrino: à te uerò, Prætextate, discere nec ciuem puderet. Tũc Prætextatus: Non solum tibi, inquit, Hore, cum sis Aegypto oriundus, sed ne nobis quidem, quibus origo Romana est, erubescendum puto quærere, quod quæsitu dignũ omnes uctores putauerunt. Nam de Calendis, Nonis, & Idibus, deq; feriarum uarijs obseruationibus, innumeros autores cura quæstionis exercuit: & ideo nos quæ de his ab omnibus dicta sunt, in unum breuiter colligemus. Romulus cùm ingenio acri quidẽ, sed agresti, statum proprij ordinaret imperij, initium cuiusq; mensis ex illo sumebat die, quo nouã lunam contigisset uideri. Quia uerò non continuò euenit, ut eodem die semper appareat, sed modo tardius, modo celerius ex certis causis uideri solet: cõtigit, ut dum tardius apparuit, præcedẽti mensi plures dies: aut cũ celerius, pauciores darẽtur: & singulis quibusq; mẽsibus perpetuam numeri legẽ primus casus addixit. Sic factum est, ut alij triginta & unum, alij undetriginta sortirentur dies. Omnibus tamen mensibus ex die Nonarum, Idus no

Initium mensis cujusq;, et quot singulorum fuerint dies ex ordinatione Romuli.

no die

no die repræsentari placuit: & inter Idus ac sequentes Calendas constitutum est, sexdecim dies esse numerandos. Ideo mensis uberior, duos illos quibus augebatur dies, inter Calendas suas & Nonas habebat. Hinc alijs quintus à Calendis dies, alijs septimus Nonas facit. Cæsar tamen (ut suprà diximus) stata sacra custodiens: nec in illis mensibus, quibus binos adiecit dies, ordinẽ uoluit mutare Nonarum: quia peractis totius mensis ferijs, dies suos rei diuinæ cautus inseruit. Priscis ergo temporibus, antequam fasti à Cn. Flauio scriba inuitis patribus, in omnium notitiã proderentur, Pontifici minori hæc prouincia delegabatur: ut nouæ lunæ primum obseruaret aspectum: uisamq; regi sacrificulo nuntiaret. Itaq; sacrificio à Rege & minore Pontifice celebrato, idem Pontifex, calata, id est, uocata in Capitolium plebe, iuxta curiam *Calabram, quæ casæ Romuli proxima est, quot numero dies à Calendis ad Nonas supereſſent, pronuntiabat: & quintanas quidem quinquies dicto uerbo καλῶ, septimanas repetito septies prædicabat. Verbum autem καλῶ Græcum est, id est, uoco: & hũc diem qui ex his diebus qui calarentur primus esset, placuit Calendas uocari. Hinc & ipsi curiæ, ad quam uocabantur, *Calabræ nomen datum est: & Claßi, quòd omnis in eam populus uocaretur. Ideo autem minor Pontifex numerum dierum, qui ad Nonas supereſſent, calando prodebat, quòd post nouam lunam oportebat Nonarum die populares, qui in agris essent, cõfluere in urbem, accepturos causas feriarum à Rege sacrorum: sciturosq; quid esset eo mense faciendum. Vnde quidam hinc Nonas extimant dictas: quasi nouæ initium obseruationis: uel quòd ab eo die semper ad Idus nouem dies putentur. Sicut apud Tuscos Nonæ plures habebantur: quòd hi nono quoq; die Re-

*calatum

Calendæ unde dictæ.

*calatæ

Nonæ.

Idus unde uocatæ.

gem suum salutabant, & de proprijs negotijs cõsulebant. *Idis Iduum porrò nomen à Tuscis apud quos is dies *Itis uocatur, sumptum est. Item autem illi interpretabantur Iouis fiduciam. Nam cum Iouem accipiamus lucis autorem, unde & Lucetium Salij in carminibus canunt: & Cretenses Διὰ τὸ ἡμέραν uocant: ipsi quoq; Romani Diespitrem appellant, ut diei patrem: iure hic dies Iouis fiducia uocatur, cuius lux cum solis occasu non finitur, sed splendore diei & noctis continuat, illustrante luna: quod semper in plenilunio, id est, medio mense, fieri solet. Diem uerò, qui uel nocturnis caret tenebris, Iouis fiduciam Tusco nomine uocauerunt. Vnde & omnes Idus *Iouis ferias obseruandas sanxit antiquitas. Alij putant Idus, quòd ea die plena luna uideatur, à uidendo uidus appellatas, mox literâ u, detractam: sicut contrà, quod Græci ἰδεῖν dicunt, nos u, litera addita, uidere dicimus. Nonnullis placet, Idus dictas uocabulo Græco ἀπὸ τῆς εἴδους: quòd eo die plenam speciem luna demonstret. Sunt qui existiment, Idus ab oue iduli dictas, quam hoc nomine uocant Tusci, & omnibus Idibus ouis immolatur à Flamine. Nobis illa ratio nominis uero propior existimatur: ut Idus uocemus diem, qui diuidit mensem. Iduare enim Hetrusca lingua diuidere est: unde uidua quasi ualde idua, id est, ualde diuisa: aut uidua, id est, à uiro diuisa.

*Iouis feriatas

Vidua

Calendæ Iunoni sacræ.

Vt autem Idus omnes Ioui, ita omnes Calendas Iunoni tributas, & Varronis, & Pontificalis confirmat autoritas. Quod etiam Laurentes patrijs religionibus seruãt, qui & cognomen Deæ ex ceremonijs addiderunt, Calendarem Iunonẽ uocantes. Sed & omnibus Calendis à mẽse Martio ad Decembrem huic Deæ Calendarũ die supplicant. Romæ quoq; Calend. omnibus præter quod Pontifex

fex minor, in curia* Calabra rem diuinam Iunoni facit: e- * calata
tiam regina sacrorũ, id est, Regis uxor, porcam uel agnã
in regia Iunoni immolat: à qua etiam Ianum Iunoniũ co-
gnominatum diximus, quòd illi Deo omnis ingressus, huic
Deæ cuncti Calendarũ dies uidentur ascripti. Cũ enim ini
tium mensiũ maiores nostri ab exortu lunæ seruauerint,
iure Iunoni Calendas addixerũt: lunam ac Iunonẽ eandẽ
putantes: uel quia luna per aërem meat, unde & Græci lu
nam ἀπὸ τοῦ ἀείρεσθαι nuncupauerunt, quasi ἀειρομένην, quòd aëra
secat: Iuno autem aëris arbitra est, meritò initia mensium,
id est, Calendas huic Deæ consecrauerunt. Nec hoc præ- Dies religiosi copulandis nuptijs.
termiserim, quòd nuptijs copulandis Calendas, Nonas, & Idus religiosas, id est, deuitandas censuerunt. Hi enim dies præter Nonas feriati sunt. Ferijs autem uim cuiquam fieri, piaculare est. Ideo tunc uitantur nuptiæ, in quibus fieri uis uirginibus uidetur. Sed Verrium Flaccum iuris Ponti- Feria
ficij peritißimum, dicere solitum refert Varro, quia ferijs
tergere ueteres fossas liceret, nouas facere ius non esset:
ideo magis uiduis, quàm uirginibus, idoneas esse ferias ad
nubendum. Subijciet aliquis: Cur ergo Nonis, si feriatus
dies non est, prohibetur celebritas nuptiarũ? Huius quoq;
rei in aperto causa est. Nam quia primus nuptiarum dies
uerecundiæ datur: postridie autem nuptam in domo uiri
dominium incipere oportet adipisci, & rem facere diui-
nam: omnes autem postriduani dies, seu post Calendas,
seu post Nonas, Idus ue ex æquo atri sunt: ideo & No-
nas inhabiles nuptijs esse dixerunt, ne nupta, aut postera
die libertatem auspicaretur uxoriam, aut atro immolaret:
quo nefas est sacra celebrari.

Quæ discrimina diuersitatesq; fuerint dierum apud Ro
manos. CAPVT XVI.

Dierum discrimina.

SEd quia nos ad commemorationem dierum ordo deduxit, de hoc quoq; quod Hori nostri consultatio continet, pauca dicenda sunt. Numa ut in menses annum, ita in dies mensem quenq; distribuit: diesq; omnes aut festos, aut profestos, aut intercisos uocauit. Festi Dijs dicati sunt. Profesti hominibus, ob administrandam rem priuatam, publicamq; concessi. Intercisi Deorum hominumq; communes sunt. Festis in sunt sacrificia, epulæ, ludi, feriæ. Profestis, fasti, comitiales, comperendini, stati, præliares. Intercisi, in se, non in alia diuiduntur. Illorum enim dierum quibusdam horis fas est, quibusdam fas non est, ius dicere. Nam cum hostia cæditur, fari nefas est: inter cæsa & porrecta, fari licet: rursus, cum adoletur, non licet. Ergo de diuisione festorum & profestorum dierum latius disserendum est. Sacra celebritas est, uel cùm sacrificia Dijs offeruntur: uel cùm dies diuinis epulationibus celebratur: uel cùm ludi in honorem aguntur Deorum: uel cùm feriæ obseruantur. Feriarum autem publicarũ genera sunt quatuor. Aut enim stativæ sunt, aut conceptiuæ, aut imperatiuæ, aut nundinæ. Et sunt stativæ uniuersi populi communes, certis & constitutis diebus ac mensibus: & in fastis, statis obseruationibus annotatæ: in quibus præcipue seruantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Conceptiuæ sunt, quæ quotannis à magistratibus, uel sacerdotibus concipiuntur, in dies uel certos, uel etiam incertos: ut sunt Latinæ, Paganalia, Semẽtinæ, Compitalia. Imperatiuæ sunt, quas Consules uel Prætores pro arbitrio potestatis indicunt. Nundinæ sunt paganorum, id est, rusticorum, quibus conueniunt negotijs proprijs uel mercibus prouisuri. Sunt præterea feriæ propriæ familiarum, ut* Claudiæ familiæ, uel Aemiliæ: seu Iuliæ, siue Corneliæ: & si quas ferias

Dies festi.

* Claudianæ

rias proprias quæq; familia, ex usu domesticæ celebritatis, obseruat. Sunt singulorum: ut natalium, fulgurumq; susceptiones: item funerum, atq; expiationum. Apud ueteres quoq; qui nominasset Salutem, Semoniam, Seiam, Segetiam, Tutilianam: ferias obseruabat. Item Flaminica, quoties tonitrua audisset, feriata erat, donec placasset Deos. Affirmabant autem sacerdotes pollui ferias: si indictis, conceptisq; opus aliquod fieret. Prætereà Regem sacrorum Flaminesq; non licebat uidere ferijs opus fieri. Et ideo per præconem denuntiabant, ne quid tale ageretur: & præcepti negligẽs mulctabatur. Præter mulctam uerò affirmabant, eum, qui talibus diebus imprudens aliquid egisset, porco piaculum dare debere: prudentem expiare non posse, Scæuola pontifex asseuerabat. Sed Vmbro negat, eum pollui, qui opus uel ad Deos pertinens, sacrorum'ue causa fecisset, uel aliquid ad urgentem uitæ utilitatem respiciens actitasset. Scæuola deniq; consultus, quid ferijs agi liceret: respondit, quod prætermissum noceret. Quapropter si bos in specum decidisset, eumq; paterfamilias adhibitis operis liberasset, non est uisus ferias pollusisse: nec ille qui trabem tecti fractam fulciendo, ab imminenti uindicauit ruina. Vnde & Maro omnium disciplinarũ peritus, sciens lauari ouem, aut lanæ purgandæ, aut scabiei curandæ gratia, pronuntiauit tunc ouem per ferias licere mersari, si hoc remedij causa fieret:

Balantumq; gregem fluuio mersare salubri. Georg. 1.

Adijciendo enim salubri, ostendit auertendi morbi gratia tantummodo, non etiam ob lucrum purgandæ lanæ causa fieri, concessum.

Hæc de festis & qui inde nascuntur, qui etiã nefasti uocantur. Nunc de profestis, & qui ex his procedunt, loquamur: Profesti dies.

mur: id est, fastis, comitialibus, comperendinis, statis, prælia
ribus. Fasti sunt, quibus licet fari Prætori tria uerba solen
Do, dico, addico nia: do, dico, addico. His contrarij sunt nefasti. Comitiales
sunt, quibus cum populo agi licet. Et fastis quidē, lege agi
potest: cum populo, non potest: comitialibus, utrunq; po-
test. Comperendini, quibus uadimonium licet dicere. Stati,
qui iudicij causa cum peregrino instituuntur, ut Plautus
Hostis pro pere- in Curculione: Status, condictus cum hoste, interceßit dies.
grino. Suetonius Hostem nunc more uetere significat peregrinum. Præliares ab iustis non segregauerim: siquidem iusti sunt conti-
nui triginta dies, quibus exercitui imperato, uexillum ruß
coloris in arce positum est. Præliares autem omnes, quibus
fas est res repetere, uel hostem lacessere. Nam cum Latia,
hoc est, Latinarum solenne concipitur: item diebus Satur
naliorum: sed & cum Mundus patet: nefas est prælium su
mere. Quare nec Latinarum tempore, quo publicè quon-
dam induciæ inter Romanum populum Latinosq; firma-
tæ sunt, inchoari bellum decebat: nec Saturni festo, qui si-
ne ullo tumultu bellico creditur imperasse: nec patente
Mundus Mundo, quod sacrum Diti patri & Proserpinæ dicatum
Plutoni 6 est: meliusq; occlusa Plutonis fauce, eundum ad prælium
putauerunt. Vnde & Varro ita scribit: Mundus cum pa-
tet, Deorum tristium, atq; Inferûm quasi Ianua patet. Pro
pterea non modo prælium committi, uerumetiam delec-
tum rei militaris causa habere, ac militem proficisci, na-
uem soluere, uxorem liberûm quærendorum causa ducere,
religiosum est. Vitabant ueteres ad uiros uocandos etiam
dies, qui essent notati rebus aduersis. Vitabant etiam fe-
rijs: sicut Varro in Augurum libris scripsit in hæc uerba:
Viros uocare ferijs nō oportet: si uocauit, piaculum esto.
Sciendum est tamen, eligendi ad pugnandum diem Roma-

nis

nis tunc fuisse licentiam, si ipsi inferrent bellum. At cùm exciperent, nullum obstitisse diem, quo minus uel salutem suam, uel publicam defenderent dignitatem. Quis enim obseruationi locus, cùm eligendi facultas non supersit? Dies autem postriduanos ad omnia maiores nostri cauēdos putarunt: quos etiam atros, uelut infausta appellatione, damnarunt. Eosdem tamen nonnulli cōmunes, uelut ad emendationem nominis uocitauerunt. Horum causam Gellius Annalium libro decimoquinto, & Cassius Hemina historiarū libro secundo referunt: Anno ab urbe condita CCCLXIII. à Tribunis militum Virgilio Manlio, Cælio Posthumio, collegisq; eorum, in senatu tractatum, quid esset, propter quod toties inter paucos annos male esset afflicta respublica. Et ex præcepto patrū L. Aquinium Aruspicem in Senatum uenire iussum, religionum requirendarum gratia, dixisse, Q. Sulpitium Tribunum militum ad Alliam aduersum Gallos pugnaturum, rem diuinam dimicandi gratia feciſſe postridie Idus Quintilis: item apud Cremeram, multisq; alijs temporibus & locis, post sacrificium die postero celebratum, male cessisse cōflictum. Tūc patres iussisse, ut ad collegium pontificum de his religionibus referretur: Pōtifices q; statuisse, postridie omnes Calendas, Nonas, Idus, atros dies habendos: ut hi dies neq; præliares, neq; puri, neq; comitiales essent. Sed & Fabius Maximus Seruilianus Pontifex in libro duodecimo negat oportere atro die parentare, quia tunc quoq; Ianum Iouemq; præfari necesse est, quos nominari atro die nō oportet. Ante diem quoq; quartum Calendas uel Nonas, uel Idus, tanquam inominalem diem pleriq; uitant. Eius obseruationis an religio ulla sit tradita, quæri solet. Sed nos nihil super ea re scriptum inuenimus: nisi quòd Q. Claudius

Eadem ferè Gellius lib. 5. cap. 17.

Gellius eodem loco. +

dius Annalium quinto, cladem illam uastissimam pugnæ Cannensis, factam refert ante diem quartum Nonas Sextilis. Ad rem sanè militarem nihil attinere notat Varro, utrum fastus uel nefastus dies sit: sed ad solas hoc actiones respicere priuatas. Quòd autem nundinas ferias dixi, potest argui, quia Titus de ferijs scribens, Nundinarum dies non inter ferias retulit, sed tantum solennes uocauit. Et quòd Iulius Modestus affirmat, Messala Augure consulente Pontifices, an nundinarum Romanarum, Nonarumq; dies ferijs tenerentur, respondisse eos, nundinas sibi ferias nõ uideri: & quod Trebatius in libro primo Religionum ait, nundinis magistratum posse manumittere, iudiciáq; adijcere. Sed contrà Iulius Cæsar decimosexto Auspiciorum libro, negat nundinis concionem aduocari posse, id est, cum populo agi: ideoq; nundinis Romanorum haberi comitia non posse. Cornelius etiam Labeo primo Fastorum libro, nundinis ferias esse pronuntiat. Causam *Caium uerò huius uarietatis apud* Granium Licinianum libro secundo diligens lector inueniet. Ait enim, nundinas Iouis ferias esse: siquidem Flaminica omnibus nundinis in regia Ioui arietem soleat immolare: sed lege Hortensia effectũ, ut fastæ essent, uti rustici, qui nundinandi causa in urbem ueniebant, lites componerent. Nefasto enim die Prætori fari non licebat. Ergo qui ferias dicunt, à mendacio uindicantur, patrocinio uetustatis: qui contrà sentiunt, æstimatu ætatis, quæ legem sequuta est, uera depromunt.

Nundinæ an feriæ sint.

Nundinarum origo.

Harum originem quidam Romulo assignant, quem cõmunicato regno cum T. Tatio, sacrificijs & sodalitatibus institutis, nundinas quoq; adiecisse commemorant: sicut Tuditanus affirmat. Sed Cassius Seruium Tullium fecisse nundinas dicit, ut in urbem ex agris conuenirent, urbanas

urbanas rusticasq; res ordinaturi. Geminius ait diem nundinarum, exactis iam regibus, cœpisse celebrari: quia plerique de plebe, repetita Ser. Tullij memoria, parētarent ei nundinis. Cui rei etiam Varro consentit. Rutilius scribit, Romanos instituisse nundinas: ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent: nono autem die, intermisso rure, ad mercatum, leges q; accipiendas Romam uenirent: & ut scita atq; consulta frequentiore populo referrētur, quæ trinūdino die proposita, à singulis atque uniuersis facilè noscebantur. Vnde etiam mos tractus, ut leges trinūdino die promulgarentur. Eare etiam cāditatis usus fuit, in comitium nundinis uenire, & in colle consistere, unde coràm possent ab uniuersis uideri. Sed hæc omnia negligentius haberi cœpta, & pòst abolita: postquàm* in trinundino etiam ob multitudinem plebis frequentes adesse cœperunt. Est etiam Nundina Romanorum Dea, à nono die nascentium nuncupata, qui lustricus dicitur. Est autem lustricus dies, quo infantes lustrantur, & nomen accipiunt. Sed is maribus nonus, octauus est fœminis.

* internundino, ant.

Nundina Romanorum Dea.

Lustricus Dies.

Plene (ut arbitror) anni ac mensium constitutione digesta, habet Horus quoque noster, quod de dierum uocabulis, & obseruatione consuluit.

Et scire equidem uelim, nunquid sit quod argutus Niligena, & gentis accola numerorum potentis, ex hoc ordine Romanæ dispensationis irrideat: an Tuscum quoq; Tyberim aliquid ex disciplinis suis hausisse consentiat. Subiecit Eustathius: Non solùm Horus noster grauis uir, & ornatus, sed nec quisquam alius (ut existimo) tam futilis posset esse iudicij, qui Romani anni sic ad unguē, ut aiūt, emendatum ordinem non probaret: cui maiorem gratiam & tenax memoria, & luculenta oratio referentis adiecit.

Nec mirum, si hæc digeries morsum reprehensionis euasit, cui accersita est ab Aegypto postremæ correctionis auctoritas. Nam Iulius Cæsar, ut siderũ motus, de quibus non indoctos libros reliquit, ab Aegyptijs disciplinis hausit: ita hoc quoq; ex eadem institutione mutuatus est, ut ad solis cursum finiendi anni tempus extenderet. Latij uerò ueteres incolæ, quia nihil iam tum discere ab Aegypto licebat, ad quam nullus illis commeatus patebat, morem Græciæ in numerandis mensium diebus sequuti sunt: ut retrouersum cedente numero, ab augmento in diminutionem computatio resoluta desineret. Ita enim nos decimum diem, deinde nonũ, & postea octauũ dicimus, ut Athenienses λεκάτλω καὶ ἐνατλὼ φθίνοντ☉ μλνὸς soliti sunt dicere.

Ὅλιαν. ξ. Homerus quoque quum ait: Τοῦ μὲν φθίνοντ☉ μηνὸς, τοῦ δ' ἱσταμένοιο, quid aliud nisi illum φθίνοντα dicit, cuius paulatim deficientis supputatio in nomen desinit secuturi: & ἱσάμενον illum, qui præcedit numerũ successurus priori in defectum meanti? Quod & Homerus noster Mantuanus

Aeneid. 10 intelligens, illud stare dici, ad quod acceditur, ait: Stat sua cuiq; dies: extremũ diem stare dicens, quasi ad quem per omnes eatur. Idem poëtæ doctrina, ac uerecundia iuxtà nobilis, sciens Romanos ueteres ad lunæ cursum, & sequentes ad Solis anni tẽpora digessisse, utriusq; seculi opinioni

Georg. 1 reuerentiam seruans: Vos ô clarissima mundi Lumina, inquit, labẽtẽ cœlo quæ ducitis annũ, Liber & alma Ceres: tã lunã quàm solem duces anni hac inuocatione designãs.

Omnes Deos referri ad solem. Et quòd ex uariis Apollinis ostendatur nominibus, ipsum eũdem esse Deum quem solem dicimus. CAPVT XVII.

HIc Auienus: Hoc equidem mecum multũ, ac frequenter agitaui: quid sit quòd solem modo Apollinem, modo Li

do Liberum, modo ſub aliarum appellationum uarietate ueneremur. Et quia ſacrorum omnium Præſulem eſſe te Vecti Prætextate diuina uoluerunt: perge quæſo rationem mihi tantæ ſub uno nomine in nominibus diuerſitatis aperire. Tum Vectius: Caue exiſtimes, mi Auiene, poëtarum gregem cum de dijs fabulantur, non ab adytis plerunque philoſophiæ ſemina mutuari. Nam quòd omnes penè Deos duntaxat qui ſub cœlo ſunt, ad ſolem referunt: non uana ſuperſtitio, ſed ratio diuina commendat. Si enim ſol (ut ueteribus placuit) dux, & moderator eſt reliquorum luminum, & ſolus ſtellis errantibus præſtat: ipſarum uerò ſtellarum curſus, ordinem rerum humanarũ (ut quibuſdam uidetur) pro poteſtate diſponunt: uel (ut Plotino conſtat placuiſſe) ſignificant: neceſſe eſt, ut ſolem, qui moderatur noſtra, moderantes, omnium, quæ circa nos geruntur, fateamur autorem. Et ſicut Maro cùm de una Iunone diceret: Quo numine læſo, oſtendit unius Dei effectus uarios pro uarijs cenſendos eſſe numinibus: ita diuerſæ uirtutes ſolis, nomina Dijs dederunt. Vnde ὁ μὲν ἀπὸ πᾶν ſapientum principes prodiderũt. Virtutem igitur ſolis, quæ diuinationi, curationiq; præeſt, Apollinem uocauerunt. Quæ ſermonis autor eſt, Mercurij nomen accepit. Nam quia ſermo interpretatur cogitationes latentes, ἑρμῆς ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν propria appellatione uocitatus eſt. Virtus ſolis, quæ fructibus, effectus eiuſdem eſt qui frugibus præeſt, & hinc natæ ſunt appellationes Deorum, ſicut cæterorum, qui ad ſolem certa & arcana ratione referuntur. Et ne tanto ſecreto nuda præſtetur aſſertio, autoritates ueterum de ſingulis conſulamus. Apollinis nomen multiplici interpretatione ad ſolem refertur. cuius rei ordinem pergã pandere. Plato ſolẽ ἀπόλλωνα cognominatũ ſcribit, ἀπὸ

Omnes Deos ¶ ſub cœlo ſunt, referri ad ſolẽ.

Apollinem eundem Deum eſſe qui ſol eſt. Plato Cratylo. Apollo unde dictus.

ἀπὸ τοῦ βάλλειν τὰς ἀκτῖνας: id est, à iactu radiorum. Chrysippus Apollinem ὡς ὑχὶ τῶν πολλῶν καὶ φώλων ὑσῶν τὸ πυρὸς ὄντα. Primã enim nomunis literã retinere significationem negãdi, ἢ ὅτι μόνος ἐστί, καὶ ὑχὶ πολλοί. Nam & Latinitas eum, quia tantam claritatem solus obtinuit, solem uocauit. Speusippus, quòd ex multis ignibus constet uis eius, ὡς ἀπὸ πολλῶν ὑσῶν πυρὸς, ὥστε σωματοῦσθαι. Cleanthes, ὡς ἀπ' ἄλλων καὶ ἄλλων τόπων τὰς ἀναβολὰς ποιούμενα: id est, quòd ab alijs atq; alijs locorũ declinationibus faciat ortus. Cornificius arbitratur Apollinem nominatũ ἀπὸ τοῦ ἀναπολᾶν: id est, quia intra circuitũ mundi, quẽ Græci πόλον appellant, impetu latus ad ortus refertur. Alij cognominatum Apollinem putant ὡς ἀποκτείνοντα τὰ ζῶα. Exanimat enim, & perimit animãtes, cum pestem intemperie caloris immittit, ut Euripides in Phaëthonte: ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλιε, ὡς μ' ἀπώλεσας, ὅθεν σ' Ἀπόλλων ἐμφανῶς κλήσει βροτός. Idem Archilochus: ἄναξ Ἀπόλλων, καὶ σὺ τὸν μὲν ἀπτῆνα σήμαινε, καὶ σφὰς ὄλλυ' ὥσπερ ὀλλύεις. Deniq; inustos morbo ἀπολλυμένους καὶ ἡλιοβλήτους appellant. Et quia simules sunt Solis effectibus effectus lunæ, in iuuando nocendoq; : ideo fœminas certis afflictus morbis σεληνοβλήτους καὶ ἀρτεμισιβλήτους uocant. Hinc est quòd arcu, & sagittis Apollinis simulachra decorãtur: ut per sagittas intelligatur uis emissa radiorũ. Vnde Homerus ὡς τὰρ εἶπε τ' ὠκυπόσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιείς, βάλλε. Idem autor est & publicæ sospitatis: quam creditur sol animantibus præstare temperie. Sed quia perpetuam præstat salubritatem, & pestilens ab ipso casus rarior est: ideo Apollinis simulachra manu dextera Gratias gestant, arcum cum sagittis sinistra: quòd ad noxam sit pigrior, & salutem dextera manus prõptior largiatur. Hinc est quòd eidem attribuitur medendi potestas: quia temperatus solis

ἰλιαδ. α.

calor

calor morborum omnium fuga est. Nam tam ὡς ἀπελαύνοντα τὰς νόσους ἀποτροπαῖα, quàm ἀποτροπαῖον τα, cognominatum putant. Quæ sententia Latini quoq; nominis enunciationi congruẽs, fecit, ne huius dei nomen uerteremus, ut Apollinem aspellentem mala intelligas: quem Athenienses ἀλεξίκακον appellãt. Sed & Lidij colunt Apollinem λοίμιον: hoc cognomine, finita pestilentia, nũcupatum. Eadem opinio sospitalis, & medici Dei, in nostris quoq; sacris fouetur. Nanque uirgines Vestales ita indigitant, Apollo medice, Apollo Pæan. Cum ergo sint huiusce sideris, id est, Solis, duo maximi effectus: alter, quo calore tẽperato mortalium uitam iuuat: alter, quo iactu radiorum nõnunquam pestiferum immittit uirus: duo eademq; cognomina circa singulos effectus proprijs enunciationibus signant: appellantes Deum ἰήιον atque παιᾶνα. Quæ cognomina utrique effectui sunt apta: ut sit ἰήιος ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι, id est, à sanando: & παιὰν ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ὀδύνας. & rursus ἰήιος ἀπὸ τοῦ ἰέναι, id est, ab immittendo βέλος ἐχεπούκες: καὶ παιὰν ἀπὸ τοῦ πάιειν, id est, à feriendo. Obtinuit tamen, ut quum sanitatem dari sibi precantur, ἰὴ παιὰν per η literam enuntient, id est, medere Pæan: quum autem ἰὲ παιὰν per ε literam dicunt cum aspiratione prioris literæ, significant hoc dici in aliquem aduersa precatione, βάλλε παιὰν, id est, immitte feriendo. Qua uoce ferunt Latonam usam, quum Apollinem hortaretur impetum Pythonis incessere sagittis. Cuius rei naturalem rationem suo loco reddam. Hanc uocem, id est, ἰὲ παιὰν, confirmasse fertur oraculum Delphicum Athenienſibus, petentibus opem Dei aduersus Amazonas, Theseo regnante. Nanq; inituros bellum iussit his ipsis uerbis semetipsum auxiliatorem inuocari, hortarí que. Apollodorus in libro

Lœmius Apollo.

Ieius & Pæan.

deci

decimoquarto περὶ θεῶν, ἥλιον solem scribit appellari, Apollinémque ἀπὸ τοῦ κατὰ κόσμον ἴεσθαι καὶ ἰέναι, id est, quòd solem per orbem impetu fertur. Sed Timotheus ita, σύ τ' ὦ ἄναξ ἀεὶ *ἅμα τοῖς πόλον ὑράνιον λαμπροῖς ἀκτῖσιν ἥλιε βάλλων πέμπων ἐκατόβολον ἐχέφοις βέλεσσιν ἀπὸ νόσου παιάν.

ὄδυς. ω. Eundem Deum præstantem salubribus causis οὔλιον appellant, id est, sanitatis autorem: ut ait Homerus, ἥλιός τε καὶ μάλα καῖρε.

Menandrus scribit, Milesios ἀπόλλωνι ἡλίῳ pro salute sua immolare. Pherecydes refert, Thesea cùm in Cretam ad Minotaurum duceretur, uouisse pro salute, atque reditu suo, ἀπόλλωνι ἡλίῳ, καὶ ἀρτέμιδι ἡλίᾳ. Nec mirum si gemini effectus uarijs nominibus celebrãtur: cùm alios quoque Deos ex contrario in eadem re duplici censeri & potestate accipiamus, & nomine: ut Neptunum, quem alias ἐνοσίχθονα: id est, terram mouentem: alias ἀσφαλίωμα: id est, stabilientem uocant. Item Mercurius hominum mentes & oculos excitat, & sopit, ut ait poëta:

ἄλυς. ε. Εἴλεθ' ὑπὸ βλεφάρων, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει.

Vnde & Apollinem, id est, solem modo sospitatem, modo pestem significantibus cognominibus adoramus: cùm tamen pestis, quæ ab eo noxijs immittitur, apertè hunc Deũ bonis propugnare significet. Hinc est, quòd apud Pachynum Siciliæ promontorium Apollo Libystinus eximia religione celebratur. Nam cum Libyci inuasuri Siciliam, classem appulissent ad id promontorium: Apollo qui ibi colitur, inuocatus ab incolis, immissa hostibus peste, & penè cunctis subita morte interceptis, Libystinus cognominatus est. Nostris quoque continetur annalibus, similis eiusdem Dei præsentiæ maiestas. Nam quum ludi primò Romæ Apollini celebrarentur: ex uaticinio Martij uatis, carmi

Libystinus.

carmineq; Sibyllino, repentino hostis aduentu plebes ad arma excitata, hosti occurrit: eoq; tempore nubes sagittarum in aduersos uisa ferri, & hostem fugauit, & uictores Romanos ad spectacula Dei sospitalis reduxit. Hinc intelligitur, prælij causa, non pestilentiæ (sicut quidam existimant) ludos institutos. Hæc est autem huius existimationis ratio, quòd tunc sol super ipsum nostræ habitationis uerticem fulget. Nam cancer in æstiuo tropico est: in quo meante sole, radij temperatam nostram, non eminus, sed superne demissi rectis fulgoribus lustrant. Vnde extimatum est à nonnullis, ad propitiandum tunc maximè Deum caloris, Apollinaribus litari. Sed inuenio in literis, hos ludos uictoriæ, non ualetudinis causa (ut quidam annalium scriptores memorant) institutos. Bello enim Punico hi ludi ex libris Sibyllinis primùm sunt instituti: suadente Cornelio Rufo Decemuiro, qui propterea Sibylla cognominatus est, & postea corrupto nomine primus Syl la cœpit uocitari. Fertur autem in carminibus Martij uatis, cuius duo uolumina illata sunt in Senatum, inuentum esse ita scriptum: Hostem Romani si ex agro pellere uultis, Vomicamq; quæ gentium uenit longe, Apollini censeo uouendos ludos, Qui quotannis communiter Apollini fiant: His ludis faciendis præsit is prætor, qui ius populo plebiq; dabit summum. Decemuiri Græco ritu hostijs sacra faciant. Hoc si rectè facietis, gaudebitis semper, fietq; Respub. melior. Nam is diuus extinguit perduellos uestros. Qui uestros campos pascunt placide. Ex hoc carmine cùm procurandi gratia dies unus rebus diuinis impensus esset: postea Senatus consultum factum, uti Decemuiri (quo magis instruerentur de ludis Apollini agendis, req; diuina rectè facienda) libros Sibyllinos adirent.

Obiter de ludis Apollinaribus, & eorum origine.

adirent. In quibus cùm eadem reperta nuntiatum esset, censuerunt patres Apollini ludos uouendos faciendosque: inq; eam rem duodecim millia æris Prætori, & duas hostias maiores dari: Decemq; uiris præceptum est, ut Græco ritu hisce hostijs sacrum facerent, Apollini boue aurato, & capris duabus albis auratis: Latonæ, boue fœmina aurata. Ludos in circo populus coronatus spectare iussus. Hæc præcipuè traditur origo ludorum Apollinarium.

Nunc ex alijs quoq; huius Dei nominibus eundem esse

Loxias. Apollinem, & Solem probemus. Loxias cognominatur, ut ait Aenopides, ὅτι ἐκπορεύεται τὸν λοξὸν κύκλον ἀπὸ δυσμῶν

*Forte legendũ quòd per obliquum

εἰς ἀνατολὰς κινούμενον, id est, *quòd obliquum circulum ab Occasu ad Orientem pergit. Aut ut Cleanthes scribit, ἐπειδὴ καθ' ἕλικας κινεῖται λοξαί γ' οὖσαι χ' αὖ), uel quòd flexuosum pergit iter, ἢ ὅτι τὰς λοξὰς ἀκτῖνας ἡμῖν ἐφ' ἡμᾶς

Λοξαὶς οὔσας

*βορείους ὄντας νόμον ἔχει: uel quòd transuersos in nos à Meridie immittit radios, cum simus ad ipsum Septẽtrionales.

Delius. Delius cognominatur ἀπὸ τοῦ δῆλα, ἢ φανερὰ πάντα ποιεῖν ἢ φῶς, quòd illuminando omnia clara demonstret.

Phœbus. Φοῖβος appellatur (ut ait Cornificius) ἀπὸ τοῦ φοιτᾶν βίᾳ, id est, quòd ui fertur. Plerique autem à specie, & nitore Phœbum, id est, καθαρὸν, καὶ λαμπρὸν dictum putant. Item

Phanes. Phaneta appellant ἀπὸ τοῦ φαίνειν. Et Φαναῖον, ἐπειδὴ φαίνει νέον, quia Sol quotidie renouat sese. Vnde Vergilius: Mane nouum. Camerienses qui sacram Soli incolunt insulam, ἀειγενέτῃ Apollini immolant, ἢ τὸν αὐτὸν ἀεὶ γενέσθαι καὶ ἀεὶ γονέα, id est, quòd semper exoriẽs gignitur: quodq; ipse generat uniuersa, seminando, fouendo, produ-

Lycius. cendo, alendo, augendoq;. Apollinis Lycij plures accipimus cognominis causas. Antipater Stoicus Lycium Apollinem nuncupatum scribit, ἀπὸ τοῦ λύκους πάντα φωτί-

ζουτ

ζουτ@ ἡλίῳ. Cleanthes Lycium Apollinem appellatum notat, quòd ueluti lupi pecora rapiunt, ita ipse quoq; humorem eripit radijs. Prisci Græcorum primam lucem, quæ præcedit Solis exortus, λύκλω appellauerunt, ἀπὸ τοῦ λεύκου, * id est, temporis: hodieq; lycophos cognominant. De quo tempore ita poëta scribit: *id est, luce temporis

Ἦμο@ δ' οὔτ' ἄρπω ἠῶς, ἔπι δ' ἀμφιλύκη νύξ. Iliados. 7.

Idem Homerus:

Εὔχετο δ' Ἀπόλλωνι λιγυκτ-ένεϊ κλυτοτόξῳ. Iliados. 4.

Quod significat, ζοδ'γ-εννῶντι τῷ λύκλω, id est, qui generat exortu suo lucem. Radiorum enim splendor propinquantem solem longè, lateq; præcedens: atq; caliginem paulatim extenuans tenebrarum, parit lucem. Neq; minus Romani, ut pleraq; alia ex Græco, ita & lucè uidētur à lyce figurasse. Annum quoq; uetustißimi Græcorū λυκάβαντα appellant, τὸν ἀπὸ τοῦ λύκου, id est, Sole, βαινόμενον κ' μεθουμένον. Λύκον autem solē uocari, etiam Lycopolitana Thebaidos ciuitas testimonio est: quæ pari religione Apollinem, itemq; lupū, hoc est, λύκον colit: in utroq; solem uenerans: quòd hoc animal rapit & cōsumit omnia, in modum Solis: ac plurimum oculorum acie cernens, tenebras noctis euincit. Ipsos quoq; λύκους ἀπὸ τ' λύκης, id est, à luce prima appellatos quidam putant: quia hæ feræ maximè id tempus aptum rapiendo pecori obseruant, quod ante lucanum post nocturnam famem ad pastum stabulis expellitur. Et Apollinem πατρῷον cognominarunt: nō propria gentis unius ac ciuitatis religione, sed ut autorem progenerandarū omnium rerum: quòd sol humoribus exiccatis, progenerādis omnibus præbuit causam. Vt ait Orpheus: Πατρὸς ἔχουσα νόον κ' ἐπίφρονα βυλήν. Vnde nos quoque Ianum patrem uocamus: solem sub hac appellatione ue- Patrous.

Nomius. nerantes. Νόμιον Ἀπόλλωνα cognominauerũt: nõ ex officio pastorali, ut fabula, per quam fingitur Admeti regis pecora pauisse: sed quia sol Pascit omnia, quæ terra progenerat. Vnde non unius generis, sed omnium pecorum

Iliados 21. pastor canitur. Vt apud Homerum Neptuno dicente:

Φοῖβε, σύ μ' ἀλίτοσδας ἐλικας βῶς βυκολέεσκες. Atq; idem

apud cũdem poëtam, equarum pastor significatur, ut ait:

Iliados 2. Τὰς ἐν Πιερίῃ σχέθ' ὀχυρόζυξ Ἀπόλλων

Ἄμφω θηλείας, φόβον Ἄρηϊ φορεούσας.

Prætereà ædes ut omnium pastorum sunt apud Camirenses ἐπιμηλίδες, apud Naxios ποιμνίδες. Itemq; Deus ὀρνοκόμης colitur, & apud Lesbios ναπαῖος. Et multa sunt cognomina per diuersas ciuitates ad Dei pastoris officium tendẽtia. Quapropter uniuersi pecoris antistes, & uerè pastor

Eleleus. agnoscitur. Apollo ἐλελεῦς appellatur, ἀπὸ τοῦ ἑλίττεσθαι πρὸς τὴν γῆν, quòd æterno circa terram meatu ueluti uolui uidetur. ut ait Euripides, ὦ λιπὼν θοαῖς ἵπποισιν ἐλίσσων φλόγα πρὸς σωμα λιδέντος πολλὴ πυρὸς περιστολή: uel ut ait Empedocles, οὕνεκ' ἀναλιδεὶς μέγαν θέρμην ἀμφιπολεύεις. ὑπὸ τ' ἄλλων ἀπὸ τοῦ σωμαλίσκειν καὶ σωματοῦσθαι τὰς ἀνθρώπους ὅταν ἀναλί-

Chrysocomas. σκῃ, quòd exoriens homines cõducit in cœtũ. Apollo Chrysocomas cognominatur, à fulgore radiorum, quos uocant

* Ἀκερεκόμης comas aureas solis. Vnde & * ἀκερσεκόμης, quòd nunquã radij possunt à frõte lucis auelli. Itẽ Argyrotoxus, quòd

Argyrotoxus. enascens per summum orbis ambitũ, uelut arcus quidam figuratur alba, & argentea specie: ex quo arcu radij in modum emicant sagittarum. Smyntheus cognominatur,

Smyntheus. ὅτι ζέων θᾷ, quia feruens currit. * Κάρνος, ὅτι καύμωνος

*Κάρνος. δρᾷ νέος, uel quòd cum omnia ardentia consumantur,

Carneus. hic suo calore candẽs semper nouus constat. Itẽ Ἀπόλλων σκέδασις, ὅτι τὰς κινήσεις ἀλλοίας ποιεῖ, semper nobis ab Au-

stro

stro currens. Θυμβραῖος ὅτι τὸν ὄμβρον θεὶς, quod est Deus imbricitor. Ἀπόλλων φιλήσιος, quòd lumen eius exoriens amabile, amicissima uenerationeoculorum consalutamus. Ἄπόλλων πύθιος ἀπὸ τοῦ πυθέσθαι, id est, non à consultatione * oraculorum dictus à Physicis existimatur, sed * ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι, id est, σήπεσθαι, quod nunquam sine ui caloris efficitur. Hinc ergo πύθων dictum existimãt: licet hoc nomen ex nece draconis inditum Deo, Græci fabulentur. Quæ tamen fabula nõ abhorret ab intellectu naturalis arcani. Quod apparebit, si percurratur ordo, qui de Apolline nascente narratur: sicut paulò superius enarraturum me esse promisi. Latonæ Apollinem Dianamq; parituræ Iuno dicitur obstitisse. Sed ubi quandoq; partus effusus est, draconem ferunt qui πύθων uocitabatur, Deorum cunas inuasisse: Apollinẽq; in prima infantia sagittis beluã confecisse. Quod ita intelligendum naturalis ratio demõstrat. Nanq; post chaos, ubi primũ cœpit confusa deformitas in rerum formas, et elemẽta nitescere: terraq; adhuc humida substantia in molli, atq; instabili sede nutaret: cõualescente paulatim æthereo calore, atque inde seminibus in eam igneis defluentibus, hæc sidera edita esse creduntur: & solem maxima caloris ui in superna raptũ: Lunam uerò humidiore, & uelut fœmineo sexu, naturali quodã pressam tepore inferiora tenuisse: tanquam ille magis substantia patris constet, hæc matris. Siquidẽ Latonam Physici uolunt terram uideri, cui diu interuenit Iuno, ne numina quæ diximus ederentur: hoc est, aër, qui tunc humidus adhuc grauisq; obstabat ætheri: ne fulgor luminum per humoris aërij densitatem, tanquam ex cuiusdam partus progressione, fulgeret. Sed diuinæ prouidentiæ uicit instantia, quæ creditur iuuisse partũ. Ideo in insula Delo

Thymbræus.

Philesius.

Pythius.

*occultorũ

Fabulæ de Pythone serpente ratio naturalis.

ad confirmandam fidem fabulæ, ædes Prouidentiæ, quam ναὸν προνοίας ἀθλωΐας appellant, apta religione celebratur. Propterea ea in insula dicuntur nati, quòd ex mari nobis oriri uidentur. Hæc insula ideo Delos uocatur, quia ortus & quasi partus luminum omnia facit Δῆλα, id est, aperta, clarescere. Hæc est autem de nece draconis ratio naturalis, ut scribit Antipater Stoicus. Nã terræ adhuc humidæ exhalatio, meando in superna uolubili impetu: atq; inde sese postquàm calefacta est, instar serpentis mortiferi, in inferiora reuoluendo, corrumpebat omnia ui putredinis, quæ non nisi ex calore, & humore generatur: ipsumq; solem densitate caliginis obtegendo nebula, uidebatur quodammodo lumen eius eximere. Sed diuino feruore radiorum tandem, uelut sagittis incidẽtibus extenuata, exsiccata, enecta, interempti draconis ab Apolline fabulam fecit. Est & alia ratio draconis perempti. Nam solis meatus licet ab ecliptica linea nunquàm recedat: sursum tamen, ac deorsum uentorum uices certa deflexione uariando, itet suum uelut flexum draconis inuoluit. Vnde Euripides: Πυρίγονος ὁ βράκων ὅλον ἤγαγε τὰς τετραμόρφους ὥρας ἰδιογνὺς ἁρμονίαν ὅκλου τοῦ πολυκάρπου ὄχημα. Sub hac ergo appellatione cœlestis itineris sol, cum confecisset suum cursum, draconẽ *confecisse dicebatur. Inde fabula exorta est, de serpentis nece. Sagittarũ autem nomine nõ nisi radiorum iactus ostẽditur: qui tunc longissimi intelligũtur, quo tempore altissimus sol diebus longissimis solstitio æstiuo conficit annuũ cursum. Vnde ἑκηβόλος dictus: καὶ ἑκαταβόλος ἑκάτερον τὰς ἀκτῖνας βάλλων, è longissimo altissimoq; radios in terram usq; demittens. De Pythij cognomine sufficere ista potuissent, ni hoc quoq; ratio eiusdẽ appellatiõis ingereret. Cùm enim sol in signo Cancri æstiuũ solstitium

*confixisse

facit

facit, in quo est lõgissimi diei terminus: & inde retrogressum agit ad diminutionem dierũ: Pythius eo tempore appellatur: ὡς πύμαθον θέων, ὅ ἐστι τὸν τελευταῖον δρόμον θέχων. Idem ei nomen conuenit, & cùm Capricornũ rursus ingrediens, ultimũ breuissimi diei cursum intelligitur peregisse: & ideo in alterutro signorum, peracto annuo spatio draconem Apollo, id est, flexuosum iter suũ confecisse memoratur. Hanc opinionem Cornificius in Etymis retulit. Ideo autẽ his duobus signis, quæ portæ solis uocantur, Cancro & Capricorno hæc nomina cõtigerũt: quòd Cancer animal retrò, atque obliquè cedit: eademq; ratione sol in eo signo obliquum (ut solet) incipit agere retrogressum. Capræ uerò consuetudo hæc in pastu uidetur, ut semper altũ pascendo petat, sed & sol in Capricorno incipit ab imis in alta remeare. Ἀπόλλωνα διδυμαῖον uocãt, Didymæus. Φ geminã speciẽ sui numinis præfert ipse: illuminãdo, formandoq; lunam. Et enim ex uno fonte lucis, gemino sidere spatia diei & noctis illustrat. Vnde & Romani Solẽ sub nomine, & specie * anni, Didymæi Apollinis appellatione uenerantur. Ἀπόλλωνα Δέλφιον uocant, quòd quæ obscura sunt, claritudine lucis ostendit, ἀπὸ τοῦ δηλοῦν ἀφανῆ: aut (ut Numenio placet) quasi unũ, & solum. Delphius. Ait enim prisca Græcorum lingua Δέλφον unum uocitari: unde & frater, inquit, ἀδελφὸς dicitur, quasi iam non unus. ἀδελφός Hieropolitani præterea, qui sunt gentes Assyriorum, omnes solis effectus, atque uirtutes ad unius simulachri barbati speciem redigunt: eundemq; Apollinem appellant. Huius Simulachri Apollinei apud Hieropolitanos descriptio, eiusq; significatio. facies prolixa in acutum barba figurata est, eminente super caput calatho: simulachrum thorace munitum est: dextera erectam tenet hastam, superstante uictoriæ paruulo signo: sinistra floris porrigit speciẽ: summisq; ab humeris

gorgoneum uelamentum redimitum anguibus tegit scapulas: aquilæ propter exprimunt instar uolatus: ante pedes imago fœminea est, cuius dextera, læuaq; sunt signa fœminarũ: ea cingit flexuoso uolumine draco. Radios in terram superne iaci, barba demissa signat: calathus aureus surgens in altum, monstrat ætheris summum, unde solis creditur esse substantia: hastæ, atque loricæ argumento imago adiungitur Martis, quem eundem ac solem esse procedẽs sermo patefaciet: uictoria testatur, cuncta summutti huius sideris potestati: floris species florem rerum protestatur, quas hic Deus inseminat, progenerat, nutrit, fouet, maturatq; : species fœminea terræ imago est, quam sol desuper illustrat: signa duo æquè fœminea, quibus ambitur, hylen naturamq; significant confamulãtes: Et draconis effigies flexuosum iter sideris mõstrat: aquilæ propter altißimam uelocitatem uolatus, altitudinẽ solis ostendunt. Addita est Gorgonea uestis, quòd Minerua, quam huius prræsidem accipimus, solis uirtus sit. Sicut & Porphyrius testatur, Mineruam esse uirtutem Solis, quæ humanis mentibus prudentiam subministrat. Nam ideo hæc Dea Iouis capite prognata memoratur, id est, de summa ætheris parte edita, unde origo Solis est.

Liberum quoque patrem, eum ipsum esse Deum quem solem. CAP. XVIII.

HAec quæ de Apolline diximus, possunt etiam de Libero dicta existimari. Nam Aristoteles, qui Theologumena scripsit, Apollinem & Liberum patrem, unum eundemq; Deum esse, cùm multis alijs argumentis asseuerat: tum etiam apud Ligyreos ait in Thracia esse adytũ Libero consecratum, ex quo redduntur oracula. Sed in hoc adyto uaticinaturi plurimo mero sumpto, uti apud

Clarium

Clarium aqua pota, effantur oracula. Apud Lacedæmonios etiam in sacris quæ Apollini celebrant, Hyacinthia uocantes, hedera coronantur, Bacchico ritu. Item Bœotij Parnasum mõtem Apollini consecratum esse memorantes, simul tamen in eodem & oraculum Delphicum, & speluncas Bacchicas uni Deo cõsecratas colunt. Vnde & Apollini, & libero patri in eodẽ monte res diuina celebratur. Quod cùm & Varro, & Granius Flaccus affirment, etiã Euripides his docet: Διόνυσος θυρσοῖς καὶ νεβρῶν δοραῖς καθαπτός, ἐν πεύκαισι πάρνασσον κατασπιδὰς χορεύων. In hoc monte Parnaso Bacchanalia alternis annis agũtur, ubi & Satyrorum (ut affirmant) frequens cernitur cœtus, & plerunque uoces propriæ exaudiuntur. Itemq; cymbalorum crepitus ad aures hominem sæpe perueniunt. Et ne quis opinetur diuersis Dijs Parnasum montem dicatum, idem Euripides in Licinio Apollinem Liberumq; unum eundemq; Deum esse significans, scribit Λύσσωτα φιλολάφυε, Βάκχε, Παιὰν, Ἄπολλον, εὔλυρε. Ad eandem sententiam Aeschylus: * ὦ κιανεὺς Ἄπολλον, ὦ Βακχεῦ ὦ Μάντις. Sed licet illo prius asserto, eundem esse Apollinẽ ac Solem, edoctoq; postea ipsum esse Liberum patrem, qui Apollo est, nulla ex his dubitatio fit, Solem ac Liberũ patrem eiusdem numinis habendum, absolutè tamen hoc argumentis liquidioribus adstructur. In sacris enim hæc religiosi arcani obseruatio tenetur: ut cùm Sol in supero, id est, in diurno hemisphærio est, Apollo uocitetur: cùm in infero, id est, nocturno, Dionysius, qui est Liber pater, habeatur. Item Liberi patris simulachra partim puerili ætate, partim iuuenili fingunt: præterea barbata specie, senili quoq; uti Græci eius, quem Bacchapæan, item quẽ Brissea appellant: & ut in Campania Neapolitani celebrant

* ὦ κιανεὺς ἄπολλον, ὦ Βακχεῦ ὦ μάντις, antiq.

brant, E bona cognominantes. Hæ autem ætatum diuersitates ad solem referuntur, ut paruulus uideatur hyemali solstitio: qualem Aegyptij proferunt ex adyto die certa: quòd tunc breuißimo die ueluti paruus, & infans uideatur. Exinde autem procedentibus augmentis, æquinoctio uernali similiter, atq; adolescentis adipiscitur uires: figuraq; iuuenis ornatur. Posteà eius ætas statuitur plenißima effigie barbæ solstitio æstiuo, quo tempore summum sui consequitur augmentum. Exinde per diminutiones ueluti senescenti quarta forma Deus figuratur. Item in Thracia eundem haberi solem, atq; Liberum accipimus: quem Sebadium nuncupantes, magnifica religione celebrant: ut Alexander scribit: eiq; Deo in colle Zilmisso ædes dicata est specie rotunda, cuius medium iter patet tectum. Rotunditas ædis monstrat huiusce sideris speciem: summoque tecto lumen admittitur: ut appareat, solem cuncta uertice summo lustrare lucis immissu: & quia oriente eo uniuersa patefiunt. Orpheus quoque solem uolens intelligi, ait inter cætera:

Τήκων ἀιθέρα λῖον, ἀκίνητον πρὶν ἐόντα
Ἐξαναφῆναι θεοῖς ὥραν κάλλιστον ἰδέσθαι,
Ὃν δὴ νῦν καλέουσι φαεσφόρόν τε καὶ δίονυσον,
Εὐβουλῆα τ' ἀνακτα, καὶ αὐταύγην δρεπλήγα.
Ἄλλοι δ' ἄλλο καλοῦσιν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων.
Πρῶτος δ' ἐς φάος ἦλθε, δίονυσος δ' ἐπεκλήθη.
Οὕνεκα δυσεῖται κατ' ἀπείρονα μακρὸν ὄλυμπον.
Ἀλλαχθεὶς δ' ὄνομ' ἔσχε προσωνυμίας ἑκάστου
Παυσάμενος κατὰ καιρὸν, ἀμειβομένοιο χρόνοιο.

Phaneta dixit solem ἀπὸ τῦ φωτὸς, ἢ φανερῦ, id est, à lumine, atq; illuminatione, quia cunctis uisitur cuncta cõspiciẽs: Dionysius (ut ipse uates ait) ἀπὸ τοῦ δυσῆσθαι καὶ πεφίε-

φεσθ, id est, quòd circunferatur in ambitũ. Vnde Cleãthes ita cognominatũ scribit, ἀπὸ τῆς διανύσεως, quia quotidiano impetu ab Oriente ad Occasum diem noctemq; faciẽdo, cœli conficit cursum. Physici διόνυσον διὸς νοῦν, quia solem mundi mentem esse dixerunt. Mundus autẽ uocatur cœlum, quod appellant Iouem. Vnde Aratus de cœlo dicturus ait: ἐκ διὸς ἀρχώμεσθα. Liber à Romanis appellatur, quod liber & uagus est. Vt ait Nœuius: Hàc quà sol uagus igneas habenas, Immittit propius, *iugatq; terræ. Iidẽ uersus Orphei εὐβουλίας uocantes, boni cõsilij hunc Deum præstitem monstrant. Nam si conceptu mentis consilia nascuntur: mundi autem mentem solem opinantur autores, à quo in homines manat intelligẽdi principium: meritò boni consilij solem antistitem crediderunt. Solem liberum esse manifeste pronuntiat Orpheus hoc uersu: * iungitq;

Ἥλιον ὃν διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσι. Et is quidem uersus absolutior, ille uerò eiusdem uatis operosior:

Εἷς Ζεύς, εἷς ἅδης, εἷς ἥλιος, εἷς διόνυσος.

Huius uersus autoritas fundatur oraculo Apollinis Clarij: in quo aliud quoq; nomen soli adijcitur, qui in eisdem sacris uersibus inter cætera uocatur ἴαω. Nam consultus Apollo Clarius, quis Deorum habendus sit, qui uocatur ἴαω, ita effatus est:

Ὄργια μὲν δεδάωτας ἐχεῖν ὑποβλῆα κεύθειν.
Ἔνδ' ἀπάτην παύρη σύνεσις κὴ νοῦς ἀλαπαδνὸς.
Φράζεο τὸν πάντων ὕπατον θεὸν ἔμμεν ἴαω
Χείματι μὲν τ' ἀΐδηλον, ἐπ' ἄρ' ἀρχομένοιο
Ἠέλιον ὀ θέρεος, μεσοπώρῳ δ' ἀβρὸν ἴαω.

Huius oraculi uim, numinis nominisq; interpretationem, qua Liber pater, & Sol, ἰάω significatur, executus est Cornelius Labeo, in libro, cui titulus est, De oraculo

Apollinis Clarij. Item Orpheus Liberum atq; solem unũ esse deũ eundemq; demonstrans, de ornatu uestituq; eius in sacris Liberalibus ita scribit:

Ταῦτά γε πάντα τελεῖν ἱερὰ σκοδὴ πυκάσσαι
Σῶμα θεῦ πλάττειν ἐειαύγεος ἠελίοιο.
Πρῶτα μὲν ἀργυφέαις ἐναλύγκιον ἀκτίνεσσιν
Πέπλον φοινίκεον πυρίκελον ἀμφιβαλέσθαι.
Αὐτὰρ ὕπερθε νέβροιο παναίολα δῦρα καλύψαι,
Δέρμα ποικιλόθηρος κατὰ δεξιὸν ὦμον
Ἄορα Δαυλιάδων μίμημ' ἱερῆτε πόλοιο.
Εἶτα δ' ὕπερθε νεβρῆς χύσιν ἰωπέα βαλέσθαι
Παμφαώοντα πέριξ στέρνων φορέειν, μίτρα, σῆμα
Εὐθὺς ὅτ' ἐκ περάτων γαίης φαέθων ἀνορούσῃ
Χρυσείαις ἀκτῖσι βάλῃ ῥόον ὠκεανοῖο,
Αὐγὴ δ' ἄσπετος ἥδε, σὺν δ' ἀμφιμιγδόσε
Μαρμαίρῃ δίνησιν ἑλισσομένη κατὰ κύκλον
Πρόδε θεοῦ ζώνη δ' ἄρ ὑπὸ στέρνον ἀμετρήτων
Φαίνετ' ἄρ' ὠκεανῆς κύκλος, μίτρα θαῦμ' ἐσιδέσθαι.

Hinc & Vergilius, sciens Liberum patrem solem esse, & Cererem Lunam, qui pariter fertilitatibus glebæ, & maturandis frugibus uel nocturno temperamento, uel diuturno calore moderantur, —Vestro, ait, si munere tellus

Georg. 1. Chaoniam pingui glandem mutauit aristæ.

Solem uero terrenæ esse fœcunditatis autorem, idem poëta profano mox docuit exemplo, cum ait:

Sæpe etiam steriles incendere profuit agros.

Et reliqua. Si enim hominum commento ignis adhibitus, multiplex præstat auxilium, quid ascribendum est æthereo Solis calori?

Ne Martis quidem aut Mercurii aliud esse numen quàm solem. CAPVT XIX.

Quæ

QVæ de Libero patre dicta sunt, hæc Martem eundem ac solem esse demonstrant. Siquidem plerique Liberum cum Marte cõiungunt, unum Deum esse monstrantes. Vnde Bacchus ἐνυάλιος cognominatur, quod est inter propria Martis nomina. Colitur etiam apud Lacedæmonios simulachrum Liberi patris hasta insigne, non thyrso. Sed cum thyrsum tenet, quid aliud quàm latens telum geritur, cuius mucro hedera lambente protegitur? quod ostendit, uinculo quodam patientiæ obligãdos impetus belli. Habet enim hedera uinciendi, obligandique naturam. Necnon & calor uini, cuius Liber pater autor est, sæpe homines ad furorem bellicum usque propellit. Igitur propter cognatum utriusque effectus calorem, Martem ac Liberum unum eundemque Deum esse uoluerunt. Certè Romani utrunque patris appellatione uenerãtur: alterum Liberum patrem: alterum Marspitrem, id est, Martem patrem cognominantes. Hinc etiam Liber pater, bellorum potens probatur, quòd eum primum edidere-runt autorem triumphi. Cùm igitur Liber pater idem ac sol sit: Mars uerò idem ac Liber pater: Martem solem esse quis dubitet? Acitani etiam Hispana gens, simulachrum Martis radijs ornatum maxima religione celebrant,* Necyn uocantes. Et certè ratio naturalis exigit, ut Dij caloris cœlestis parentes magis nominibus, quàm re, substantiaque diuersi sint. Feruorem autem, quo animus excandescit, excitaturque aliàs ad iram, aliàs ad uirtutes, nonnunquam ad temporalis furoris excessum, per quas res etiam bella nascuntur, Martem cognominauerunt. Cuius uim poëta exprimendo, & similitudini ignis applicando, ait: Liber idem qui sol.

* Neton

Μαίνετο δ' ὡς ὅτ' ἄρης ἐγχεσπαλος ἠ ὀλοὸν πῦρ. Iliad. 15.

In

In summa pronuntiandum est, effectum Solis, de quo feruor animorum, de quo calor sanguinis excitatur, Martem uocari.

Mercurium esse solem.

Vt uerò Mercurius Sol probetur, superius edocta suffragia sunt. Eundem enim esse Apollinem atq; Mercurium, uel hinc apparet: quòd apud multas gentes stella Mercurij ad Apollinis nomen refertur: & quòd Apollo Musis præsidet: Mercurius sermonem, quod est Musarum munus, impartit. Præter hoc quoq; Mercurium pro sole censeri, multa documenta sunt. Primum, quòd simulachra Mercurij pinnatis alis adornantur, quæ res mõstrat solis uelocitatem. Nam quia mentis potẽtem Mercurium credimus: appellatumq; ita intelligimus, ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν: & sol mundi mens est: summa autem est uelocitas mẽtis, ut ait Homerus, ὥστε νοῆμα πέρηνες ἦε νόημα: ideo* pinnis Mercurius quasi ipse natura solis ornatur. Hoc argumentum lucidius Aegyptij absoluunt, ipsius solis simulachra * pinnata fingentes, quibus color apud illos non unus est. Alterum enim cærulea specie, alterum clara fingunt. Ex his clarum superûm, & cæruleum inferûm uocant: inferiam tem nomen Soli datur, cùm inferiore hemisphærio, id est, hyemalibus signis cursum suũ peragit: superi, cùm partẽ zodiaci ambit æstiuam. Eadem circa Mercurium sub alia fabula fictio est: cùm inter superos, & inferos Deos administer, ac nuntius existimatur. Argiphontes prætereà cognominatur, non quòd Argum peremerit: quem ferũt per ambitum capitis multorum oculorum luminibus ornatum, custodisse Iunonis imperio Inachi filiam, eius Deæ pellicem, conuersam in bouis formam, sed sub huiusmodi fabula Argus est cœlum stellarum luce distinctum, quibus inesse quædam species cœlestium uidetur

Odysseæ 7.
* pennis
* pennata

Fabula de Argo multoculo, & eius naturalis significatio.

oculor

oculorum. Cœlum autem Argum uocari placuit à candore, & uelocitate, παρὰ τὸ ἀργὸν καὶ ταχύ. Et uidetur terram desuper obscruare, quam Aegyptij hieroglyphicis literis cum significare uolunt, ponunt bouis figuram. Is ergo ambitus cœli stellarum luminibus ornatus, tunc existimatur enectus à Mercurio, cum sol diurno tempore obseruando sidera ueluti enecat, ui luminis sui conspectum eorum auferendo mortalibus. Pleraq; etiam simulachra Mercurij quadrato statu figurãtur, solo capite insignita, & uirilibus erectis.

Quæ figura significat Solem mundi esse caput, & rerum satorem: omnemq; uim eius non in quodam diuisorum ministerio membrorum, sed in sola mente consistere, cuius sedes in capite est. Quatuor latera eadem ratione finguntur, qua & tetrachordum Mercurio creditur attributum. Quippe significat hic numerus uel totidem plagas mũdi, uel quatuor uices temporum, quibus annus includitur: uel quòd duobus æquinoctijs, duobusq; solstitijs, zodiaci ratio distincta est: ut lyra Apollinis chordarũ septem, tot cœlestium sphærarum motus præstat intelligi, quibus solem moderatorem natura constituit. In Mercurio solem coli, etiam ex caduceo claret, quod Aegyptij in specie draconum maris & fœminæ coniunctorum figurauerunt Mercurio consecrandum. Hi dracones parte media uoluminis sui inuicem nodo, quem uocant Herculis, obligantur: primæq; partes eorum reflexæ in circulũ, pressis osculis ambitũ circuli iungũt: & postmodũ caudæ reuocãtur ad capulum caducei, ornaturq; alis ex eadem capuli parte nascẽtibus. Argumentũ caducei ad genituram quoq; hominum, quæ genesis appellatur, Aegyptij protendunt: Deos præstites homini nascenti quatuor adesse

memor

memorantes, δαίμονα, τύχην, ἔρωτα, ἀνάγκην. Et duos priores solem, ac lunam intelligi uolunt, quòd sol autor spiritus caloris, ac luminis humanæ uitæ genitor & custos est: & ideo nascentis dæmon, id est, Deus creditur. Luna τύχη, quia corporum præsul est, quæ fortuitorũ uarietate iactantur. Amor, osculo significatur: Necessitas, nodo. Cur pinnæ adijciantur, iam superius absolutum est. Ad huiuscemodi argumẽta draconum præcipuè uolumen lectum est, propter iter utriusque sideris flexuosum.

Quin Aesculapium quoq; & Salutem, & Herculem, & cum Isíde ipsum etiã Serapin, alios quàm solem deos non esse. CAP. XX.

Aesculapiũ esse Solem.

HInc est quòd simulachris & Aesculapij & Salutis, draco subiungitur: quòd hi ad Solis naturam, Lunæq; referuntur. Et est Aesculapius uis salubris de substantia solis, subueniens animis, corporibusq; mortalium. Salus autem naturæ Lunaris effectus est: quo animantium corpora iuuantur salutifero firmata temperamento. Ideo ergo simulachris eorum iunguntur figuræ draconum: quia præstant, ut humana corpora, uelut infirmitatis pelle depositâ, ad pristinum reuirescant uigorem: ut reuirescunt dracones per annos singulos, pelle senectutis exuta. Propterea & ad ipsum solem species draconis refertur: quia Sol semper, uelut à quadam imæ depressionis senecta, in altitudinẽ suam, ut in robur reuertitur iuuentutis. Esse autem draconem inter præcipua solis argumenta, etiam nominis fictione monstratur: quòd sit nuncupatus, ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, id est, uidere. Nam ferunt hunc serpẽtem acie acutißima, & peruigili naturam huius sideris imitari: atque ideo ædium, adytorum, oraculorum, thesaurorum custodiam draconibus assignari. Aesculapium uerò eundem

eundem esse atque Apollinem, non solum hinc probatur, quòd ex illo natus creditur: sed quòd ei & ius diuinationis adiungitur. Nam Apollodorus in libris, quibus titulus est, περὶ θεῶν, scribit, quòd Aesculapius diuinationibus & augurijs præsit. Nec mirum: siquidem medicinæ, atque diuinationis consociatæ sunt disciplinæ. Nam medicus uel commoda, uel incõmoda in corpore futura prænoscit. Sic, ut ait Hippocrates, oportet medicum dicere de ægroto, τά τε παρεόντα, καὶ τὰ προγιγνόμενα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι: id est, quæ sint, quæ fuerint, quæ mox uentura sequentur. Quod congruit diuinationibus, quæ sciunt Τά τε ἐόντα, τά τ' ἐσόμενα καὶ πρότ' ἐόντα. Locus est in prognostico. Ιλιαλ. α.

Sed nec Hercules à substantia solis alienus est. Quippe Hercules ea est Solis potestas, quæ humano generi uirtutem ad similitudinem præstat deorum. Nec existimes Alcumena apud Thebas Bœotias natum solum, uel primum Herculem nuncupatum: imò post multos * atq; postremus ille, hac appellatione dignatus est, honoratusq; hoc nomine: quia nimia fortitudine meruit nomen Dei uirtutem regentis. Cæterum Deus Hercules religiosè quidem & apud Tyron colitur. Verum sacratissima, & augustissima Aegyptij cum religione uenerantur: ultraq; memoriam, quæ apud illos retrò longissima est, ut carentem initio colunt. Ipse creditur & Gigantes interemisse, cùm pro cœlo pugnasset, quasi uirtus Deorum. Gigantes autem quid aliud fuisse credẽdum est, quàm hominum quandam impiam gentem, Deos negantem: & ideo existimatam Deos pellere de cœlesti sede uoluisse? Horum pedes in draconum uolumina desinebant: quod significat, nihil eos rectum, nihil superum cogitasse, totius uitæ eorum gressu atq; processu in inferna mergente. Ab hac gente

* Dictio atque non est in antiquis codicibus

Sol

Sol pœnas debitas ui pestiferi caloris exegit. Et re uera Herculem solem esse uel ex nomine claret. Heracles enim quid aliud est, nisi heras, id est, aëris, cleos id est, gloria: quæ porrò alia aëris gloria est, nisi solis illuminatio, cuius recessu, profunditate, spiritus occulitur tenebrarum? Prætereà sacrorum administrationes apud Aegyptios multiplici actu multiplicem Dei asserunt potestatem: significantes Herculem hunc esse τὸν ἐν πᾶσι, καὶ διὰ πάντων ἥλιον. Ex re quoque alibi terrarum gesta, argumentum non uile colligitur. Nam Theron rex Hispaniæ citerioris, cum ad expugnandum Herculis templum ageretur furore, instructo exercitu nauium: Gaditani ex aduerso uenerunt, prouecti nauibus longis: commissoque prælio, adhuc æquo marte consistente pugna, subitò in fugam uersæ sunt regiæ naues: simulque improuiso igne correptæ conflagrauerunt. Pauciſsimi qui superfuerant hostium capti, indicauerunt apparuisse sibi leones proris Gaditanæ classis superstantes: ac subitò suas naues immissis radijs, quales in Solis capite pinguntur, exustas.

Serapin quoq; & Isida non distingui à sole.

Eidem Aegypto adiacens ciuitas, quæ conditorem Alexandrum Macedonem gloriatur, Serapin, atque Isim cultu penè attonitæ ueneratiouis obseruat. Omnem tamen illam uenerationem, Soli se sub illius nomine testatur impendere: uel dum calathum capiti eius infigunt: uel dum simulachro signum tripicitis animantis adiungunt, quod exprimit medio eodemque maximo capite Leonis effigiem. Dextera parte caput canis exoritur mansuetæ specie blandientis: pars uerò læua ceruicis, rapacis Lupi capite finitur, easq; formas animalium draco connectit uolumine suo, capite redeunte ad Dei dexteram, qua conspicitur monstrum. Ergo Leonis capite

pite monstratur præsens tempus, quia conditio eius inter præteritum futurumq; actu præsenti ualida feruensq; est. Sed præteritum tempus Lupi capite signatur, quod memoria rerum transactarum rapitur, & aufertur. Item canis blandiētis effigies futuri temporis designat euentum, de quo nobis spes, licet incerta, blanditur. Tempora autem cui, nisi proprio fámularentur autori? Cuius uertex insignitus calatho, & altitudinem sideris monstrat, & potentiam capacitatis ostendit: quia in eum omnia terrena redeunt, dum immisso calore rapiuntur. Accipe nunc quod de sole, uel Serapi pronuntietur oraculo. Nam Serapis, quem Aegyptij Deum maximū prodiderunt, oratus à Nicocreonte Cypriorum rege, quis Deorum haberetur, his uersibus solicitam religionem regis instruxit:

Εἷμὶ θεὸς κόσμου μαθέειν, οἷον κ' ἀγὼ ἄπτω.
Οὐράνιος κόσμου κεφαλή, κ' ἀσὴρ ὁ θάλασσα,
Γαῖα πέμοι πόδες εἰσί, τὰ δ' οὔατ' ἐν αἰθέρι κέκται.
Ὄμματα τηλαυγὲς, λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Ex his apparet, Serapis, & solis unam esse, & indiuiduam naturam. Isis cūcta religione celebratur, quæ est uel terra, uel natura rerum subiacens Soli. Hinc est, quòd continuatis uberibus, corpus Deæ omne densetur: quia uel terræ, uel rerum naturæ altu nutritur uniuersitas.

Adonin, Attinem, Osirim, & Horum, aliud non esse quàm solem. Præterea & duodecim signa zodiaci ad naturam Solis referri. CAPVT XXI.

Ne Adonin eundem alium esse quàm solem.

ADonin quoq; solem esse non dubitatur, inspecta religione Assyriorum: apud quos Veneris Architidis, & Adonis maxima olim ueneratio uiguit: quam nunc Phœnices tenent. Nam Physici terræ superius hemisphærium, cuius partem incolimus, Veneris appellatione coluerunt:

inferius uerò hemiſphæriũ terræ, Proſerpinã uocauerunt. Ergo apud Aſſyrios, ſiue Phœnices, lugẽs inducitur Dea, quòd Sol annuo greſſu per duodecim ſignorum ordinem pergens, partem quoq; hemiſphærij inferioris ingreditur: quia de duodecim ſignis zodiaci, ſex ſuperiora, ſex inferiora cẽſentur. Et cum eſt in inferioribus, & ideo dies breuiores facit, lugere creditur Dea: tanquàm ſole raptu mortis temporalis amiſſo, & à Proſerpina retento, quam numen terræ inferioris circuli & Antipodum diximus. Rurſumq; Adonin reddituũ Veneri credi uolũt: cùm Sol euictis ſex ſignis annuis inferioris ordinis, incipit noſtri circuli luſtrare hemiſphærium, cum incremento luminis, & dierum. Ab apro autem tradunt interemptum Adonin, hyemis imaginem in hoc animali fingentes: quòd aper hiſpidus & aſper, gaudet locis humidis & luteſis, pruinaq; cõtectis: proprieq; hyemali fructu paſcitur, glande. Ergo hyems ueluti uulnus eſt Solis, quæ & lucem eius nobis minuit & calorem, quod utrunq; animãtibus accidit morte. Simulachrum huius Deæ in mõte Libano fingitur capite obnupto, ſpecie triſti, faciem manu læua intra amictũ ſuſtinens, lachrymæ uiſione conſpicientium manare creduntur. Quæ imago, præterquàm quòd lugentis eſt (ut diximus) Deæ: terræ quoq; hyemalis eſt, quo tempore obnupta nubibus, ſole uiduata ſtupet: fõtesq;, ueluti terræ oculi, uberius manant: agriq; iterum ſuo cultu uidui, mœſtam faciem ſui monſtrant. Sed cum Sol emerſerit ab inferioribus partibus terræ: uernalisq; æquinoctij tranſgreditur fines, augendo diem: tunc & Venus læta, & pulchra uirent arua ſegetibus, prata herbis, arbores fõlijs. Ideo maiores noſtri Aprilem menſem Veneri dicauerunt.

Obnupto, id eſt, cooperto.

Similiter Phryges fabulis, & ſacrorum adminiſtrationibus

nibus immutatis, circa matrem Deûm, & Attinem eadem intelligi præstant. Quis enim ambigat matrem Deûm terram haberi? Hæc Dea leonibus uehitur, ualidis impetu atque feruore animalibus: quæ natura cœli est, cuius ambitu aër continetur: qui uehit terram. Solem uerò, sub nomine Attinis, ornat & fistula, & uirga. Fistula ordinem spiritus inæqualis ostẽdit: quia uẽti, in quibus nulla æqualitas est, propriam sumunt de sole substantiam. Virga, Solis potestatem asserit, qui cuncta moderatur. Præcipuam autem Solis in his ceremonijs uerti rationem, hinc etiam potest intelligi: quòd ritu eorum κατάδεσις finita, simulationeq; luctus peracta, celebratur lætitiæ exordium ad octauum Calendas Aprilis: quem diem Hilaria appellant: quo primum tempore Sol diem longiorem nocte protendit.

Idem sub diuersis nominibus religionis effectus est apud Aegyptios: cum Isis Osirim luget: nec in occulto est, neque aliud esse Osirim quàm solem, nec Isim aliud esse quàm terram (ut diximus) naturamue rerũ. Eademq; ratio quæ circa Adonin & Attinem uertitur, in Aegyptia quoq; religione luctum & lætitiam uicibus annuæ administrationis alternat. Hinc Osirim Aegyptij, ut solem esse asserant, quoties hieroglyphicis literis suis exprimere uolunt, insculpunt sceptrum: inq; eo speciem oculi exprimũt: & hoc signo Osirim monstrant: significãtes hunc Deum solem esse, regaliq; potestate sublimem cuncta despicere, quia solem Iouis oculum appellat antiquitas. Osirim etiam solem esse.

Apud eosdẽ Apollo qui est Sol, Horus uocatur. Ex quo & horæ uigintiquatuor, quibus dies noxq; conficitur, nomen acceperũt. Et quatuor tempora, quibus annuus orbis impletur, horæ uocantur. Iidem Aegyptij uolentes ipsius Solis nomine dicare simulachrum, figurauere raso capite, Horus idem Deus qui Sol. Attinem aliud non esse quàm solem.

sed dextra parte crine remanẽte. Seruatus crinis, docet solem naturæ rerũ nunquàm esse in operto. Dempti autem capilli residẽte radice monstrant hoc sidus etiam tẽpore, quo non uisitur à nobis, rursum emergendi, uti capillos, habere substantiã. Eodem argumẽto significatur & tempus, quo angusta lux est: cùm uelut abrasis incremẽtis, angustáq; manente extantia, ad minimum diei Sol peruenit spatium, quod ueteres appellauere brumale solstitiũ: brumam à breuitate dierũ cognominantes, id est, βραχυ ἡμερ. Ex quibus latebris uel angustijs rursus emergens, ad æstiuum hemisphærium, tanquam enascens, in augmenta porrigitur: & tunc ad regnum suũ peruenisse iam creditur. Propterea Aegyptij animal in zodiaco consecrauere, ea cœli parte, qua maximè annuo cursu Sol ualido efferuet calore. Leonisq; inibi signum, domicilium solis appellant: quia id animal uidetur ex natura Solis substantiam deducere: primumque impetu & calore præstat animalia, uti præstat Sol sidera: ualidusque est Leo pectore, & priore corporis parte, ac degenerat posterioribus membris: æquè solis uis prima parte diei ad meridiem increscit, uel prima parte anni à uere in æstatem: mox elãguescens, deducitur uel ad occasum, qui diei, uel ad hyemem, quæ anni pars uidetur esse inferior. Idemq; oculis patentibus atque igneis cernitur semper, ut Sol patenti igneoq; oculo terram conspectu perpetuo atq; insatigabili cernit. Nec solus Leo, sed signa quoq; uniuersa zodiaci ad naturã Solis iure referuntur. Et ut ab Ariete incipiã, magna illi concordia est. Nam & is per sex mẽses hybernales sinistro incubat lateri, ab æquinoctio uerno super dextrũ latus: sicut et Sol: ab eodem tempore dextrum hemisphærium, reliquo ambit sinistrum. Ideo & Ammonem quem Deum solem occiden-

Signa zodiaci ad naturam referri.

tem

tem Libyes existimant, Arietinis cornibus fingunt, quibus maximè id animal ualet, sicut radijs Sol. Nam & apud Græcos *ἀπὸ τῦ κέρως κρίω appellatur. Taurum uerò ad solem referri, multiplici ratione Aegyptius cultus ostẽdit, uel quia apud Heliopolim taurum Soli consecratum, quem *Netiron cognominãt, maximè colunt: uel quia bos Apis in ciuitate Memphi, solis instar excipitur: uel quia in oppido Hermunthi magnifico Apollinis tẽplo, consecratum soli colunt taurum, *Bacchin cognominãtes, insignem miraculis cõuenientibus naturæ solis. Nam & per singulas horas mutare colores affirmatur: & hirsutus setis dicitur in aduersum nascentibus, contra naturam omniũ animaliũ. Vnde habetur ueluti imago Solis in aduersam mundi partem nitentis. Gemini autem, qui alternis mortibus uiuere creduntur, quid aliud nisi Solem unũ eũdemq; significant, modo descendentẽ in ima mundi, modo in summam altitudinem resurgẽtem? Cancer obliquo gressu, quid aliud nisi iter Solis ostẽdit? qui uiam nunquàm rectam, sed per illam semper meare *sortitus est, Obliquus quà se signorũ uerteret ordo: maximeq; in illo signo, Sol à cursu supero incipit obliquus inferiora iam petere. De Leone iam suprà dictum est. Virgo autem, quæ manu aristam fert, quid aliud quàm δύναμις ἡλιακὴ, quæ fructibus *curuatur? & ideo iustitia creditur, quæ sola facit nascentes fructus ad hominũ usus peruenire. Scorpius totus, in quo Libra est, naturam Solis imaginatur: qui hyeme torpescit: & transacta hac, aculeum rursus erigit ui sua, nullum natura damnum ex hyberno torpore perpessa. Sagittarius, qui omniũ zodiaci domiciliorum imus atq; postremus est, ideo ex homine in feram per membra posteriora degenerat: quasi postremis partibus suis à superis in inferiora detrusus: sagittam

*ἀπὸ τῦ κάρα

*Neuton

*Bacin

*solitus Georg. 1.

*curat

tamen iacit: quod indicat, tunc quoque uniuersorum constare uitam radio Solis uel ab ima parte uenientis. Capricornus ab infernis partibus ad supera solem reducens, capræ naturam uidetur imitari: quæ dum pascitur, ab imis partibus semper prominẽtium scopulorum alta deposcit. Aquarius non ne ipsam uim Solis ostendit? Vnde enim imber caderet in terras, nisi Solis calor ad supera traheret humorem? cuius refusio pluuialis est copia. In ultimo ordine zodiaci Pisces locati, quos consecrauit Soli non alia qua naturæ suæ imaginatio, ut cætera: sed ostentatio potentiæ sideris, à quo uita non solum aërijs terrenisq; animalibus datur, sed illis quoq; quorum conuersatio aquis mersa uelut è cõspectu Solis exulat. Tanta est uis solis, ut abstrusa quoq; penetrando uiuificet.

Quòd Nemesis, Pan, seu Inuus, & Saturnus, aliud non sint quàm sol. CAPVT XXII.

Nemesim esse solem.

ET, ut ad Solis multiplicem potestatẽ reuertatur oratio, Nemesis quæ contra superbiam colitur, quid aliud est, quàm Solis potestas? Cuius ista natura est, ut fulgẽtia obscuret, & conspectui auferat: quæq; sunt in obscuro illuminet, offerat q; conspectui. Pan ipse, quem uocant Inuum, sub hoc habitu quo cernitur, solem se esse prudentioribus permittit intelligi. Hunc deum Arcades colunt, appellantes ἀρ τῆς ὕλης κύριον: non syluarum dominum, sed uniuersæ substantiæ materialis dominatorem significari uolentes. Cuius materiæ uis, uniuersorum corporum, seu illa diuina, siue terrena sint, cõponit essentiam. Ergo Inui cornua, barbæq; prolixa demissio, naturam lucis ostendunt: qua sol & ambitum cœli superioris illuminat, & inferiora collustrat. Vnde Homerus de eo ait:

Et Pana Deum solem esse.

Iliados 11. Ὧρτο δ' ἴν' ἀθανάτοισι φόως φέροι, ἠδὲ βροτοῖσι.

Quid

Quid fistula uel uirga significent, superius in habitu Attinis expressimus. Quòd in Capræ pedes desinit, hæc argumenti ratio est: quia materia, quæ in omnem substantiam sole dispensante porrigitur, diuinis de se corporibus effectis, in terræ finitur elementum. Ad huius ergo extremitatis signum pedes huius animalis electi sunt: quòd & terrenum esset, & tamen semper peteret alta pascendo, sicut sol: uel cùm radios superne demittit in terras: uel cum se recolligit, in mõtibus uisitur. Huius Inui amor & deliciæ ἠχὼ creditur, nullius oculis obnoxia: quod significat harmoniam cœli, quæ Soli amica est, quasi sphærarum omniũ de quibus nascitur moderatori: nec tamen potest nostris unquam sensibus deprehendi. Saturnus ipse, qui autor est temporum: & ideo à Græcis immutata litera χρόνος quasi χρόνος uocatur: quid aliud nisi Sol intelligendus est? cùm tradatur ordo elementorum, temporum numerositate distinctus, luce patefactus, nexus æternitate traductus, uisione discretus, quæ omnia actum Solis ostendunt. Echo. Saturnus idem qui sol.

Iouem quoq; & Assyriorum Adad, eundem esse quem Solem. Tum & theologorũ & Orphei autoritate ostendi posse, omnes deos referri ad solem. CAP. XXIII.

NEc ipse Iupiter rex Deorum, Solis naturam uidetur excedere: sed eundem esse Iouem ac Solẽ, claris docetur indicijs. Nam cùm ait Homerus:

Ζεὺς γὰρ ἐς ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο. Iliados 1.
Δωδεκάτῃ δέ τοι αὖθις ἐλεύσεται Οὐλυμπόνδε.

Iouis appellatione solem intelligi Cornificius scribit: cui unda Oceani uelut dapes ministrat. Ideo enim (sicut & Posidonius & Cleanthes affirmant) solis meatus à plaga, quæ usta dicitur, non recedit: quia sub ipsa currit

Oceanus, qui terram & ambit, & diuidit. Omnium autem Physicorum assertione constat, calorem humore nutriri. Nam quod ait, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἔασιν, sidera intelligun tur: quæ cum eo ad Occasus, Ortusque quotidie impe tu cœli feruntur, eodemq; aluntur humore: θεοὺς enim di cunt sidera & stellas, ἀπὸ τοῦ θέειν, id est, τρέχειν, quòd sem per in cursu sint: ἢ ἀπὸ τοῦ θεωρεῖσθαι. Addit poëta δυωδεκάτην γίνετ' ἠὼς, non dierum, sed horarum significans numerum: quibus referuntur ad hemisphærij superioris exortũ. Intellectum nostrum in eandem sententiam ducunt etiam de Timæo Platonis hæc uerba: ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ ζεὺς ἐλαύνων, πτηνὸν ἅρμα πρῶτος πορεύεται διακοσμῶν πάντα, καὶ ἐπιμελούμενος, ὧν δ' ἕπεται στρατιὰ θεῶν καὶ δαιμόνων κατὰ μόρια κεκοσμημένη, μένει δὲ ἑστία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη. His enim uerbis magnum in cœlo du cem Solem uult sub appellatione Iouis intelligi, alato cur ru, uelocitatem sideris monstrans. Nam quia in quocunq; signo fuerit, præstat omnia signa & sidera, signorumq; præstites Deos, uidetur cunctos Deos ducatu præire, ordinando cuncta, ornandoq; : atq; ideo uelut exercitum eius, cæteros Deos haberi per XII. signorum partes distributos: quia ipse duodecimi signi in quocunque si gno fuerit, locum tenet, & occupat. Nomen autem De monum cum Deorum appellatione coniungit: aut quia dij sunt δαήμονες, id est, scientes futuri: aut (ut Posßidonius scribit in libris, quibus titulus est περὶ ἡρώων καὶ δαιμόνων) quia ex ætherea substantia parta atq; diuisa qualitas illis est: siue ἀπὸ τοῦ δαίειν, id est, καίειν: seu ἀπὸ τοῦ δαμάν, hoc est, μεριζομένην. Quòd autem addit, μένει δ' ἑστία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη, significat quia hæc sola, quam terrã esse accepi mus, manet immobilis intra domũ Deorũ, id est, intra mun dum,

Iliados 1. In Phædro Pla tonis leguntur. ἀπὸ τοῦ δαμάν, id est καίειν.

dum, ut ait Euripides:

Καὶ γοῦν μήτηρ, ἣ σ' ἐτέκνωσεν λέγει σοφοὶ
Βροτῶν καλοῦσιν ἡμένην ἐν ἁρμάτοις.

Hinc quoq; ostenditur quid de sole & Ioue sit sentiendum, cum alibi dicatur:

Πάντα ἐφορᾷ διὸς ὀφθαλμὸς καὶ πάντα νοήσας. Et alibi: Hesiodus Iliados 3.
Ἠέλιος θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις.

Vnde utrunq; constat una potestate censendum. Assyrij quoq; solem sub Iouis nomine, quem Dia Heliopeliten cognominant, maximis ceremonijs celebrãt, in ciuitate, quæ Heliopolis nuncupatur. Eius Dei simulachrum sumptum est de oppido Aegypti, quod & ipsum Heliopolis appellatur, regnante apud Aegyptios Senemure, seu idem Senepos nomine fuit: perlatumq; est primum in eam per Oppiã legatum Delebois regis Assyriorum, sacerdotesq; Aegyptios, quorum princeps fuit Parmetis: diuq; habitũ apud Assyrios, posteà Heliopolim commigrauit. Cur ita factum: quaq; ratione Aegypto profectum, in hæc loca ubi nunc est, postea uenerit: rituq; Assyrio magis, quàm Aegyptio colatur, dicere supersedi: quia ad præsentem non attinet causam. Nunc uerò eundem Iouem, solemq; esse, cùm ex ipso sacrorũ ritu, tum ex habitu dignoscitur. Simulachrũ enim aureum, specie imberbi instat: dextra eleuata cum flagro, in aurigæ modũ: læua tenet fulmen, & spicas. Quæ cuncta Iouis, Solisq; consociatam potentiam demonstrant. Huius templi religio etiam diuinatione præpollet, quæ ad Apollinis potestatem refertur, qui idem atq; Sol est. Vehitur enim simulachrum Dei Heliopolitani *ferculo, ueluti uehuntur in pompa ludorum Circensium Deorum simulachra. Et subeunt plerunq; prouinciæ proceres, raso capite, longi temporis castimonia puri: feruntursq; diuino spiri

*Ferculum hic, pro uehiculo, non pro dapibus.

tu, non suo arbitrio, sed quò Deus propellit uehentes: ut uidimus apud Antium promoueri simulachra Fortunarũ, ad danda responsa. Consulunt hunc Deum & absentes, missis diplomatibus consignatis, rescribitq; ordine ad ea, quæ consultatione addita continentur. Sic & imperator Traianus iturus ex ea prouincia Parthiam cum exercitu, constantissimæ religionis hortantibus amicis, qui maxima huiusce numinis ceperant experimenta, ut de euentu consuleret rei cœptæ: egit Romano consilio, prius explorando fidem religionis, ne fortè fraus subesset humana. Et primum misit signatos codicillos, ad quos sibi rescribi uellet. Deus iussit afferri chartam, eamq; assignari puram, & mitti: stupentibus sacerdotibus ad eiusmodi factum. Ignorabant quippe conditionem codicillorum. Hos cum maxima admiratione Traianus excepit, quòd ipse quoq; puris tabellis cum Deo egisset. Tunc alijs codicillis conscriptis, signatisq; consuluit an Romam perpetrato bello rediturus esset. Vitem centurialem Deus ex muneribus in æde dicatis, deferri iussit: diuisamq; in partes sudario condi, ac proinde ferri. Exitus rei obitu Traiani apparuit, ossibus Romam relatis. Nam fragmentis, species reliquiarum: uitis argumento, casus futuri tempus ostensum est. Et ne sermo per singulorum nomina Deorum uagetur, accipe quid Assyrij de solis potentia opinentur. Deo enim, quem summum, maximumq; uenerantur, Adad nomen dederũt. Eius nominis interpretatio significat, unus. Hunc ergo ut potentissimum adorant Deum. Sed subiungunt eidem Deam nomine Atargatim: omnemq; potestatem cunctarum rerũ his duobus attribuunt, Solem, Terramq; intelligentes: nec multitudine nominum enuntiantes diuisam eorum per omnes species potestatem: sed argumentis quibus ornantur,

Traiani explorationis Damonis, qui mortem eius præsit,

Atargatis dea.

tur, significantes multiplicem præstantiam duplicis numinis. Ipsa autem argumenta, Solis rationem loquuntur. Nanq; simulachrum Adad, insigne cernitur radijs inclinatis, quibus monstratur, uim cœli in radijs esse Solis, qui demittuntur in terrã. Atargatis simulachrum sursum uersum reclinatis radijs insigne est: monstrando radiorum ui supernè demissorum enasci quæcunq; terra progenerat. Sub eodem simulachro species leonum sunt: eadem ratione terram esse monstrantes, qua Phryges finxere matrem Deũm, id est, terram leonibus uehi. Postremò, potentiã Solis ad omnium potestatem, summitatemq; referri, indicant Theologi: qui in sacris hoc breuissima precatione de monstrant, dicentes: Ἥλιε παντοκράτωρ, κόσμου πυθμὴν, κόσμου δύναμις, κόσμου φῶς. Solem esse omnia & Orpheus testatur, his uersibus:

Κέκλυθι τηλεπόρου, δίνης ἑλικαύχεα κύκλου
Οὐρανίοας τροφάλιγξι περὶ δρόμον ἀέρι ἑλίσσων
Ἄλλαι ζοῦ διόνυσε πάτερ πόντου πατερ ης
Ἥλιε παγγενέτωρ παναίολε χρυσοφεγγές.

De laudibus, uariaq; eruditione Vergilii. Tum de his, quæ sequentibus libris per ordinem sunt explicanda.

CAPVT XXIIII.

HIc cùm Prætextatus fecisset loquendi finem, omnes in eum affixis uultibus, admirationem stupore prodebant. Deinde laudare hic memoriam, ille doctrinam. cuncti religionem: affirmantes hunc esse unum arcanæ Deorum naturæ consciũm, qui solus diuina & assequi animo, & eloqui posset ingenio. Inter hæc Euangelus: Equidem, inquit, miror potuisse tantorum potestatem numinum comprehendi. Verùm quod Mantuanum nostrum ad singula, cùm de diuinis sermo est, testem citatis: gratiosius est, quàm

ut

ut iudicio fieri putetur. An ego credam, quod ille cùm diceret: Liber & alma Ceres, pro Sole, & Luna, non hoc in alterius poëtæ imitationem posuerit: ita dici audiens, cur tamen diceretur ignorans? Nisi fortè, ut Græci omnia sua in immensum tollunt, nos quoq; poëtas etiam nostros uolumus philosophari: cùm ipse Tullius, qui non minus professus est philosophandi studium, quàm loquendi, quoties aut de natura Deorum, aut de fato, aut de diuinatione disputat, gloriam, quã oratione conflauit, incondita rerum relatione minuat. Tum Symmachus: De Cicerone Euangele, qui conuicijs impenetrabilis est, pòst uidebimus. Nunc quia cum Marone nobis negotium est, respondeas, uolo: utrum poëtæ huius opera instituendis tantum pueris idonea iudices, an alia illis altiora inesse fatearis. Videris enim mihi ita adhuc Vergilianos habere uersus: qualiter eos pueri magistris prælegentibus canebamus. Imò uerò pueri cùm essemus Symmache (inquit Euangelus) sine iudicio mirabamur: inspicere autem uitia, nec per magistros nec per ætatem licebat: quæ tamen non pudenter quisquã negabit, cùm ipse confessus sit. Qui enim moriens poëma suum legauit igni, quid nisi famæ suæ conuicia posteritati subtrahenda curauit? Nec immeritò. Erubuit quippe de se futura iudicia: si legeretur petitio deprecantis filio arma à marito, cui soli nupserat, nec ex eo prolem suscepisse se nouerat: uel si mille alia multum pudenda, seu in uerbis modò Græcis, modò Barbaris, seu in ipsa dispositione operis deprehenderentur. Cumq; adhuc dicentẽ omnes exhoruissent, subtexuit Symmachus: Hæc est quidem Euangele Maronis gloria, ut nullius laudibus crescat, nullius uituperatione minuatur. Verùm ista quæ proscindis, defendere quilibet potest ex plebeia grãmaticorum cohorte: ne Ser-

uio

uio nostro, qui priscos (ut mea fert opinio) præceptores doctrina præstat, in excusandis talibus quæratur iniuria. Sed quæro utrũ cùm poëtica tibi in tanto poëta displicuerit: nerui tamen oratorij, qui in eodem sunt ualidissimi, placere uideantur. Hæc uerba primùm Euangeli risus excepit. Deinde subiecit: Id hercule restat deniq;, ut oratorem Vergilium renuntietis. Nec mirum, cùm ad philosophos ambitus uester paulò antè prouexerit. Si in hac opinione es, Symmachus inquit, ut Maro tibi nihil nisi poëticum sensisse existimetur: licet hoc quoq; eidem nomen inuideris, audi quid de operis sui multiplici doctrina ipse pronũtiet. Ipsius enim Maronis epistola, qua compellat Augustum, ita incipit: Ego uerò frequentes à te literas accipio. & infrà: De Aenea quidem meo, si mehercule iam dignũ auribus haberem tuis, libenter mitterem. Sed tanta inchoata res est, ut penè uitio mentis tantum opus ingressus mihi uidear: cùm præsertim (ut scis) alia quoq; studia ad id opus multoq; potiora impartiar. Nec his Vergilij uerbis copia rerum dissonat, quam pleriq; penè omnes literatores pedibus illotis prætereunt, tanquam nihil ultra uerborum explanationem liceat nosse grammatico. Ita sibi belli isti homines certos scientiæ fines, & uelut quædam pomœria & effata posuerunt: ultra quæ si quis egredi audeat, intro + spexisse in ædem deæ, à qua mares absterrentur, existimandus sit. Sed nos, quos crassa Minerua dedecet, non patiamur abstrusa esse adyta sacri poëmatis: sed arcanorũ sensuum inuestigato adyto, doctorum cultu celebranda præbeamus recluſa penetralia. Et ne uidear, uelle omnia unus amplecti: spondeo uiolentissima inuenta, uel sensa rhetoricæ in Vergiliano me opere demonstraturum. Eusebio autem oratorum eloquentissimo, non præripio de oratoria

Virgilius Augusto.

apud

apud Maronẽ arte tractatũ: quem & doctrina, & docendi usu melius exequetur. Reliquos omnes, qui adestis, impẽsè precatus sim: ut quid uestrũ quisq; præcipuũ sibi annotauerit de Maronis ingenio, uelut ex symbolo cõferamus. Mirũ in modũ alacritatem omnibus, qui aderãt, hæc uerba pepererũt. Et assurgẽs quisq; in desideriũ alios audiendi, nõ uidit & se in idẽ munus uocandũ. Itaq; hortatu mutuo concitati, in assensum facilè ac libẽter animati sunt: intuentesq; omnes Prætextatum orabãt, ut iudicium suũ primus aperiret: cæteris per ordinẽ, quem casus sedendi fecerat, secuturis. Et Vectius: Equidem inter omnia, quibus emineat laus Maronis, hoc assiduus lector admiror, quia doctissimè ius Pontificũ, tanquã hoc professus, in multa & uaria operis sui parte seruauit. Et si tantæ dissertatiõis sermo nõ effecerit: promitto fore, ut Vergilius noster pontifex maximus asseratur. Post hunc Flauianus: Apud poëtam nostrũ, inquit, tantam scientiã iuris auguralis inuenio: ut si aliarum disciplinarum doctrina destitueretur, hæc illũ uel sola professio sublimaret. Eustathius deinde: Maximè, inquit, prædicarem quanta de Græcis cautus, & tanquã aliud agens, modo artificij dissimulatione, modo professa imitatione trãstulerit: ni me maior admiratio de astrologia, totaq; philosophia teneret, quàm parcus, & sobrius operi suo nusquam reprehendendus aspersit. Furius Albinus alterum fouens Prætextati latus, iuxtaq; eũ Cecinna Albinus ambo uetustatis affectationẽ in Vergilio prædicabãt, alter in uersibus, alter in uerbis. Auienus: Nõ assumã mihi, inquit, ut unã aliquã de Vergilianis uirtutibus audeã prædicare: sed audiẽdo quæcũq; dicetis, si quid uel de his mihi uidebitur, uel iandudũ legenti adnotandũ uisum est, opportunius proferã: modo memineritis à Seruio nostro exigendũ, ut quicquid

R. de ordine de Maronis iudicium.

quid obscurũ uidebitur, quasi literatorũ omniũ longe maximus, palàm faciat. His dictis, & uniuerso cœtui cõplacitis, Prætextatus cũ in se conuersa omniũ ora uidisset: Philosophia, inquit, quod unicũ est munus Deorũ, & disciplinarũ disciplinarũ, honorãda est anteloquio. Vnde meminerit Eustathius, primũ sibi locũ ad differendũ, omni alia professione, cedente cõcessum. Huic tu mi Flauiane succedes: ut & auditu uestro recreer, & aliquãto silentio instaurẽ uires loquẽdi. Inter hæc seruilis moderator obsequij, cui cura uel adolẽdi Penates, uel struẽdi penũ, & domesticorum actuum ministros regendi, admonet dominũ, familiã pro solennitate annui moris epulatam. Hoc enim festo, religiosæ domus prius famulos instructis, tanquã ad usum domini, dapibus honorãt: & ita demũ patris familiâs mẽsæ apparatus nouatur. Insinuat ergo Præsul famulitij cœnæ tẽpus, & dominos iã uocare. Tũ Prætextatus: Reseruãdus ergo est Vergilius noster ad meliorẽ partẽ diei: ut mane nouũ inspiciendo per ordinẽ carmini destinemus. Nũc hora nos admonet, ut honore uestro hæc mẽsa dignetur. Sed & Eustathius, & post hũc Nicomachus meminerint, crastina dissertatione seruari sibi anteloquij functionẽ. Et Flauianus: Ex placita iã uos lege cõuenio, ut sequẽti die Penates mei beari se tãti cœtus hospitio gloriẽtur. His cùm oẽs assensi essent, ad cœnã, alio aliud de his quæ iter se cõtulerãt reminiscẽte approbãteq;, cũ magna alacritate animi cõcesserũt.

+ Anteloqui

FINIS LIBRI PRIMI.

Facile (inquit Vesalienſis) hic primi libri finis oſtendit, quàm multa in ſequentibus deſiderentur. Quota enim pars de rhetoricis obſeruationibus extat? Vbi de ſcientia iuris auguralis ulla fit mentio? Vt ne dicam, interim quàm multa deſint & reliquorum, quàm confuſa omnia ſint, uti ſuis locis ſumus indicaturi.

Macrobij

MACROBII AVRELII THEODOSII VIri consularis & illustris, Saturnaliorum, liber secundus.

Qua occasione de iocis ac dicteriis ueterum, sermo ortus fuerit inter conuiuas. CAPVT I.

*gastrimargiam ferculo

SIC VBI modestus edendi modus cessare fecit *castimoniã ferculorum, & cõuiualis lætitia minusculis poculis oriebatur, Auienus ait: Bene ac sapienter Maro noster tumultuosum, ac sobrium uno eodemq; uersu descripsit sub paucorum uerborum immutatione conuiuium. Namubi sub apparatu regio procedere solet luxus ad strepitum, Pòst quàm prima, inquit, quies epulis: at cum Heroës castigatis dapibus assidunt, non reducit quietem, quia nec præcessit tumultus: sed inquit, Pòst quàm exempta fames epulis. Nostrum hoc conuiuiũ, quod & heroici seculi pudicitiam, & nostri conduxit elegantiam, in quo splendor sobrius & diligens parsimonia, Agathonis conuiuio, uel post magniloquentiam Platonis non componere tantum, sed nec præferre dubitauerim. Nam ipse rex mensæ, nec in moribus Socrate minor, & in Republica philosopho efficacior. Cæteri qui adestis, eminentiores estis ad uirtutum studia, quàm ut poëtis comicis, & Alcibiadi, qui tantum fuit fortis ad crimina, alijsq; quibus frequens illud conuiuium fuit, uos quisquam existimet comparandos. Bona uerba quæso, Prætextatus ait, circa reuerentiam tantum Socraticæ maiestatis. Nam reli

Aeneid. 1.

Alcibiades tantum fuit fortis ad crimina

quis,

quis, qui in illo fuerunt symposio, hæc lumina quis non præponenda cõsentiat? Sed quorsum tibi Auiene hoc tendit exemplum? Quia sub illorũ, inquit, supercilio non defuit, qui psaltriã intromitti peteret: ut puella ex industria supra naturam mollior, canora dulcedine, & saltationis lubrico exerceret illecebris philosophantes. Illhic hoc fieri tentatum est, ut Agathonis uictoria celebraretur. Nos honorẽ Dei, cuius hoc festum est, nullo admixtu uoluptatis augemus: neque ego sum nescius, uos nec tristitiam, nec nubilum uultum in bonis ducere: nec Crassum illũ, quem, autore Lucilio, Cicero semel in uita risisse scribit magnopere mirari. Ad hæc cum Prætextatus diceret, ludicras uoluptates nec suis Penatibus assuetas, nec ante cœtum tam serium producendas: excepit Symmachus: Quia Saturnalibus optimo dierum (ut ait Veronensis poëta) nec uoluptas nobis ut Stoicis tanquam hostis repudiãda est, nec ut Epicureis summum bonum in uoluptate ponendum: excogitemus alacritatem lasciuia carẽtem. Et, ni fallor, inueni, ut iocos ueterum ac nobilium uirorum edecumatos ex multijugis libris relatione mutua proferamus. Hæc nobis sit literata lætitia, & docta cauillatio, *uicem Planipedis & Sabulonis impudica & prætextata uerba iacientis: at pudorem, ac modestiam *uersus imitata. Hæc res & cura, & studio digna ueteribus uisa est. Et iam primo animaduerto duos, quos eloquentissimos antiqua ætas tulit, comicum Plautum, & oratorẽ Tullium, eos ambos etiam ad iocorum uenustatẽ cæteris præstitisse. Plautus quidẽ ea re clarus fuit, ut post mortem eius Comœdiæ, quæ incertæ ferebantur, Plautinæ tamen esse, de iocorum copia, noscerentur. Cicero autem quantum in ea re ualuerit, quis ignorat, qui uel liberti eius libros, quos is de patroni iocis

Cicero. | offi. De industria in C. Cæsare. L. Flco.

Crassus in vita semel risit.

als: uitans morem Planipedis & Sannionis

*risus

Plautus Comicu M. Cicero Orat ad iocorum ven statem cæteris p stabant.

Cicero malè audit propter nimiam libertatem in vtendis iocis.

compoſuit, quos quidã ipſius putant eſſe, legere curauit? Quis item neſcit conſularem eum ſcurram ab inimicis appellari ſolitum? Quod in oratione etiam ſua Vatinius poſuit. Atq; ego (ni longum eſſet) referrem, in quibus cauſis cum nocentiſsimos reos tueretur uictoriam iocis adeptus ſit. Vt ecce pro L. Flacco, quem repetundarum reum, ioci opportunitate de manifeſtiſsimis criminibus exemit. Is iocus in oratione non extat, ubi ex libro *Fuſij Viuaculi notus eſt, & inter alia eius dicteria celebratur. Sed in hoc uerbo non caſu incidi, uolens feci. Locos enim hoc genus, ueteres noſtri dicteria dicebant. Teſtis idem Cicero, qui in libro epiſtolarũ ad Corn. Nepotem ſecundo ſic ait: Itaq; noſtri cum omnia quæ dixiſſemus, dicta eſſent, quæ facetè & breuiter, & acutè locuti eſſemus, ea proprio nomine appellari dicteria uoluerunt. Hæc Cicero. Nonius uerò, Pomponiusq; iocos non raro dicteria nominant. Marcus etiam Cato ille Cẽſorius, argutè iocari ſolitus eſt. Horum nos ab inuidia muniret autoritas, etiam ſi noſtris cauillamur. At cùm à ueteribus dicta referamus, ipſa utiq; autorum dignitate defendimur. Si ergo probatis inuentum, agite quod cuiq; de dictis talibus in mẽtem ueniet, uicißim memoriam noſtram excitando, referamus. Placuit uniuerſis lætitiæ excogitata ſobrietas: & ideo ut Ptætextatus incipiendo autoritatẽ de exemplo præberet, hortati ſunt.

*Furij Bibaculi

De diuerſorum iocis atq; dicteriis. CAP. II.

TVm ille: Dictum uolo hoſtis referre, ſed uicti, & cuius memoria inſtaurat Romanorum triumphos. Annibal Carthaginienſis apud regem Antiochũ profugus, facetißimè cauillatus eſt. Ea cauillatio huiuſcemodi fuit. Oſtendebat Antiochus in campo copias ingentes, quas bellum populo Romano facturus comparauerat: conuerte-

batq;

batq; exercitum insignibus argenteis, & aureis florentem. Inducebat etiam currus cum *fascibus, & elephantos cum turribus, equitatumq; frænis & ephippijs, monilibus ac phaleris præfulgentem. Atque ibi rex contemplatione tanti, & tam ornati exercitus gloriabundus, Annibalem aspicit. Et putasne, inquit, satis esse Romanis hæc omnia? Tunc Pœnus eludēs ignauiam, imbelliamq; militum eius, pretiosè armatorum: Planè, inquit, satis esse credo Romanis hæc, etsi auarissimi sunt. Nihil prorsus neq; tā lepidè, neq; tam acerbè dici potest. Rex de numero exercitus sui, ac de æstimanda æquiparatione quæsiuerat: respondit Annibal, de præda. *falcibus

Annibalis cauillatio ex Gellio lib. 5. cap. 6

Flauianus subiecit: Sacrificium apud ueteres fuit, quod uocabatur Proteruia. In eo mos erat, ut si quid ex epulis superfuisset, igne cōsumeretur. Hic Catonis iocus est. Nāq; Albidium quendā, qui sua bona comedisset: & nouissimè domū, quæ ei reliqua erat, incendio perdidisset, Proteruiā fecisse dicebat: quod comesse non potuerit, id combussisse. Catonis iocus.

Symmachus deinde: Mater M. Bruti Seruilia, cum pretiosum ære paruo fundum abstulisset à Cæsare, subijciente hastæ bona ciuium, non effugit dictum tale Ciceronis: Equidem quò melius emptum sciatis, comparauit Seruilia hunc fundum tertia deducta. Filia autem Seruiliæ erat Iunia Tertia, eademq; C. Crassi uxor, lasciuiente Dictatore, tam in matrē, quàm in puellam. Tunc luxuriam senis adulteri ciuitas subinde rumoribus iocisq; carpebat: ut mala non tantum seria forent. Cicer. dictum.

Post hunc Cecinna Albinus: Plancus in iudicio fortè amici cùm molestum testem destruere uellet, interrogauit (quia sutorē sciebat) quo artificio se tueretur. Ille urbanè respōdit, Gallā subigo: Sutoriū hoc habetur instrumen Dicterium sutoris cuiuspiam.

t 2 tum

tum, quod non infacetè in adulterij explorationem ambiguitate conuertit. Nam Plancus in Meuia Galla nupta male audiebat.

Iocus in Mar. Antonium.

Secutus est Furius Albinum: Post Mutinensem fugam quærentibus quid ageret Antonius, respondisse familiaris eius ferebatur: Quod canis in Aegypto: bibit, & fugit. Quoniam in illis regionibus cõstat, canes raptu crocodilorum exterritos, currere & bibere.

Publij dictum.

Eustathius deinde: Publius Mutium in primis maleuolum cum uidisset solito tristiorem: Aut Mutio, inquit, nescio quid incommodi accessit: aut nescio cui aliquid boni.

Fausti Syllæ iocus.

Inde Auienus: Faustus Syllæ filius, cum soror eius eodem tempore duos mœchos haberet, Fuluium fullonis filium, & Pompeium cognomine Maculam: Miror, inquit, sororem meam habere maculam, cum fullonem habeat.

Dictum Seruilij. Mallij responsum.

Hic Euangelus: Apud L. Mallium, qui optimus pictor Romæ habebatur, Seruilius Geminius fortè cœnabat. cuius filios eius deformes uidisset: Non similiter, inquit, Mallius fingis, & pingis. Et Mallius: In tenebris enim fingo, inquit: luce pingo.

Eusebius deinde: Demosthenes, inquit, excitatus ad Laidis famam, cuius formam tunc Græcia mirabatur: accessit, ut & ipse famoso amore potiretur. Qui ubi dimidium talentum unius pretium noctis audiuit, decessit hoc dicto:

Demosth. uerbum ex Gellio lib. 1, cap. 3.

οὐκ ἀγοράζω τοσούτου μετανοῆσαι.

Inter hæc, cum Seruius, ordine se uocante, per uerecundiam fileret: Omnes nos, inquit Euangelus, impudentes grammatice pronuntias: si tacere talia, uis uideri tuitionem pudoris. Vnde neq; tuum, nec Disarij, aut Hori supercilium liberum erit à superbiæ nota: ni Prætextatum, & nos uelitis imitari.

Tunc

Tunc Seruius, postquam magis silētium erubescendum uidit, ad libertatem se simulis relationis animauit: Marcus, inquit, Votacilius Pitholaus, cum Caninius Reuilius uno tantum die consul fuisset, dixit: Antè Flamines, nunc Consules diales fiunt. Dicterium Votacilij.

Nec Disarius ultra exprobrationem taciturnitatis expectans, ait:

Desunt uerba Disarij.

Post hunc Horus quoq;, Affero ad uos, inquit, ἀλίσκομ Platonis, quo ille adolescens luserit, cùm tragœdijs quoq; eadem ætate præluderet: Platonis distichon ex Gell. lib. 19. cap. 11.

Τῷ ψυχῆς, ἀγάθωνα, φιλῶν ἐπί χείλεσιν ἦλθε
ἦλθε χαρᾶ ἡ τλήμων, ὡς δια θυμένη.

Orta ex his lætitia: & omnibus in Censorium risum remissis, ac retractantibus, quæ à singulis antiquæ festiuitatis sapore prolata sunt: Symmachus ait: Hos Platonis uersiculos, quorū magis uenustatem an breuitatem mireris incertum est, legisse me memini in Latinum tantò latius uersos, quanto solet nostra quàm Græcorū lingua breuior & angustior existimari. Et (ut opinor) hæc uerba sunt:

Dum semihulco sauio
Meum puellum sauior,
Dulcemq; florem spiritus
Duco ex aperto tramite,
Anima ægra tunc & saucia
Cucurrit ad labias mihi,
Orisq; rictum peruium,
Et labra pueri mollia
Rimata *itiner transitus
Vt transiliret nititur.
Tum si moræ quid pluscule

als. itineri

Fuisset in coitu osculi,
Amoris igne percita
Transiisset, & me linqueret.
Et nura prorsum res foret
Vt ad me fierem mortuus,
Ad puerum ut intus uiuerem.

De iocis M. Tullii Ciceronis. CAP. III.

Cicer. iocus.

SEd nuror, omnes uos ioca tacuisse Ciceronis: in quibus facundissimus, ut in omnibus, fuit. Et si uidetur, ut Aedituus responsa numinis sui prædicat, ita ego quæ memoria fugesserit, referam dicta Ciceronis. Tum omnibus ad audiendum erectis, ille sic incipit:

In Damasippum.

M. Cicero, cùm apud Damasippum cœnaret: & ille mediocri uino posito, diceret, Bibite Falernum hoc, annorum quadraginta est: Bene, inquit, ætatem fert.

In Lentulum.

Idem cum Lentulum generum suum, exiguæ staturæ hominem, longo gladio accinctum uidisset, Quis, inquit, generum meum ad gladium alligauit?

In Q. fratrem.

Nec Q. Ciceroni fratri circa similem mordacitatem pepercit: Nam cùm in ea prouincia, quam ille rexerat, uidisset clypeatam imaginem eius, ingẽtibus liniamẽtis usq; ad pectus ex more pictam: erat autẽ Quintus ipse staturæ paruæ, ait: Frater meus dimidius maior est, quàm totus.

In Vatinium.

In consulatu Vatinij, quem paucis diebus gessit, nonnihil is Ciceronis urbanitas circunferebatur. Magnum ostentum, inquit, anno Vatinij factum est: quòd illo Consule, nec bruma, nec uer, nec æstas, nec autumnus fuit.

Querenti deinde Vatinio, quòd grauatus esset domum ad se infirmatum uenire, respondit: Volui in Consulatu tuo uenire, sed nox me comprehendit.

Vlciscì autem se Cicero uidebatur, ut qui respondisse sibi

sibi Vatinium meminerat, cum humeris se Reip. de exilio reportatum gloriaretur, Vnde ergo tibi uarices?

Caninius quoq; Reuilius, qui uno die (ut Seruius retu- In Caninium.
lit) consul fuit, rostra cum ascendisset, pariter honorem inijt consulatus, & eierauit: quod Cicero gaudens, omni occasione urbanitatis increpuit, λογοθεώρητος est Caninius Consul. Deinde, hoc consecutus est Reuilius, ut quæreretur, quibus c o s s. Consul fuerit. Dicere præterea non destitit, Vigilantem habemus c o s. Caninium, qui in consulatu suo somnum non uidit.

Pompeius Ciceronis facetiarum impatiens fuit. Cuius In Pompeiũ.
hæc de eo dicta ferebantur. Ego uerò quẽ fugiam, habeo: quem sequar, nõ habeo. Sed & cùm ad Pompeiũ ueniſſet, dicentibus serò eum uenisse, respondit: Minime serò ueni: nã nihil hic paratũ uideo. Deinde interrogãti Pompeio, ubi gener eius Dolabella esset, respondit: Cum socero tuo. Et cũ donasset Pompeius transfugã ciuitate Romana, O` hominẽ bellũ, inquit, Gallis ciuitatẽ promittit alienam, qui nobis nostram non potest reddere. Propter quæ meritò uidebatur dixisse Pompeius: Cupio ad hostes Cicero transeat, ut nos timeat.

In Cæsarem. In Cæsarem quoq; mordacitas Ciceronis dentes suos strinxit. Nam primum post uictoriam Cæsaris interrogatus, cur in electione partis errasset, respondit: Præcinctura me decepit. Iocatus in Cæsarem, qui ita toga præcingebatur, ut trahendo laciniam, uelut mollis incederet. Adeò ut Sylla tanquam prouidus dixerit Pompeio: Caue tibi illum puerum male præcinctum.

Deinde cùm Laberius in fine ludorum anulo aureo honoratus à Cæsare, euestigio in quatuordecim gradus ad spectandũ transisset, uiolato ordine: & cùm detractus

esset eques Romanus, & cùm Mimus remissus, ait Cicero prætereunti Laberio, & sedile quærenti: Recepissem te, nisi angustè sederem: simul & illũ respuens, & in nouum Senatum iocatus, cuius numerum Cæsar supra fas auxerat. Nec impune: respondit enim Laberius: Mirum si angustè sedes, qui soles duabus sellis sedere: exprobrata leuitate Ciceronis, qua immeritò optimus ciuis male audiebat.

Idem Cicero aliàs facilitatem Cæsaris in eligendo Senatum irritum irrisit palám. Nam cum ab hospite suo P. Mallio rogaretur, ut decurionatum priuigno eius expediret: assistente frequentia dixit: Romæ si ius habebit Pompeius, difficile est.

Nec intra hæc mordacitas stetit: Quippe ab Androne quodam Laodiceno salutatus, cùm causam aduentus requisiuisset: comperissetq; (nam ille se legatum de libertate patriæ ad Cæsarem uenisse respondit) ita expressit publicam seruitutem: ἐὰν ἐπιτύχῃς, καὶ περὶ ἡμᾶς πρέσβευσον: id est, Si obtinueris, & pro nobis intercede.

In M. Antonium. Vigebat in eo excedens iocus & seria mordacitas, ut hoc est ex epistola ad C. Cassium dictatoris uiolatorem: Vellem Idibus Martijs me ad cœnam inuitasses: profectò reliquiarum nihil fuisset: nunc me reliquiæ uestræ exercent. Idem Cicero de Pisone genero & M. Lepido lepidissimè cauillatus est.

Transitus ad caput 4. Dicente adhuc Symmacho, & (ut uidebatur) plura dicturo intercedens Auienus, ut fieri in sermonibus conuualibus solet: Nec Augustus, inquit, Cæsar in huiusmodi dicacitate quoquam minor, & fortasse nec Tullio. Et si uolentibus uobis erit, aliqua eius quæ memoria suggesserit, relaturus sum. Et Horus: Permitte Auiene Symmachus explicet de his, quos iam nominauerat, dicta Ciceronis, &

opport

opportunius quæ de Augusto uis referre, succedent. Reticente Auieno, Symmachus: Cicero, inquam, cum Piso generi eius mollius incederet, filia autem cōcitatius, ait genero: Ambula tanquam fœmina. ait filiæ: Ambula tanquam uir. Et cum M. Lepidus in Senatu dixisset patribus conscriptis: Ego non tanti fecissem simile factum: Tullius ait, Ego non tanti fecissem ὁμοιοπτωτον. Sed perge Auiene, ne ultrà te dicturientem retardem. In Pisonem. In Lepidum.

De iocis Augusti in alios, & aliorū rursus in ipsū. CAP. IIII.

ET ille: Augustus, inquam, Cæsar affectauit iocos, saluo tamen maiestatis, pudoris q; respectu: nec ut caderet in scurram. Aiacem tragœdiam scripserat, eandemq; quòd sibi displicuisset, deleuerat. Postea Lucius grauis tragœdiarum scriptor interrogabat eum, quid ageret Aiax suus. Et ille: In spongiam, inquit, incubuit. Augusti ioca in multos.

Idem Augustus, cùm ei quidam libellum trepidus offerret: & modò proferret manum, modò retraheret: Putas, inquit, te assem elephanto dare?

Idem cum ab eo Pacuuius Taurus congiarium peteret: diceretq; iam hoc homines uulgò loqui, non paruam ab illo sibi pecuniam datam: Sed tu, inquit, noli credere.

Alium præfectura equitum summotum, & insuper salarium postulantem: dicentemq;, Non lucri causa dari hoc mihi rogo, sed ut iudicio tuo munus uidear impetrasse, et ita officiū deposuisse, hoc dicto repercußit: Tu te accepisse apud omnes affirma, et ego dedisse me nō negabo.

Vrbanitas eiusdem innotuit circa Herennium deditum uitijs iuuenem, quem cum castris excedere iußisset, & ille supplex hac deprecatione uteretur: Quo modo ad patrias sedes reuertar? quid patri meo dicam? respondit: Dic me tibi displicuisse.

Saxo in expeditione percussum, ac notabili cicatrice in fronte deformem, nimium tamen sua opera iactantem, sic leuiter castigauit: At tu cùm fugies, inquit, nunquàm post te respexeris.

Galbæ, cuius informe gibbo erat corpus, agenti apud se causam, & frequenter dicenti: Corrige in me si quid reprehendis, respondit: Ego te monere possum, corrigere non possum.

Cum multi Seuero Cassio accusante absoluerentur: & architectus fori Augusti expectationem operis diu traheret, ita iocatus est: Vellem Cassius & meum forum accusasset.

Vectius cùm monumentum patris exarasset, ait Augustus: Hoc est uerè monumentum patris colere.

Cum audisset inter pueros, quos in Syria Herodes rex Iudæorum intra bimatum iussit interfici, filiũ quoq; eius occisum, ait: Melius est Herodis porcũ esse quam filium.

Ἡρῳδ. υἱὸς ὑῶν

Idem Augustus, quia Mecœnatem suum nouerat esse stylo remisso, molli, & dissoluto: talem se in epistolis, quas ad eum scribebat, sæpius exhibebat. Et cõtra castigationem loquendi, quam aliàs ille scribendo seruabat, in epistola ad Mecœnatem familiari, plura in iocos effusa subtexuit: Vale mel gentiũ, *metuelle, ebur ex Hetruria, lacer Aretinũ, adamas supernas, Tyberinũ margaritũ, Cilneorum smaragde, iaspis figulorum, berylle Porsennæ. Caue bũculum habeas, ἵνα *σωτέμω πάντα μάλαγμα mœcharum.

*melcule

*σωτείνω πάντα μαλάγματα.

Exceptus est à quodam cœna satis parca, & quasi quotidiana. Nam penè nulli se inuitanti negabat. Post epulum igitur inops, ac sine ullo apparatu discedens, uale dicenti, hoc tantum insusurrauit: Non putabam me tibi tam familiarem.

Cùm

Cùm de Tyriæ purpuræ, quã emi iusserat, obscuritate quereretur: dicente uenditore, erige altius, & suspice, his usus est salibus: Quid ergo? ut me populus Romanus dicat bene cultum, in solario ambulaturus sum?

Nomenclatori suo, de cuius obliuione querebatur, dicenti: Nunquid ad forum mandas? Accipe, inquit, commendatitias: quia illhic neminem nosti.

Vatinio in prima sua ætate eleganter insultauit. Consus ille podagra, uolebat tamen uideri discussisse uitium & mille passus ambulare se gloriabatur. Cui Cæsar, Nõ miror, inquit: dies aliquanto sunt longiores.

Relata ad se magnitudine æris alieni, quam quidam eques Romanus dum uixit excedentem * ducenteis L L S. celauerat, culcitram emi cubicularem in eius auctione sibi iussit. Et præceptum mirantibus, hanc rationem reddidit: Habenda est ad somnum culcitra, in qua ille, cum tantum deberet, dormire potuit. *ducenties HS.

Non est intermittendus sermo eius, quẽ Catonis honori dedit. Venit fortè in domum, in qua Cato habitauerat. Dein Strabone in adulationem Cæsaris male existimante de Catonis peruicacia, ait: Quisquis præsentem statum ciuitatis commutari non uolet, & ciuis, & uir bonus est. Satis seriò & Catonem laudauit: & sibi, nequis affectaret res nouas, consuluit.

Soleo in Augusto magis mirari quos pertulit iocos, quàm ipse quos oprotulit, quia maior est patiẽtiæ, quàm facundiæ laus: maximè, cum æquanimiter aliqua etiã iocis mordaciora pertulerit. Cuiusdam prouincialis iocus asper annotuit. Intrauerat Romã similimus Cæsari, & in se omnium ora conuerterat. Augustus perduci hominẽ ad se iussit, uisumq; hoc modo interrogauit: Dic mihi adolescens Iocí aliorum in Augustum.

scens, fuit aliquando mater tua Romæ? Negauit ille: nec contentus, adiecit: Sed pater meus sæpe.

Temporibus Triumuiralibus Pollio cum Fescéninos in eum Augustus scripsisset, ait: At ego taceo: Non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere.

Curtius eques Romanus delicijs diffluens, cùm macrum turdum sumpsisset in conuiuio Cæsaris, interrogauit an mittere liceret. Respondérat princeps, Quid ni liceat? Ille statim per fenestram misit.

Aes alienum Augustus cuiusdam senatoris chari sibi, non rogatus exoluerat, numerato quadragies. At ille pro gratiarum actione hoc solum ei scripsit: Mihi nihil.

Solebat Licinius libertus eius, inchoanti opera patrono magnas pecunias conferre. quem morem secutus, centum promisit per libellum, in quo uirgulæ superductæ pars ultra pecuniæ defectionem protendebatur, uacante infrà loco. Cæsar occasione usus, priori alterum centies sua manu iunxit, spatio diligenter expleto, & affectatæ literæ similitudine, geminatamq; accepit summam dissimulante liberto. Qui posteà cœpto alio opere, leniter factum suum Cæsari obiecit, libello tali dato: Confero tibi domine ad noui operis impensam, quod uidebitur.

Mira etiam censoris Augusti, & laudata patientia. Corripiebatur eques Romanus à principe, tanquam manuisset facultates suas. At ille se multiplicasse coràm probauit. Mox eidem obiecit, quòd ad contrahendum matrimonium legibus non paruisset. Ille uxorem sibi & tres liberos esse dixit. Tunc adiecit: Posthac Cæsar, cum de honestis hominibus inquiris, honestis mandato.

Etiam militis non libertatem, sed & temeritatem tulit. In quadam uilla inquietas noctes agebat, rumpente somnum

mnum eius crebro noctuæ cantu. Prehendendam curauit noctuam. Miles aucupij peritus, * & spe ingentis præmij, pertulit. Laudato Imperator, mille nummos dari iussit. Ille ausus est dicere: Malo uiuat: auemq; dimisit. Quis non miratus est, non offenso Cæsare, abijsse militem contumacem?

*aliás: eam

Veteranus cum die sibi dicto periclitaretur, acceßit in publico ad Cæsarem, rogauitq; ut sibi adesset. Ille aduocatum quem ex comitatu suo elegerat, sine mora dedit: commendauitq; ei litigatorem. Exclamauit ingenti uoce Veteranus: At non ego Cæsar periclitante te Actiaco bello, uicarium quæsiui, sed pro te ipse pugnaui: detexitq; impressas cicatrices. Erubuit Cæsar, uenitq; in aduocationem: ut qui uereretur non superbus tantum, sed etiam ingratus uideri.

Delectatus inter cœnã erat pueris symphoniacis Turonij Flacci Mangonis: atque eos frumento donauerat, cum in alia acroamata fuisset liberalis nummis. Eosdemq; postea Turonius æquè inter cœnam quærenti Cæsari, sic excusauit: Ad molas sunt.

Acroamata fũt festiuę auditiones, ac iucundæ narrationes Græcis.

Sublimis Actiaca uictoria reuertebatur. occurrit ei inter gratulantes, coruũ tenens, quem instituerat hoc dicere: Aue Cæsar, uictor, Imperator. Miratus Cæsar officiosam auẽ, uiginti millibus nummũm emit. Socius opificis, ad quem nihil ex illa liberalitate peruenerat, affirmauit Cæsari, habere illum & alium coruũ, quem ut afferre cogeretur, rogauit. Allatus, uerba quæ didicerat, expreßit: Aue uictor Imperator Antoni. Nihil exasperatus: satis duxit, iubere illum diuidere donatiuũ cum contubernali. Saluzatus similiter à psittaco, emi iußit eum. Idem miratus in pica, hanc quoq; redemit. Exemplum sutorem pauperem solici

solicitauit, ut coruum instituere ad parem salutationem: qui impendio exhaustus, sæpe ad auem non respondentem dicere solebat: Opera & impensa perijt. Aliquando tamen coruus cœpit dicere dictatam salutationem. Hac audita dum transit Augustus, respondit: Satis domi salutatorum talium habeo. Superfuit coruo memoria: ut & illa, quibus dominum querentem solebat audire, subtexeret: Opera & impensa perijt. Ad quod Cæsar risit: emiq; auem iussit, quanti nullam adhuc emerat.

Solebat descendẽti à palatio Cæsari honorificum aliquod epigramma porrigere Græculus. Id cum frustra sæpe fecisset, rursusq; eum id facturum uidisset Augustus, breue manu sua in charta exarauit Græcum epigrãma. pergenti deinde ad se obuiam misit. Ille legendo laudare, mirari tam uoce quàm uultu. Cumq; accessisset ad sellam, demissa in fundam pauperẽ manu, paucos denarios protulit quos principi daret. Adiectus hic sermo, Μὴ κατὰ τὴν τύχην σοῦ σεβάσῃ, ἐὰν πλέον ἔχω, πλέον ἐδίδουν: Non secundum fortunam tuam Auguste: si plus haberem, plus darem. Secuto omnium risu, dispensatorem Cæsar uocauit, & sestertia centum millia Græculo numerari iussit.

Iuliæ Augusti filiæ mores.

Super iocis ac moribus Iuliæ Augusti filiæ. CAP. V.

VVltis aliqua & filiæ eius Iuliæ dicta referamus? Sed si garrulus non putabor, uolo de moribus fœminæ pauca præmittere, ni quisquã uestrum habeat seria & discenda quæ proferat. Hortantibusq; omnibus, ut cœpto insisteret: ita de Iulia orsus est: Annũ agebat tricesimũ & octauũ, tempus ætatis (si mens sana supereſſet) uergentis in seniũ. Sed indulgentia tam fortunæ, quam patris abutebatur: cum alioqui literarũ amor, multaq; eruditio, quod in illa domo facile erat, præterea mitis humanitas, minimeq;

meq; fæuus animus, ingentem fœminæ gratiam conciliarent: mirantibus qui uitia noscebant, tantam pariter diuersitatem. Non semel præceperat ei pater, temperato tamẽ inter indulgentiam grauitatemq; sermone, quatenus moderaretur profusos cultus, perspicuosq; * comitatus. *comptus Idem cùm ad nepotum turbam, similitudinemq; respexerat, qua repræsentabatur Agrippa: dubitare de pudicitia filiæ erubescebat. Inde blandiebatur sibi Augustus, lætum in filia animũ, usq; ad speciẽ procacitatis, sed reatu liberum: & talẽ fuisse apud maiores Claudiam credere audebat. Itaq; inter amicos dixit, duas habere se filias delicatas, quas necesse haberet ferre: Iuliam, & Rempublicam.

Iulia uenerat ad eum licentiore habitu, & oculos offenderat patris tacentis. Mutauit cultus sui postera die morẽ: & lætum patrem, affectata seueritate, cõplexa est. At ille qui pridie dolorem suum continuerat, gaudium continere non potuit. Et quantum, ait, in filia Augusti probabilior est hic cultus? Non defuit patrocinio suo Iulia, his uerbis: Hodie enim me patris oculis ornaui, heri uiri. Responsum Iuliæ.

Notum & illud: Auerterant in se populum in spectaculo gladiatorum Liuia, & Iulia, comitatus dissimilitudine. Quippe cingentibus Liuiã grauibus uiris: hæc iuuentutis, & quidem luxuriosæ, grege circunsidebatur. Admonuit pater scripto: Videret, quantum inter duas principes fœminas interesset. Eleganter illa rescripsit: Et hi mecum senes fient.

Eadem Iulia maturè habere cœperat canos, quos legere secretò solebat. Subitus interuẽtus patris aliquando oppressit ornatrices. Dissimulauit Augustus, deprehensis super uestẽ earum canis. Et alijs sermonibus tẽpore extracto, induxit ætatis mẽtionẽ: interrogauitq; filiã, utrum

post ali

post aliquot annos cana esse mallet, an calua: Et cùm illa respondisset: Ego pater cana esse malo: sic illi mendacium obiecit: Quid ergo istæ te caluam tam cito faciunt?

Item cum grauem amicum audisset Iulia suadentem, melius facturam, si se composuisset ad exemplar paternæ frugalitatis, ait: Ille obliuiscitur, Cæsarem se esse: ego memini, me Cæsaris filiam.

Cum'que conscij flagitiorum mirarentur, quo modo simules Agrippæ filios procrearet, quæ tam uulgo potestatem corporis sui faceret, ait: Nunquam enim nisi naui plena tollo uectorem.

Populiæ respõsum. Simile dictum Populiæ Marci filiæ: quæ miranti cuidam quid esset, quapropter aliæ bestiæ nunquàm marem desiderarent, nisi cum prægnantes uellent fieri, respondit: Bestiæ enim sunt.

Rursus de uirorũ iocis, argutisq; responsis. CAP. VI.

SEd ut à fœminis ad uiros, & à lasciuis iocis ad honestos reuertar: Casellius iurisconsultus, urbanitatis mirè libertatisq; habebatur: præcipuè tamẽ is iocus eius innotuit: *Lapidatus à populo Vatinius, cùm gladiatorium munus ederet, obtinuerat: ut Aediles edicerent, ne quis in arenam nisi pomum misisse uellet. Fortè ijs diebus Casellius consultus à quodam, an nux pinea pomum esset, respondit: Si in Vatinium missurus es, pomum est.

*Laudatus

Caselij dictum

Mercatori deinde, quemadmodum cum socio nauem diuideret, interroganti, respondisse traditur: Nauem si diuidis: nec tu nec socius habebitis.

In Galbam eloquentia clarum, sed *quem habitus (ut suprà dixi) corporis destruebat, M. Lollij uox circunferebatur: Ingenium Galbæ malè habitat.

*Aliâs: quam: ut referatur ad eloquentiam.

In

In eundem Galbam Orbilius Grammaticus acerbius irrisit. Prodierat Orbilius in reum testis: quem Galba ut confunderet, dissimulata eius professione, interrogauit, Quid artiũ facis? respõdit: In sole gibbos fricare soleo.

L. Cælius, cùm C. Cæsar alijs, qui secum pila lusitabant, cętera sestertia: illi uni quinquaginta dari iussisset: Quid ego, inquit, una manu ludo, & non duabus, ut plus habere possim? Cæcilius.

Cum iratus esse P. Clodius Decimo Valerio diceretur, quòd ei * nummum petenti non dedisset: Quid amplius, inquit, mihi facturus es: nisi ut Dyrrhachium eam, & redeam? alludens ad Ciceronis exilium. Valerij cauillum. *mimum

De sententiis ac dictis Laberii & Publii mimographorum: deq; Pylade, ac Hyla histrionibus. CAP. VII.

SEd quia & paulò antè Aurelius Symmachus, & ego nunc Laberij fecimus mentionẽ: si aliqua huius, atque Publij dicta referemus: uidebimur & adhibendi conuiuio mimos uitasse lasciuiã: & tamen celebritatẽ, quã, cùm adsunt, illi excitare pollicẽtur, imitari. Laberiũ asperæ libertatis equitem Romanum Cæsar quingentis millibus inuitauit: ut prodiret in scenam, & ipse ageret mimos, quos scriptitabat. Sed Potestas non solùm si inuitet, sed etiã si supplicet, cogit. Vnde se & Laberius à Cæsare coactum in prologo testatur his uersibus: Laberij uersus

Necessitas, cuius cursus auersi impetum
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt.
Quò me detrusit penè extremis sensibus?
Quem nulla ambitio, nulla unquam largitio,
Nullus timor, uis nulla, nulla autoritas
Mouere potuit in iuuenta de statu:

Ecce in senecta ut facilè labefecit loco
Viri excellentis mente clemente edita
Submissa placidè blandiloquens oratio.
Etenim ipsi Dij negare cui nil potuerunt,
Hominem me denegare quis posset pati?
Ego bis tricenis annis actis, sine nota,
Eques Romanus lare egressus meo,
Domum reuertar mimus. Nimirum hoc die
Vno plus uixi mihi, quàm uiuendum fuit.
Fortuna, immoderata in bono æquè atq; in malo:
Si tibi erat libitum, literarum laudibus
Floris cacumen nostræ famæ frangere:
Cur cùm uigebam membris præuiridantibus,
Satis facere populo, & tali cùm poteram uiro,
Non flexibilem me concuruasti, ut caperes?
Nunc me quò deijcis? quid ad scenam affero?
Decorem formæ, an dignitatem corporis?
Animi uirtutem, an uocis iocundæ sonum?
Vt hedera serpens uires arboreas necat:
Ita me uetustas amplexu annorum necat.
Sepulchris similis, nil nisi nomen retineo.

In ipsa quoq; actione subinde se, quà poterat, ulciscebatur: inducto habitu Syri, qui uelut flagris cæsus, prærientiq; se similis, exclamabat: Porrò Quirites libertatem perdimus. Et paulò pòst adiecit: Necesse est multos timeat, quem multi timent. Quo dicto uniuersitas populi ad solum Cæsarem oculos, & ora conuertit: notãtes eius *impotentiam hac dicacitate lapidatam. Ob hæc in Publium uertit fauorẽ. Is Publius natione Syrus, cùm puer ad patronum domum esset adductus: promeruit eum non minus salibus, & ingenio, quàm forma. Nam fortè cum ille

*Al's: potentiam

ille seruum suum hydropicum iacentem in area uidisset: increpuisset q̃, quid in sole faceret: respõdit, Aquam calefacit. Ioculari deinde super cœnã exorta quæstione, quod nam esset molestum otium: aliud alio opinante, ille podagrici pedes dixit. Ob hæc, & alia manumissus, & maiore cura eruditus, cùm mimos componeret: ingentiq; assensu in Italiæ oppidis agere cœpisset: productus Romæ per Cæsaris ludos, omnes qui tunc scripta & operas suas in scenam locauerant, prouocauit: ut singuli secum, posita inuicem materia, pro tempore contẽderent. Nec ullo recusante, superauit omnes: in queis & Laberium. Vnde Cæsar arridens hoc modo pronuntiauit: Fauente tibi me, uictus es Laberi à Syro. Statiḿque Publio palmam, & Laberio anulum aureum cum quingentis sestertijs dedit. Tunc Publius ad Laberium recedentem, ait: Qui cum contendisti scriptor, hunc spectator subleua. Sed & Laberius sequenti statim commissione, mimo nouo interiecit hos uersus: Publij dicta.

Non possunt primi esse omnes omni in tempore. Ex Gel. lib. 17. cap. 14.
Summum ad gradum cum claritatis ueneris,
Consistes ægrè: & citius quàm *ascendas, decides. *descendas
Cecidi ego, cadet qui sequitur. laus est publica.

Publij autem sententiæ feruntur lepidæ, & ad communem usum accommodatissimæ. Ex quibus has ferè memini singulis uersibus circunscriptas: Publij sententiæ lepidæ.

Malum consilium est, quod mutari non potest.
Beneficium dando accepit, qui digno dedit.
Feras, non culpes, quod mutari non potest.
Cui plus licet quàm par est, plus uult quàm licet.
Comes facundus in uia pro uehiculo est.
Frugalitas miseria est rumoris boni.

Hæredis fletus sub persona risus est.
Furor fit læsa sæpius patientia.
Improbe Neptunũ accusat, qui iterũ naufragiũ facit.
Nimium altercando ueritas amittitur.
Pars beneficij est, quod petitur, si citò neges.
Ita amicum habeas, posse ut fieri inimicum putes.
Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.
Nunquàm periclum sine periclo uincitur.

Pylades & Hylas histriones.

Sed quia semel ingressus sum scenam loquendo, non Pylades histrio nobis omittendus est: qui clarus in opere suo fuit temporibus Augusti, & Hylam discipulum usque ad æqualitatis contentionem eruditione prouexit. Populus deinde inter utriusq; suffragia diuisus est. Et cùm canticũ quoddam saltaret Hylas, cuius clausula erat *μέγαν ἄγε μέμνονα, sublimem ingentemq; Hylas uelut metiebatur. Nõ tulit Pylades, & exclamauit è cauea, σὺ μακρὸν ἄγεις μέγαν ποιεῖς. Tunc cum populus coëgit idem saltare canticum. Cumq; ad locum uenisset, quem reprehenderat, expressit cogitantem: nihil magis ratus magno duci conuenire, quàm pro omnibus cogitare. Saltabat Hylas Oedipodem, & Pylades hac uoce securitatẽ saltantis castigauit, σὺ βλέπεις. Cum in Herculem furentem prodisset, & nonnullis incessum histrioni conuenientem non seruare uideretur: deposita persona, ridẽtes increpuit, μωροὶ, μανὸν μὴ δρᾶν ὄρχεῖσθαι. Hac fabula & sagittas iniecit in populũ. Eandẽ personam cum iussu Augusti in triclinio ageret, & intendit arcum, & spicula immisit. Nec indignatus est Cæsar, eodẽ se loco Pyladi, quo po. Ro. fuisse. Hic quia ferebatur mutasse rudis illius saltationis ritum, qui apud maiores uiguit, & uenustam induxisse nouitatẽ: interrogatus ab Augusto, quæ saltationi cõtulisset, respondit: *ὠιλῶν συρίγγων

*μεῖζα ποιεῖς

*ωιλῶν

τ' ἐνοπλίῳ, ὅμαδον τ' οὐρανῶπον. Idem cum propter populi seditionem pro contentione inter se Hylamq; habita, concitatam indignationem excepisset Augusti, respondit: τὴν ἀχαριστίαν βασιλῶν, ἐφ' ὧν αὐτὸς πρὸ ἡμῶν ἀρχόλασε.

Quomodo Plato uino indulgendum esse præceperit: & quàm periculosum turpeq; sit, tactus ac gustus uoluptatibus esse obnoxium. CAP. VIII.

HIs dictis, & excitata lætitia, cùm in Auieno memoria florida, & amœnitas laudaretur ingenij, mensas secundas minister admouit. Et Flauianus: Multi (ut extimo) in hoc à Varrone dissentiunt, qui in illa lepidissima satyra Menippea, quæ inscribitur, Nescis quid uesper serus uehat: de secũda mensa placentas remouit. Sed quæso dicas, Cecinna, uerba ipsa Varronis, si tibi beneficio memoriæ tenacioris hæserunt. Et Albinus: Locus, inquit, Varronis, quẽ referri à me imperas, in his ferè uerbis est: Bellaria ea maximè sunt mellita, quæ mellita non sunt: *Dulcibus enim cum pepsi societas infida. Significat autem bellaria, omne mensæ secundæ genus. Nam quæ πέμματα Græci, uel πραγήματα dixerunt, ea ueteres nostri appellauere bellaria. Vina quoq; dulciora est inuenire in comœdijs antiquioribus hoc uocabulo, dictaq; ea Liberi bellaria. Et Euangelus: Agite antequàm surgendũ nobis sit, uino indulgeamus. Quod decreti Platonici autoritate faciemus: qui existimauit fomitem esse quendam, & incitabulum ingenij, uirtutisq;: si mens, et corpus homunis uino flagret. Tum Eustathius: Quid *agis, inquit, Euangele? an Platonem extimas haurienda passim uina suasisse: & non magis inter minuta pocula iucundiorẽ, liberaliorẽq; inuitationem, quæ fieret sub quibusdam quasi arbitris, & magistris conuiuiorum sobrijs, non improbasse? Et hoc

Bellaria.

*Masserius apud Aulũ Gellium capite 11. lib. xiij. ex Cælio Rhodigino, hunc locum sic restituit, πέμματα enim, & πίτα societas infida.

*ais

est, quod in primo, & in secundo de legibus non inutile uiris esse decernit. Nam & modicis, honestisq; inter bibendū remissionibus refici, integrariq; animos ad instauranda sobrietatis officia extimauit: redditosq; sensim lætiores, & ad intentiones rursus capessendas fieri habiliores: & simul si qui penitus in his affectionū cupiditatūq; errores inessent, quos celaret alioqui pudor reuerens, ea omnia sine graui periculo libertate per uinum data detegi, & ad corrigendum medendumq; fieri opportuniora. Atque hoc etiam Plato ibidem dicit, non diffugiēdas esse
ad huiuscemodi exercitationes aduersus propulsandam uini uiolentiam: neq; ullum unquam continentē prorsum, aut temperantem satis fideliter uisum esse, cui uita non inter ipsa errorum pericula, & in medijs uoluptatum illecebris explorata sit. Nam cui Libentiæ Gratiæq; omnes conuiuiorum incognitæ sint: quiq; illarū omnino expers sit: si eum fortè ad participandas huiusmodi uoluptates aut uoluntas tulerit, aut casus induxerit, aut necessitas impulerit: mox deliniri, & capi, neque mentem eius, animūq; consistere. Congrediendum igitur, & tanquam in acie quadam cum uoluptarijs rebus: cumq; ista uini licentia comminus decernendum: ut aduersus eas non fuga, nec absentia simus tuti: sed animi uigore, & constanti præsentia, moderatoq; usu temperantiam continentiamq; tueamur: & calefacto simul, refotoq; animo, si quid in eo uel frigidæ tristitiæ, uel torpentis uerecundiæ fuerit, diluamus.

Ex Gel. lib. 19. cap. 2. Sed quia uoluptatum fecimus mentionem, docet Aristoteles à quibus uoluptatibus sit cauēdum. Quinq; enim sunt sensus hominum, quos Græci αἰσθήσεις appellant, per quos uoluptas animo, aut corpori quæri uidetur: tactus, gustus, odoratus, uisus, auditus. Ex his omnibus uoluptas

quæ

quæ immodicè capitur, ea turpis, atque* improba est. Sed *al's: impro= enim quæ nimia ex gustu atque tactu est: ea uoluptas, si= bata cut sapientes uiri censuerunt, omnium rerum fœdissima est: cosq; maximè, qui sese duabus istis uoluptatibus dedi= derunt, grauissimi uitij uocabulis Græci appellauerunt, uel ἀκρατεῖς, uel ἀκολάστους: nos eos uel incontinentes dici= mus, uel intemperantes. Istas autem uoluptates duas, gu= stus atque tactus, id est, cibi atque ueneris, solas hominibus communes uidemus esse cum beluis. Et idcirco in pecu= dum ferorumq; animalium numero habetur, quisquis est his ferarũ uoluptatibus occupatus. Cæteræ ex tribus alijs sensibus proficiscentes, hominum tantùm propriæ sunt. Verba super hac re Aristotelis philosophi in mediũ pro= feram: ut quid de his infamibus uoluptatibus, tam clarus, atque inclytus uir sentiat, publicetur:

Διατί δι κατὰ τὼ δ ἁφῆς ἡ γεύσεως ἡδονὼ ἐνεργομένην ἂν ὑπερβάλλωσιν, ἀκρατεῖς λέγονται. οἵτε γὰρ πρὶ τὰ ἀφροδίσια, ἀκό λασοι ὄποι, οἵτε πρὶ τὰς δ προφῆς ἀσωλάσεις. τῶν δ κατὰ τὼ προφὴν, ἀπ' ἐνίων μὼν ἐν τῇ ἡλώττῃ δ ἡδύ, ἀπ' ἐνίων δ ἐν ζωλ λάρυγγι. διὸ καὶ Φιλοξενῶ γεράνα λάρυγγα εὔχο ἔχειν. ἡ δ κατὰ τὼ ὄφιν γ τὼ ἀκολὼ ὄκεπ, ἡ σῷ δ τὰς ἀπὸ τούτων γινο= μένας ἡδονὰς κοινὰς εἶν ἡμῖν γ τοῖς ἄλλοις ζώοις. ὅτε δ ὑσῶν κοινῶν αἰσχρὰν ἐν τὼ ὑποτεταγὼ αὐτῶν, γ ἀπιθότατα ἐσ' διὸ μὴ μάλιστα μόναι ἐσωνείδιστοι. ὥστε κν ὑπὸ τούτων ἡττώμενοι ἡέ= γομθα. καὶ ἀκρατεῖ, γ ἀκολάστους λέγομθα. σῷ δ ὑπὸ τῶν χειρί= στων ἡδονῶν ἡττᾶσθαι. ὑσῶν δ τῶν αἰσθήσεων πέντε, τὰ ἄλλα ζῶα ἀπὸ δύο μόνων τ προειρημένων ἥδεται, καὶ ἀ δ τὰς ἄλλας, ἢ ὅλως, ὐχ ἥδεται, ἢ καπὰ συμβεβηκὸς τοῦτο πάσχει, ὁρῶν μὼν γ τὸ ὁρῶν, ἢ ὀσφραινόμενον χαίρει, ὅτι ἀσωλαύσει, γ ὅταν πληρωθῇ, ἄλλὰ τὰ τοιαῦτα ἡδέα αὐτῷ, ὥσπερ ἄλλὰ ἡμῖν ἡ τῷ τὸ ρίχυς ἄλμῃ, ὅταν ἄλμην ἔχωμὼ τῷ φαγεῖν, ὅταν δ ἐνδεὴς ὦμὼ, ἡδέα.

ἢ ὃ πρόσω ἀεὶ ἥδεται.

Quis igitur, habens aliquid humani pudoris, uoluptatibus istis duabus, coëundi atque comedendi, quæ homini cum sue atque asino communes sunt, gratuletur? Socrates quidem dicebat, homines multos propterea uelle uiuere, ut ederent & biberent: se bibere atque esse, ut uiueret. Hippocrates autem, diuina uir scientia, de coitu uenereo ita existimabat: Partem esse quandam morbi terrimi, quem nostri comitialem dixerunt. Nanque ipsius uerba hæc traduntur: πλὴν σωφρονέων ἐστὶν μικρὰν ἐπιλημψίην: *id est, coitum esse paruum morbum comitialem.*

Hippocrates de coitu Venereo.

FINIS LIBRI SECVNDI.

Secundo huic libro suum deesse finem, & sequenti item principium, id facilius perspectu est, quàm ut admonendus sit lector. Si quid tamen lucis tantis addi tenebris queat, hanc librorum putem fuisse cohærentiam, in fine primi libri mentio facta erat de poëta Vergilio. Sed cum cœnæ tempus interpellaret, placitũ fuit sermonem eum reseruari colloquio diei sequentis. Quare cum secundus liber ea contineat, quæ dicta erant inter cœnandum, restabat, ut tertio ea quæ de Vergilio dicenda erant, explicarentur: quorum magnã certe partem desiderari nemo nõ facilè animaduerterit. Sed hæc deplorari à nobis possunt, emendari non possunt.

Macrob

MACROBII AV-RELII THEODOSII uiri consularis & illustris, Saturnaliorum liber tertius.

Quàm accuratè Vergilius expreſſerit diuerſos ritus ſacrificandi. CAP. I.



Iolatum cùm ſe noſſet Aeneas, & multa cæde pollutum, ait:

Tu genitor cape ſacra manu, patrioſq; Penates. Aeneid. 2.

Me bello è tanto digreſſum, & cæde recenti,

Attrectare nefas: donec me flumine uiuo

Abluero.

Poſt Caietæ quoque nutricis ſepulturam, quò potiſſimum nauigans appellitur: quàm ad eam partem, per quam fluuio Tyberinus amœno in mare prorumpit, ut cõfeſtim in ipſo Italiæ limine fluuiali unda ablutus, poſſet quàm puriſſimè Iouem, Phrygiamq; ex ordine matrem inuocare. Quid, quòd Euandrum aditurus per Tyberim nauigat: quòd eum eſſet reperturus Herculi ſacra celebrantem, ut ſic purificatus, ſacris poſſit hoſpitalibus intereſſe? Hinc et Iuno ipſa conqueritur, non magis quòd Aeneam contigiſſet contra ſuum uelle in Italiam peruenire: quàm quòd optato potiretur Tybridis alueo. Quia ſciret eum hoc amne purificatum, poſſe ſacra etiam ſibi ritè perficere. Nam ne ſupplicari quidem ſibi ab eo uellet. Nunc (quoniam purificationẽ ad ſacra ſuperorum pertinentẽ Deorum, in Vergiliana obſeruatione monſtrauimus) uidea-

mus, utrum etiam circa inferorum Deorum cultum proprietatem moris idem poëta seruauerit. Constat Dijs superis sacra facturum corporis ablutione purgari. Cùm uerò inferis litandum est, satis actum uidetur, si aspersio sola contingit. De sacris igitur superorum ait Aeneas: Donec me flumine uiuo Abluero. At Dido cùm sacra Dijs inferis instituit, ait:

Aeneid. 4. Annam chara mihi nutrix huc siste sororem.
Dic corpus properet fluuiali spargere lympha. Et alibi:
Sparserat & latices simulatos fontis Auerni.

*circunluit Necnon cùm Misenum sepulturæ mandari refert idem:
–Ter socios pura * circuntulit unda,
Spargens rore leui.

Sed & cùm facit Aeneam apud inferos ramum Proserpinæ consecraturum, ita refert:

Aeneid. 6. Occupat Aeneas adytum, corpusq; recenti
Spargit aqua.

Quàm propriè Vergilius usus sit uerbis ad sacra pertinentibus. CAPVT II.

VErborum autẽ proprietas, tam poëtæ huic familiaris est, ut talis obseruatio in Vergilio esse iam desinat. Nullis tamen magis propriè usus est, quàm sacris, uel sacrificialibus uerbis. Et primum non omiserim, in quo plerique; fallantur, Extaq; salsos Porriciam in fluctus: non (ut quidam) Proijciã: existimantes dixisse Vergilium proijcienda exta, qui adiecit, in fluctus. Sed non ita est. Nam ex disciplina Aruspicum, & ex præcepto Pontificum, uerbum hoc solenne sacrificantibus est: sicut Veranius ex primo libro Pictoris ita dissertationem huius uerbi executus est: Exta porriciunto Dijs danto in altaria, aram'ue, focum'ue, eo'ue quò exta dari debebunt. Porricere ergo, Porricere.

non

non proijcere, proprium ſacrificij uerbum eſt. Et quia dixit Veranius in aram, focum uc, eo ue quò exta dari debebunt: non pro ara, & pro foco mare accipiendum eſt, cùm ſacrificium Dijs maris dicatur. Ait enim:

Dij quibus imperium eſt pelagi, quorũ æquora curro, Aeneid. 5.
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras, uoti reus: extaq; ſalſos
Porriciam in fluctus, & uina liquentia fundam.

Ex his docetur in mare ritè potuiſſe porrici exta, nõ proijci. Conſtituam ante aras uoti reus. Hæc uox propria ſacrorum eſt: ut Reus uocetur, qui ſuſcepto uoto ſe numinibus obligat: Damnatus autẽ, qui promiſſa uota* nõ ſoluit. Sed de hoc non opus eſt à me plura proferri: cùm uir * iam doctiſſimus Euſtathius paulò antè hanc partẽ plenius excutus ſit. Eſt profundam ſcientiã huius poëtæ in uno ſæpe reperire uerbo, quod fortuito dictum uulgus putaret. Multifariã enim legimus, quòd litare ſola non poſſit oratio: niſi & is qui Deos precatur, etiam aram manibus apprehendat. Inde Varro Rerũ diuin. lib. 5. dicit aras primũ anſas dictas: q; eſſet neceſſariũ à ſacrificantibus ea teneri. Anſis autem teneri ſolere uaſa quis dubitet? Commutatione ergo literarum, aras dici cœptas, ut Valeſios & Fuſios dictos prius, nunc Valerios & Furios dici. Hæc omnia illo poëta executus eſt uerſu:

Reus. Damnatus. Mos tangendi aras.

Talibus orantem dictis, arasq; tenentem Aeneid. 4.
Audijt omnipotens.

Non ne eò additum credideris, non quia orabat tantùm, ſed quia & aras tenebat, auditum? Necnon cùm ait:

Talibus orabat dictis, arasq; tenebat. Item: Aeneid. 6.
Tango aras: medios ignes, & numina teſtor. Aeneid. 12.

Eandem uim nominis ex apprehenſione ſignificat.

Idem

Idem poêta tam scientia profundus, quàm amœnus ingenio, nonnulla de ueteribus uerbis, quæ ad proprietatem sacrorum nouerat pertinere, ita interpretatus est: ut mutato uerbi sono integer intellectus maneret. Nam primo Pontificij iuris libro apud Pictorem uerbum hoc positum est, uitulari. De cuius uerbi significatu Titius ita retulit: Vitulari est uoce lætari. Varr. etiam in lib. x v. Rerum diuinarum ita refert: quòd Pontifex in sacris quibusdam uitulari soleat, quod Græci παιανίζειν uocant. Has tot interpretationis ambages, quàm paucis uerbis docta Maronis elegantia expreßit,

—Lætumq; choro pæana canentes.

Nam si uitulari est uoce lætari, quod est παιανίζειν: non ne in cantu læti παιᾶνος enarratio uerbi perfecta seruatur? Et, ut huic uocabulo diutius immoremur, Hyllus libro, quem de Dijs compoſuit, ait * Vitulam uocari deam, quæ lætitiæ præest. Piso ait Vitulam uictoriam nominari. Cuius rei hoc argumentum profert: quòd postridie Non. Iulias re bene gesta, cùm pridie populus à Tuscis in fugam uersus sit, unde Populifugia dicuntur, post uictoriam certis sacrificijs fiat uitulatio. Quidam nomen eius animaduersum putant, quòd potens sit uitæ tolerandæ. Ideo huic Deæ pro frugibus fieri sacra dicuntur: quia frugibus uita humana toleratur. Vnde hoc esse animaduertimus, quod ait uergilius:

* Vitulinam

Eclog. 4 Cùm faciam uitula pro frugibus, ipse uenito.

Vt uitula dixerit pro uitulatione: quod nomen esse sacrificij ob lætitiam facti, superius expreßimus. Meminerimus tamen sic legendum per ablatiuum: Cùm faciam uitula pro frugibus, id est, cùm faciam rem diuinam, nõ oue, non capra, sed uitula; tanquam dicat, cùm uitulam pro frugibus

bus sacrificauero: quod est, cùm uitulam rem diuinam fecero. Pontificem Aeneam uel ex nomine referendorum laborum eius ostendit. Pontificibus enim permissa est potestas memoriam rerum gestarum in tabulas conferendi. & hos annales appellant equidem maximos, quasi à Pontificibus maximis factos. Vnde ex persona Aeneæ ait:

Et uacet annales nostrorum audire laborum. Aeneid. 1.

De sacro, profano, sancto, & religioso, quid ea sint: & quàm diligenter horum uerborum proprietates expresserit Maro. CAP. III.

ET quia inter decreta Pontificum hoc maxime quæritur, quid sacrum, quid sanctũ, quid religiosum: quærendũ utrum ijs secundũ definitionẽ suam Vergilius usus sit, et singulis uocabuli sui proprietatẽ more suo seruarit.

Sacrum. Sacrum est, ut Trebatius libro primo de Religionibus refert, quicquid est, quod deorum habetur. Huius definitionis poëta memor, ubi sacrum nominauit, admonitionem Deorum penè semper adiecit:

Sacra Dioneæ matri, Diuisq; ferebam. Item: Aeneid. 3.
Sacra Ioui Stygio quæ ritè incœpta paraui. Item: Aeneid. 4.
Tibi enim, tibi maxima Iuno Mactat sacra ferens. Aeneid. 8.

Profanum. Profanum omnes penè consentiunt id esse, quod extra fanaticam causam sit: quasi porrò à fano, & religione secretum. Cuius significatus exemplum consecutus est, cùm de luco & * adyto inferorum sacro utroq; loqueretur: Porrò. hic procul. * aditu

Procul ô procul este profani,
Conclamat uates, totoq; absistite luco.

Eò accedit, quòd Trebatius profanum id propriè dicit, quod ex religioso, uel sacro in hominum usum, proprietatemq; conuersum est. Quod uel apertissimè poëta seruauit, cùm ait:

Faune

Faune precor miserere, inquit: tuq; optima ferrum
Aeneid. 12. Terra tene: colui uestros si semper honores,
Quos cõtrà Aeneadæ bello fecere ꝓfanũ. Dixerat eni:
Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrũ Sustulerãt.

Vnde ostendit propriè profanum esse, quod ex sacro promiscuum humanis actibus accommodatum est.

Sanctum est, ut idem Trebatius libro decimo Religionum refert, interdum idem quod sacrum, idemq; quod religiosum: interdum aliud, hoc est, nec sacrum, nec religiosum est. Quod ad secundam speciem pertinet.

Aeneid. 12. Sancta ad uos anima, atq; istius nescia culpæ, Descẽdã.

Non enim sacro aut religioso eius anima tenebatur, quã sanctã, hoc est, incorruptã, uoluit ostẽdere. ut ĩ illo quoq;:

Aeneid. 12. Tuq; ô sanctißima coniux Felix morte tua.

In quo castitatis honorẽ incorruptæ uxoris amplexus est. Vnde & sanctæ leges, quæ non debent pœnæ sanctione corrumpi. Quòd autẽ ad priorẽ specici definitionẽ de sancto attinet, id est, ut nõ aliud sit q̃ sacrum, aut religiosum:

Aeneid. 2 Ecce leuis summo de uertice uisus Iuli
Fundere lumen apex. Et paulò pòst:
Nos pauidi trepidare metu, crinemq; flagrantem
Excutere, & sanctos restinguere fontibus ignes.

Hic enim sanctos ac si sacros accipicmus: quia diuinitus contigerunt. Item:

Aeneid. 6 -Tuq; ô sanctißima uates Præscia uenturi.

Non aliud nisi sacram uocat, quam uidebat & uatem, & Deo plenam, & sacerdotem.

Religiosum, & religio, de quibus & Gel. lib. 4. cap. 9. Superest, ut quid sit religiosum cum Vergilio communicemus. Seruius Sulpitius religionẽ esse dictam tradidit, quæ propter sanctitatem aliquam remota ac sepositа à nobis sit: quasi à relinquendo dicta, ut à carendo ceremonia.

Hoc

Hoc Vergilius seruans ait:

Est ingens gelidum lucus prope Cæretis amnem
Religione patrum latè sacer. Aeneid. 7

Et adiecit, quò proprietatem religionis exprimeret:

-Vndiq; colles
Inclusere caui, & nigra nemus abiete cingit.

Quæ res utiq; faciebat lucum à communione populi secretum. Et ut relictum locum ostenderet non sola adeundi difficultate, adiecit & sanctitatem:

Syluano fama est ueteres sacrasse Pelasgos
Agrorum, pecorisq; Deo.

Secundum Pompeium Festum religiosi sunt, qui facienda & uitanda discernunt. Hinc Maro ait:

-Riuos deducere nulla Religio uetuit. Georgic. 1.

Deducere, qd sit apud Vergilium.

Quòd autem ait deducere, nihil aliud est, quàm detergere. Nam festis diebus riuos ueteres sordidatos detergere licet, nouos fodere non licet.

In transcursu & hoc notandum est, quod & ipse uelut præteriens sub unius uerbi significatione proiecit. Cauetur enim in iure Pontificio, ut quoniam oues duabus ex causis lauari solent: aut ut curetur scabies, aut ut purgetur lana: festis diebus purgandæ lanæ gratia oues lauari non liceat: liceat autem, si curatione scabies abluenda sit. Ideo hoc quoq; inter concessa numerauit:

Ibidem.

Balantumq; gregem fluuio mersare salubri.

Quod si hucusq; dixisset: licita, & uetita confunderet. sed adiiciendo, salubri: causam concessæ ablutionis expressit.

Quid delubrum, qui dii penates. Et quòd ne in his quidem Vergilius à sua recesserit diligentia.

CAPVT IIII.

NOmina etiam sacrorum locorum sub congrua proprietate proferre, Pontificalis obseruatio est. Ergo

delubrum, quid Pontifices propriè uocẽt, & qualiter hoc nomine Vergilius usus sit, requiramus. Varro libro octauo Rerum diuinarũ: Delubrum ait alios extimare, in quo præter ædem sit area assumpta Deûm causa, ut est in circo Flaminio Iouis Statoris: alios, in quo loco Dei simulachrũ dedicatum sit. Et adiecit, sicut locum, in quo figerent candelam, candelabrum appellatum: ita in quo Deum ponerent, nominatũ delubrum. His à Varrone præscriptis, possumus intelligere id potißimum ab eò probatum, quod ex sua consuetudine in ultimo posuit: ut ab Dei dedicato simulachro delubrum cœperit nuncupari. Vergilius tamen utrãq; rationẽ diligẽter est executus. Vt enim à postremo incipiamus, obseruauit delubrũ nominaturus, aut propriè Deorũ nomina, aut ea, quæ Dijs accõmodarẽtur, inserere.

Aeneid. 2. At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt.

Et ut mox simulachrum nominaret, subtexuit:

–Sæuæq; petunt Tritonidis arcem.
Sub pedibusq; deæ, clypeiq; sub orbe teguntur. Item
Nos delubra deûm miseri, quibus ultimus esset
Ille dies, festa uelamus fronde per urbem.

Illam uerò opinionem de area, quam Varro prædixerat, non dimisit:

Principiò delubra adeunt, pacemq; per aras
Aeneid. 4. Exquirunt. Et mox:
Aut ante ora Deûm pingues spatiatur ad aras.

Quid enim aliud est spatiari, quàm spatio lati itineris obambulare? ob quod adijciendo Ante aras, ostẽdit aream assumptam Deorum causa. Ita suo more uelut aliud agendo implet arcana.

De Dijs quoq; Romanorũ proprijs, id est, Penatibus, asper

aſperſa eſt huic operi non incurioſa ſubtilitas. Nigidius enim de Dijs libro decimonono requirit, num Dij Penates ſint Troianorũ Apollo & Neptunus, qui muros eis feciſſe dicuntur: & num eos in Italiam Aeneas aduexerit. Cornelius quoq; Labeo libro de Dijs Penatibus eadem exiſtimat. Hanc opinionem ſequitur Maro, cùm dicit:

Sic fatus, meritos aris mactabat honores, Aeneid. 5.
Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

Varro Rerum humanarum ſecũdo, Dardanũ refert Deos Penates ex Samothrace in Phrygiam, & Aeneã ex Phrygia in Italiam detuliſſe. Qui ſint autem Dij Penates, in libro quidem memorato Varro non exprimit: ſed qui diligentius eruunt ueritatem, Penates eſſe dixerunt, per quos penitus ſpiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi poßidemus. Eſſe autem medium æthera Iouem, Iunonem uerò imum aëra cum terra, & Mineruam ſummum ætheris cacumen, eo argumento utuntur, quòd Tarquinius Demarathi Corinthij filius, Samothracijs religionibus myſticè imbutus, uno templo ac ſub eodem tecto, numina memorata coniungit. Caßius uerò Hemina, dicit Samothracas Deos, eoſdemq; Romanorum Penates, propriè dici θεοὺς μεγάλους, θεοὺς χθονίους, θεοὺς λωατούς. Noſter hæc ſciens ait:

Cum ſocijs, natoq;, Penatibus & magnis Dijs. Aeneid. 5.

Quod exprimit θεοὺς μεγάλους. Sed & omnia hæc nomina cũ in uno de ſupradictis numinibus ſeruat, doctrinã ꝓcul dubio ſuã de hac omni opinione confirmat. Cùm enim ait:

Iunonis magnæ primùm prece numen adora, Aeneid. 3.

Τῇ μεγάλῃ nominat,

Adſit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno, Aeneid. 1.

Τῇ χθονίῃ: Dominamq; potentem, τῇ λωατῇ. Eodem

nomine appellauit & Vestam, quam de numero Penatũ, aut certè comitem eorum esse manifestũ est: adeò, ut & Cõ
sed & sules & Prætores seu Dictatores cùm ineunt magistratum, Lauinij rem diuinam faciant Penatibus pariter & Vestæ. Sed & Vergilius ubi ex persona Hectoris dixit:

Aeneid. 2. Sacra suosq; tibi cõmẽdat Troia penates: Mox adiecit:
Sic ait: & manibus uittas, Vestamq; potentem,
Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.

Addidit Higinius in libro, quẽ de Dijs penatibus scripsit, uocari eos θεοὺς πατρῴους. Nec hoc Vergil. ignoratũ reliqit:

Dij patrij seruate domum, seruate nepotem. Et alibi:

Aeneid. 2. —Patrijq; penates.

Quanta fuerit Vergilii cura in exprimendis diuersis hostiarum generibus: & cur Mezentium contemptorem dixerit Deorum. CAPVT V.

NEc minus de sacrificiorum usu, quàm de Deorũ scientia diligentiam suam pandit. Cùm enim Trebatius libro primo de religionibus doceat, hostiarum genera esse duo: unum, in quo uoluntas Dei per exta disquiritur: alterum, in quo sola anima Deo sacratur, unde & Aruspices animales has hostias uocant: utrunq; hostiarum genus Vergilius in carmine ostendit. Et primo quidem illud quo uoluntas numinum per exta monstratur:

Duo hostiarum genera: animale unum, alterũ consultatorium

Aeneid. 4. —Mactat lectas de more bidentes. Et mox:
—Pecudumq; reclusis
Pectoribus inhians spirantia consulit exta.

Alterum illud in quo hostia animalis dicitur, quòd eius tãtum anima sacratur, ostendit, cum facit Entellum uictorẽ Eryci mactare taurum. Nam ut expleret animalis hostiæ causas, ipso usus est nomine:

Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis.

Et ut

Et ut nũcupata uota significaret, ait, Persoluo: quod de uoto propriè dicitur. Vtq; ostenderet persolutum Dijs, significauit dicens:

Sternitur, exanimisq; tremens procumbit humi bos. Aeneid. 5.

Videndum etiam, ne & illam hostiã ostendat animalem:

Sanguine placastis uentos, & uirgine cæsa: Aeneid. 2.
Cùm primum Iliacas Danai ueneristis ad oras.

Sanguine quærẽdi reditus, animaq; litãdũ Argolica.

Nam & animam, id est, hostiæ nomen, posuit: & litare, quod significat sacrificio facto, placare numen.

In his ipsis hostijs, uel animalibus, uel cõsultatorijs quædam sunt, quæ hostiæ iniuges uocantur: id est, quæ nunquàm domitæ, ac iugo subditæ sunt. Harum quoq; noster poëta sic meminit: Iniuges boues.

Nunc grege de intacto septem mactare iuuencos Aeneid. 6.
Præstiterit, totidem lectas de more bidentes.

Et ut iniuges euidentius exprimeret, adiecit:

Et intacta totidem ceruice iuuencas.

Eximij quoq; in sacrificijs uocabulum, non poëticum ἐπί=θετον, sed Sacerdotale nomen est. Veratius enim in Pontificalibus quæstionibus docet, eximias dictas hostias, quæ ad sacrificium destinatæ eximantur è grege: uel quòd eximia specie, quasi offerendæ numinibus, eligantur. Hinc ait: Hostiæ eximiæ.

Quatuor eximios præstanti corpore tauros.

Vbi quòd eximuntur, eximios: quòd eliguntur, præstanti corpore monstrauit. Ambarualis hostia est, ut ait Põpeius Festus, quæ rei diuinæ causa circum arua ducitur, ab his, qui pro frugibus faciunt. Huius sacrificij mentionẽ in Bucolicis habet, ubi de apotheosi Daphnidis loquitur: Hostiæ ambaruales.

Hæc tibi semper erunt, & cùm solennia uota
Reddemus nymphis, & cum lustrabimus agros.

Vbi lustrare significat circuire. Hinc enim uidelicet & nomen hostiæ acquisitum est, ab ambiendis aruis. Sed & in Geor. lib. 1.

Terq; nouas circum felix eat hostia fruges.

Obseruatum est à sacrificantibus, ut si hostia, quæ ad aras duceretur, fuisset uehemētius reluctata: ostendisset q;, se inuitam altaribus admoueri: amoueretur. quia inuito Deo offerri eam putabant. Quæ autem stetisset oblata, hanc uolenti numini dari existimabant. Hinc noster:

Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aras. Et alibi:

Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum.

Mezētius quare contemptor diuûm.

Adeò autem omnem pietatem in sacrificijs, quæ Dijs exhibenda sunt, posuit: ut propter contrariam causam Mezētium uocauerit contemptorem Deorum. Neq; enim (ut Aspro uidetur) ideo contemptor diuûm dictus est, quòd sine respectu Deorū in homines impius fuerit. Alioqui multo magis hoc de Busiride dixisset: quem longè crudeliorē, illaudatum uocasse contentus est. Sed ueram huius contumacißimi nominis causam, in primo libro Originum Catonis diligens lector inueniet. Ait enim, Mezentium Rutulis imperasse, ut sibi offerrent, quas Dijs primitias offerebant: & Latinos omnes similis imperij metu ita uouisse: Iupiter, si tibi magis cordi est, nos ea tibi dare potius quam Mezentio, uti nos uictores facias. Ergo quòd diuinos honores sibi exegerat, merito dictus est à Vergilio contemptor Deorum. Hinc pia illa insultatio Sacerdotis:

Aeneid. 11. —Hæc sunt spolia & de rege superbo Primitiæ.

Vt nomine contumaciæ, cuius pœnas luit, raptas de eo notarent exuuias.

Mirandam fuisse Vergilii cum circa Romana, tum circa externa etiam sacra doctrinam, quod ex Apollinis, Delij,

Delii,& Herculis uictoris sacris ostenditur.

CAPVT VI.

MIranda est huius poëtæ & circa nostra,& circa externa sacra,doctrina. Neq; enim de nihilo est, quòd cùm Delon uenit Aeneas, nulla ab eo cæsa est hostia, nisi cùm proficisceretur, Apollini & Neptuno res diuina facta est. Constat enim (sicut Cloatius Verus Ordinatorum libro 2. docet) esse Deli aram, apud quam hostia non cæditur, sed tantùm solenni Deum prece uenerantur. Verba Cloatij hæc sunt: Deli ara est Apollinis γνώμων, in qua nullum animal sacrificatur: quam Pythagoram, uelut inuiolatam, adorasse produnt. Hanc ergo esse, quæ adoratur ab Aenea, γνώμων aram poëta demonstrat. Siquidem tem plũ ingressus Pontifex, nullo acto sacrificio, statim inchoat precem: & ut genitora expressius nominaret, Da pater augurium. At uerò cùm taurum mox immolat Apollini & Neptuno, apud aliam utiq; aram factum intelligimus. Et bene suprà tantummodo patrẽ, quod ibi proprium est: & infrà, quod commune est, Apollinem nominat. Meminit huius aræ & Cato de liberis educandis in hæc uerba: Nutrix hæc omnia faciebat in uerbenis, ac tubis, sine hostijs: ut Deli ad Apollinis genitiui arã. Eodem uersu non omittẽdum puto, cur saxo uetusto dixerit extructum tẽplum. Velius Longus, immutatio est, inquit, epitheti: uult enim dicere uetustatem templi. Hunc multi alij commentatores secuti sunt. Sed frigidum est, ædificij ætatem notare. Epaphus autem uir plurimæ lectionis, lib. 17. ait, Delphis quodam tempore euenisse, ut templũ religiosum antea & intactum, spoliatum incensumq; sit. Et adijcit, multas circa Corinthum urbes insulasq; proximas terræmotu haustas, Delon neq; antea neq; postea hoc incommodo uexatam:

Hostia ubi Apollini non cædatur.

Templum uetusto saxo extructum esse cur dixerit.

sed semper eodē manere saxo. Thucydides etiā historiarū libro 3. idem docet. Non mirū ergo si præsidio religionis tutam insulā semper ostendēs, & reuerentiā sibi locorum acceßisse dicit, cōtinuā saxi eiusdē, id est, insulæ firmitatē. Vt seruauit Apollinis genitoris, pprietatē, patrē uocando.

Aeneid. 8. Hercules unde uictor dicatur.

Idem curauit Herculem uocando uictorem. Hæc, inquit, limina uictor Alcides subijt. Varro Rerū diuinarum libro 4. uictorem Herculem putat dictum, quòd omne animalium genus uicerit. Romæ autē uictoris Herculis ædes duæ sunt: una ad portam trigeminā, altera in foro boario.

*Sabinus

Huius commenti causam Masurius* Albinus Memorabilium libro 1. aliter exponit. Marcus, inquit, Octauius Herennius prima adolescentia tibicen, postquàm arti suæ diffisus est, instituit mercaturam: & bene re gesta, decimam Herculi profanauit. Postea cùm nauigans hoc idem ageret, à prædonibus circumuentus fortißimè pugnauit, & uictor receßit. Hunc in somnijs Hercules docuit sua opera seruatum. Cui Octauius impetrato à Magistratibus loco, ædem sacrauit, & signū: Victoremq; incisis literis appellauit. Dedit ergo epitheton Deo, quo & argumentum ueterum uictoriarum Herculis, & commemoratio nouæ historiæ, quæ recenti Romano sacro causam dedit, continetur. Nec frustra in eodem loco dixit:

Pinarij custodes ædis Herculis.

Et domus Herculei custos Pinaria sacri.

Quidam enim aram maximam, cùm uicino flagraret incendio, liberatam à Pinarijs ferunt: & ideo sacri custodem domum Pinariam dixisse Vergilium, κατὰ διασολὴν, inquit, Potitiorum, qui ab Appio Claudio præmio corrupti, sacra seruis publicis prodiderunt. Sed Veratius Pontificalis in eo libro, quem fecit de Supplicationibus, ita ait: Pinarijs qui nouißimi comesso prandio uenissent,

nissent, cùm iam manus pransores lauarent, præcepisse Herculem, ne quid postea ipsi aut progenies ipsorum ex decima gustarent sacranda sibi: sed ministrãdi tantũmodo causa, non ad epulas conuenirent. Quasi ministros ergo sacri custodes uocari, ut ipse Vergilius alibi:

At Triuiæ custos iandudum in montibus Opis, Aeneid. 11.

Id est, ministra. Nisi fortè custodem dixit eam, quæ se prohibuerit, & continuerit à sacris: ut ipse alibi:

Et custos furum atq; auium cum falce saligna Georg. 4.
Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.

Hic utiq; custodem, prohibitorẽ auiũ, furumq; significat. Ritus sacrorum Aeneid. 8.

Hæc ubi dicta, dapes iubet & ſublata reponi
Pocula, gramineoq; uiros locat ipse ſedili.

Nõ uacat quod dixit ſedili. Nam propria obſeruatio eſt, Herculis ſacris epulari ſedentes. Et Cornelius Balbus, ἐξηγητικῶν lib. 18. ita ait: Apud aram maximam obſeruatum, ne lectiſternium fiat. Cuſtoditur in eodem loco, ut omnes aperto capite ſacra faciant. Hoc fit, ne quis in æde Dei, habitum eius imitetur. Nam ibi operto ipſe capite eſt. Varro ait Græcum hunc eſſe morem: quia ſiue ipſe, ſiue ab eo relicti, quia aram maximam ſtatuerunt, Græco ritu ſacrificauerunt. Hoc amplius addidit C. Baſſus. Idcirco enim hoc fieri dicit, quia ara maxima ante aduentum Aeneæ, in Italia conſtituta eſt, qui hunc ritum uelandi capitis inuenit.

Ea etiam quæ negligenter in Vergilio trãſmittũtur à legentium uulgo, non carere ſenſuum profunditate. Et homines ſacros cur occidere licuerit. CAP. VII.

EA quoq; quæ incuriosè tranſmittuntur à legentiũ plebe, nõ carent profunditate. Nam cùm loqueretur de filio Pollionis, id quod ad principem ſuũ ſpectaret, adiecit:

Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit uellera luto.

Traditur autem in libro Hetruscorum, si hoc animal insolito colore fuerit indutum, portendi imperatori rerum omnium felicitatẽ. Est super hoc liber Tarquinij transcriptus, ex ostẽtario Tusco. ibi reperitur: Purpureo, aureóue colore ouis, arieśue si aspergetur, principi ordinis, & generis summa cum felicitate largitatem auget, genus progeniemq; propagat in claritate, lætioremq; efficit. Huiusmodi igitur statum imperatori in trãsitu uaticinatur. Verbis etiam singulis de ritu sacro quàm ex alto petita significet, uel hinc licebit aduertere:

Aeneid. 10. Iniecere manum Parcæ, telisq; sacrarunt
Euandri. Nam quicquid destinatum est Dijs, sacrum uocatur. Peruenire autem ad eos non potest, nisi libera ab onere corporis fuerit anima, quod nisi morte fieri non potest. Ita ergo opportunè sacrum Halesum facit, quia eum oppetiturus. Et hic proprietatem & humani, & diuini iuris executus est. Nam ex manus iniectione, penè mancipium designauit: & sacrationis uocabulo, obseruantiã diuini iuris impleuit. Hoc loco non alienũ uidetur, de conditione eorum hominũ referre, quos leges sacros esse certis Dijs iubent. Quia nõ ignoro quibusdã mirũ uideri, quòd cùm cætera sacra uiolari nefas sit, hominẽ sacrũ ius fuerit occidi. Cuius rei causa hæc est. Veteres nullũ animal sacrũ in finibus suis esse patiebãtur: sed abigebant ad fines Deorum, quibus sacrũ esset: animas uerò sacratorũ hominum, quos Græci ἀνάθεμας uocãt, Dijs debitas existimabãt. Quemadmodum igitur quod sacrum ad Deos ipsos mitti nõ poterat, à se tamen dimittere non dubitant. Sic animas, quas sacras in cœlum mitti posse arbitrati sunt, uiduatas corpo

re

re quàm primùm illò ire uoluerunt. Disputat de hoc more etiam Trebatius Religionum lib. 9. cuius exẽplum ne sim prolixus, omisi. Cui cordi est legere, satis habeat, & autorem, & uoluminis ordinem esse monstratum.

Quæ male enuntiando apud Vergilium corrumpantur. Et quòd nec ea ratione apud hunc poëtam careant, quæ fortuita esse uidentur, cum aliis quibusdam.

CAPVT VIII.

NOnnullorum, quæ scientißimè prolata sunt, malè enuntiando, corrumpimus dignitatem. Vt quidam legunt:

Discedo, ac ducente Dea flammam inter, & hostes Aeneid. 9.

Expedior: Cùm ille doctißimè dixerit: Ducente Deo, non Dea. Nam & apud Caluum Acterianus affirmat legendum, Pollentemq; Deum Venerem, nõ Deam. Signum etiã huius est Cypri barbatũ corpore, sed ueste muliebri, cum sceptro ac statura uiri. Et putant eandem marem ac fœminam esse. Aristophanes eam ἀφροδίτον appellat. Leuinus etiam sic ait: Venerem igitur almum adorans, siue fœmina, siue mas est: ita uti alma noctiluca est. Philochorus quoque in Atthide, eandem affirmat esse Lunam: Nam & ei sacrificium facere uiros cum ueste muliebri, mulieres cum uirili: quòd eadem & mas existimatur, & fœmina.

Hoc quoq; de prudẽtia religionis à Vergilio dictũ est,

Decidit exanimis, uitamq; reliquit in astris Aëreis.

Higinus enim de proprietatibus Deorum, cùm de astris ac stellis loqueretur, ait, oportere his uolucres immolari. Doctè ergo Vergilius dixit apud ea numina animam uolucris remansisse, quibus ad litandum data est. Nec nomen apud se, quod fortuitum esse poterat, uacare permittit: Aues stellis ad litandum datæ. Aeneid. 5.

-Matrisq; uocauit

Camilla cur sic appellata.

Nomine Casmillæ mutata parte Camillam. Nam Statius Tullianus de Vocabulis rerum libr. 1. ait dixisse Callimachum, Tuscos Camillum appellare Mercurium, quo uocabulo significant præministrum Deorum. Vnde Vergilius ait Metabum Camillam appellasse filiam, Dianæ scilicet præministram. Nam & Pacuuius, cùm de Medea loqueretur, Cœlitum Camilla expectata aduenis, salue hospita. Romani quoque pueros, puellas ue nobiles, & inuestes, Camillos, & Camillas appellant, Flaminicarum & Flaminum præministros. Hanc quoq; obseruationem eius non conuenit præterire:

Mos. Aeneid. 7.

Mos erat (inquit) Hesperio in Latio, quẽ protinus urbes Albanæ coluere sacrum, nunc maxima rerum Roma colit:— Varro de moribus, morem esse dicit in iudicio animi, quem sequi debeat cõsuetudo. Iulius Festus de uerborum significationibus libro decimotertio: Mos est, inquit, institutum patrium, pertinẽs ad religiones, ceremoniasq; maiorum. Ergo Vergilius utrunque autorem secutus, & primo quidem Varronem, quoniã ille dixerat morem præcedere, sequi consuetudinem, postquàm dixit: Mos erat, subiũxit, quem protinus urbes Albanæ coluere: &, nunc maxima rerum Roma colit: quo perseuerantiam cõsuetudinis mõstrat. Et quoniam Festus pertinere ad ceremonias ait, hoc idem docuit Maro, adijciendo Sacrum:

—Quem protinus urbes
Albanæ coluere sacrum. Mos ergo præcesit, & cultus moris secutus est, quod est consuetudo. Et hic definitionem Varronis impleuit. Adijciendo deinde Sacrum: ostendit, morem ceremonijs dicatum, quod Festus asseruit. Idem seruauit & in duodecimo libro, cum ait:

Morem ritusq; sacrorum

Adijciam.

Adijciam. In quo ostendit apertè, morem esse ritus sacrorum. Sed historiæ quoque fidem in his uersibus secutus est, Mos erat Hesperio in Latio, & reliqua. Seruauit enim regnorum successionem. Quippe primi regnauerunt Latini, inde Albani, & inde Romani. Ideo mos erat, primum dixit, Hesperio in Latio: & postea, quem protinus urbes Albanæ coluere sacrum: deinde subiecit, nunc maxima rerum Roma colit.

De carmine quo euocari solebant Dii tutelares, & aut urbes aut exercitus deuoueri.

CAPVT IX.

EXcessere omnes adytis, arisq; relictis
Dij, quibus imperium hoc steterat.

De euocandis Dijs tutelaribus.

Et de uetustissimo Romanorum more, & de occultissimis sacris, uox ista prolata est. Constat enim omnes urbes in alicuius Dei esse tutela: moremq; Romanorum arcanum, & multis ignotum fuisse, ut cùm obsideret urbem hostiũ, eamq; iam capi posse confiderent, certo carmine euocarẽt tutelares Deos: quòd aut aliter urbem capi posse non crederent: aut etiam si posset, nefas existimarent, Deos habere captiuos. Nam propterea ipsi Romani & Deum, in cuius tutela urbs Roma est, & ipsius urbis Latinum nomen ignotum esse uoluerunt. Sed Dei quidem nomen nonnullis antiquorum licet inter se dissidẽtium libris insitum, & ideo uetustas persequentibus quicquid de hoc putatur innotuit. Alij enim Iouem crediderunt, alij Lunam. Sunt qui Angeronam, quæ digito ad os admoto silentium denuntiat. Alij autem, quorum mihi fides uidetur firmior, Opem Consiuiam esse dixerunt. Ipsius uerò urbis nomen etiam doctissimis ignoratum est: cauentibus Romanis, ne quod sæpe aduersus urbes hostiũ fecisse se nouerant, idem ipsi

ipsi quoque hostili euocatione paterentur: si tutelæ suæ nomen diuulgaretur. Sed uidēdum, ne quod nonnulli male existimauerunt, nos quoq; confundat, opinātes uno carmine & euocari ex urbe aliqua Deos, & ipsam deuotam fieri ciuitatem. Nam reperi in lib. v. Rerum reconditarum Sammonici Sereni utrunq; carmen, quod ille se in cuiusdā Furij uetustissimo libro reperisse professus est. Est autem carmen huiusmodi, quo dij euocantur, cùm oppugnatione ciuitas cingitur: Si Deus, si Dea est, cui populus, ciuitasque Carthaginiensis est in tutela, teque maximè ille, qui urbis huius, populique tutelam recepisti, precor, uenerorque, ueniamque à uobis peto, ut uos populum ciuitatemq; Carthaginiensium deseratis: loca, templa, sacra, urbemq; eorum relinquatis, absq; his abeatis: eiq; populo, ciuitatiq; metum, formidinem, obliuionem inijciatis: proditiq; Romam ad me, meosq; ueniatis: nostraq; uobis loca, templa, sacra, urbs acceptior, probatiorq; sit: mihi quoq; populoq; Romano, militibusque meis præpositi sitis, ut sciamus intelligamusq;. si ita feceritis, uoueo uobis templa, ludosq; facturum.

Euocationis Deorum carmen.

In eadem uerba hostias fieri oportet, autoritatemq; uideri extorum, ut ea promittant futura. Vrbes uerò, exercitusq; sic deuouentur, iam numinibus euocatis. Sed dictatores Imperatoresq; soli possunt deuouere his uerbis: Dis pater, siue Iouis manes, siue quo alio nomine fas est nominare, ut omnes illam urbem Carthaginem, exercitumq;, quem ego me sentio dicere, fuga, formidine, terrore compleatis: quiq; aduersus legiones, exercitumq; nostrum arma, telaq; ferent, uti uos eos exercitus, eos hostes, eosque homines, urbes, agrosq; eorum, & qui in his locis, regionibusq;, agris, urbibusq; habitant, abducatis, lumine supe-

Deuotionis urbium & exercituum uerba.

ro prin

ro princeps: exercitumq; hostium, urbes, agrosq; eorum, quos me sentio dicere, uti uos eas urbes, agrosq;, capita, ætatesq; eorum deuotas, consecratasq; habeatis, illis legibus, quibus quãdoq; sunt maxime hostes deuoti: eosq; ego uicarios pro me fide, magistratuq; meo, & pro pop. Rom. exercitibus, legionibusq; nostris do, deuouco: ut me, meãq; fidem, imperiumq;, legiones, exercitumq; nostrum, qui in his rebus gerundis sunt, bene saluos sinatis esse. Si hæc ita faxitis, ut ego sciam, sentiam, intelligam: tunc quisquis uotum hoc faxit, ubi faxit, rectè factum esto, ouibus atris tribus, Tellus mater, teq; Iupiter obtestor. Cùm Tellurem dicit, manibus terram tangit: cùm Iouem dicit, manus ad cœlum tollit: cùm uotum recipere dicit, manibus pectus tangit. In antiquitatibus autem hæc oppida inueni deuota, Stonios, Fregellas, Gabios, Veios, Fidenas. Hæc intra Italiam. Præterea Carthaginem, & Corinthum. Sed & multos exercitus, oppidaq; hostium Gallorum, Hispanorum, Afrorum, Maurorum, aliarumq; gentium, quas prisci loquuntur annales. Hinc ergo est, quòd propter eiusmodi euocationem numinum discessionemq;, ait Vergilius:

Excessere omnes adytis, arisq; relictis
Dij. Et ut tutelares assignaret, adiecit: Aeneid. 2.
-Quibus imperium hoc steterat.

Vtq; præter euocationem, etiam uim deuotionis ostenderet, in qua præcipuè Iupiter (ut diximus) inuocatur, ait:

Ferus omnia Iupiter Argos Transtulit.

Videtur'ne uobis probatum, sine diuini & humani iuris scientia, non posse profunditatem Maronis intelligi?

Cur Vergilius tertio Aeneidos fecerit Ioui immolari taurum, & quibus Diis tauri immolari soleant.

CAPVT X.

Hic cum

Hic cùm omnes concordi testimonio, doctrinâ & poëtæ, & narrantis æquarent: exclamauit Euangelus, diu se succubuisse patientiæ, nec ultrà dissimulandũ, quin in medium detegat insciëtiæ Vergilianæ uulnera. Et nos, inquit, manum ferulæ aliquando subduximus, & nos cepimus Põtificij iuris auditũ. Et ex his, quæ nota sunt nobis, Maronem huius disciplinam iuris nescisse cõstabit. Quando enim diceret,

Aeneid. 3. Taurus quibus Dijs immolet.

Cœlicolûm regi mactabam in littore taurum:

si sciret taurum immolari huic deo uetitum? aut si didicisset, quod Atteius Capito comprehendit? Cuius uerba ex libro primo de iure sacrificiorum hæc sunt: Itaq; Ioui tauro, uerre, ariete immolari non licet. Labeo uerò sexagesimo & octauo libro *intulit, nisi Neptuno, Apollini, & Marti, taurum non immolari. Ecce Pontifex tuus, quid apud quas aras mactetur ignorat: cũ uel ædituis hæc nota sint, & ueterum non tacuerit industria. Ad hæc Prætextatus renidens, quibus Deorum immoletur tauro, si uis cum Vergilio communicare, ipse te docebit:

*innuit

Cur Ioui taurũ immolari fecerit Vergilius, cum tamen id non liceret.

Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

Vides in ope poëtæ uerba Labeonis? Igitur ut hoc doctè, ita illud argutè. Nã ostendit Deo nõ litatũ, ideo secutum,

Horrendum dictu, & uisu mirabile monstrum.

Ergo respiciens ad futura, hostiam contrariam fecit. Sed & nouerat hunc errorem non esse inexpiabilem. Atteius enim Capito, quem in acie contra Maronem locasti, adiecit hæc uerba: Si quis fortè Ioui tauro fecerit, piaculum *esto *dato. Committitur ergo res non quidem impianda, insolita tamen. Et committitur non ignorantia, sed ut monstro locum faceret secuturo.

Quòd Vergilius illo uersu primi Georgicon: Cui tu

ritè

ritè fauos & miti dilue Baccho, significarit Cereri mul so litandum esse. Tum quomodo & in primo & in octauo libro Aeneidos in mensam libari faciat, cum in aram tantum esset libandum. CAPVT XI.

SVbiecit Euangelus: *Si euentu excusantur illicita, dic quæso, quod erat monstrũ secuturum, & cùm Cereri libari uino iuberet, quod omnibus sacris uetatur,*

Cui tu lacte fauos & miti dilue Baccho?

Vinum autem Cereri non libari, debuit illum uel Plautus *docere: qui in Aulularia ait:* Cererin' *mi Strobile hi sunt facturi nuptias? Quis quia temeti nihil allatum intelligo. At hic uester Flamen, & Pontifex, & omnia, tam quid im moletur, quàm quid libetur ignorat. Et ne non ubique in libando pari errore sit deuius, in octauo ait:* Georg. 1.

In mensam læti libant, Diuosq; precantur:

cùm non in mensam, sed in aram secundum morem libare debuerint. Vt prius tibi, Prætextatus *inquit, de posteriore quæstione respondeam, fateor te non immeritò de usurpata in mensam libatione quæsisse: ampliusq; speciem difficultatis auxeras, si magis Didonem in mensa similiter libantem notasses:*

Dixit, & in mensa laticum libauit honorem.

Nam & P. Tertius cum de ritu sacrorũ multa differeret, ait sibi hunc locum in quæstione uenire, nec tamen hæsitationem suam requisita ratione dissolui. Ego autem quid mihi magistra lectione compertum est, publicabo. In Papyriano enim iure euidenter relatum est, aræ uicem præstare posse mensam dicatam: ut in templo, inquit, Iunonis Populoneæ augusta mensa est. *Nanque in fanis alia uasorum sunt, & sacræ supellectilis: alia ornamẽtorum. Quæ uasorum sunt, instrumenti instar habent, quibus semper* In mensam quãdo liba re licuerit.

sacrifi

sacrificia conficiuntur. Quarum rerum principem locum obtinet mensa, in qua epulæ, libationesq;, & stipes reponuntur. Ornamenta uerò sunt, clypei, coronæ, & huiuscemodi donaria. Neque enim donaria dedicantur eo tempore, quo delubra sacrantur. At uerò mensa, arulæq; eodem die, quo ædes ipsæ, dedicari solent. Vnde mensa hoc ritu dedicata in templo, aræ usum, & religionem obtinet puluinaris. Ergo apud Euandrum quidem fit iusta libatio: quippe apud eam mensam, quæ cum ara maxima, more utique religionis, fuerat dedicata: & in loco sacrato, & inter ipsa sacra, in quibus epulabantur. In conuiuio uerò Didonis, quod tantũ regiũ constat, non etiam sacrum fuisse, apud humanam mensam, in triclinio, non in templo: quia non erat religiosa, sed usurpata libatio: solam fecit libasse reginam: in cuius persona nulla obseruationis necessitas, & multa ad usurpandum in potestate permissio. At uerò hic: —Omnes

Dido quomodo in mensam libat.

Aeneid. 8. In mensa læti libant, Diuosq; precantur.

Quia quod rectè fieri nouerat, ab omnibus simul in templo epulantibus, & uni sacratæ assidentibus mensæ factũ esse memorauit. De illo autem uersu:

Cui tu lacte fauos & miti dilue Baccho,

Paucis quod Maro accusatur absoluam. Poëta enim æquè in rebus doctrinæ, & in uerbis sectator elegantiæ, sciens Cereri mulso libari, adiecit, miti Baccho fauos dilue, scilicet mitescere uinum dicens: mulsum cùm cœperit fieri. Nam mite hìc uinum ita dixit, ut alibi ait domitum:

Georg. 4. —Et durum Bacchi domitura saporem.

*ad diem Notum autem esse non diffitebere, quòd * diem duodecimum Calend. Ianuarias Herculi, & Cereri faciunt sue prægnante, panibus mulso.

Hercu

Herculi cur Salios assignarit Vergilius: curq; hos populeis ramis coronatos induxerit. CAP. XII.

OPportunè mehercule Prætextate feciſti Herculis mentionẽ, in cuius ſacra hic ueſter gemino errore cõmiſit:

Tum Salij ad cantus incenſa altaria circum Aeneid. 8.
Populeis adſunt euincti tempora ramis.

Nam & Salios Herculi dedit, quos tantum Marti dicauit antiquitas: & populeas coronas nominat, cum ad aram maximam, ſola lauro capita, & alia fronde non uinciant. Videmus & in capite Prætoris urbani lauream coronam, cùm rem diuinam Herculi facit. Teſtatur etiam Terentius Varro in ea ſatyra, quæ inſcribitur πρὶ κεφαλῆς, maiores ſolitos decimam Herculi uouere: nec decem dies intermittere, quin pollucerent populum ad ἀσύμβολον, cum corona laurea dimitterent cubitum. Hiccine eſt (ait Vectius) error geminus? At ego in neutro dico erraſſe Vergilium. Nam ut primum de frondis genere dicamus, conſtat quidem nunc lauro ſacrificantes apud aram maximã coronari. Sed multò poſt Romam conditam hæc conſuetudo ſumpſit exordium, poſtquàm in Auentino lauretum cœpit uirere: quam rem docet Varro rerum Humanarum libr. 11. E' monte ergo proximo decerpta laurus ſumebatur operantibus, quam uicina offerebat occaſio. Vnde rectè Maro noſter ad tempora reſpexit, quibus Euander ante urbem conditam, apud aram maximam ſacra celebrabat, & utebatur populo utiq; Alcidæ gratiſſima. Salios autem Herculi propter uberta-
tem doctrinæ altioris aſſignat: quia is Deus, & apud Pontifices idem, qui & Mars habetur. Et ſanè ita Menippea Varronis affirmat, quæ inſcribitur, ἄλως ἢ περὶ ἡρακλέους, qua cùm de Hercule multa loqueretur, eundẽ eſſe ac Martem probauit. Chaldæi quoque ſtellam Herculis uocant,

Populeæ coronæ in ſacris Herculis.

Salij Herculi cur aſsignẽtur.

quam reliqui omnes Martis appellant. Est præterea Octauij Herseníj liber, qui inscribitur, de Sacris saliaribus Tyburtium: in quo Salios Herculi institutos, operari diebus certis, & auspicatò docet. Item Antonius Enipho, uir doctus, cuius scholam Cicero post laborem fori frequentabat, Salios Herculi datos probat in eo uolumine, quo disputat, quid sit fenestra, quod est ostium minusculum in sacrario: quo uerbo Ennius etiam usus est. Idoneis (ut credo) autoribus, certisq; rationibus, error qui putabatur uterque defensus est. Si qua sunt alia, quæ nos commouent, in medium proferamus: ut ipsa collatio nostrum, non Maronis, absoluat errorem.

Tunc Euangelus: Nunquam'ne tibi Prætextate uenit in mentem, toto (ut aiunt) cœlo errasse Vergilium, cum Dido suam rem diuinam pro nuptijs faceret?

Aeneid. 4. —Mactat enim (inquit) lectas de more bidentes
Legiferæ Cereri, Phœboq;, patriq; Lyæo.

Et quasi expergefactus adiecit:

Iunoni ante omnes, cui uincla iugalia curæ.

Et hîc multa deesse uerba, quis tam stupidus, ut non uel sine admonitione omni animaduertat? Nam neq; respondetur ad quæstionem ab Euangelo propositam, neq; sequentia ulla ratione cum his, quæ præcedunt, cohærent. Nobis apparet loci continentiam habuisse hoc modo: In bibliotheca, ut ex fine primi libri intelligere licet, ostêsum iam erat, quàm peritus iuris Pontificii esset Vergilius: Quare cum cœnæ tempus sermonem de Vergilio interrumperet, dilatus est sermo hic in diem sequêtem, atq; interim inter cœnandum hilariora quædam tractata, quemadmodum & in secundo libro factum uidemus. Quantum itaq; suspicari licet, ortus inter cœnandum sermo fuit de luxu. Vbi cum Horus sui seculi luxuriã nimiam reprehêderet, Cecinna ita ei respondet, ut ostêdat antiquitati maiorem deliciarum curã fuisse, quàm seculo suo. Hori uerba omnia desiderantur, nec Cecinnæ responsio plenè adest.

De

De luxu seu luxuria Q. Hortensii, Fabii Gurgitis, Metelli Pii, ac Metelli pontificis maximi: Tum de Porco Troiano, de leporum ac cochlearum saginatione.

CAPVT XIII.

Accipite & M. Varronis uerba, de agricultura libro tertio: qui cùm de pauonibus in uilla nutriendis loqueretur, sic ait: Primus hos Q. Hortensius augurali adijciali cœna dicitur posuisse. Quod potius factum tum luxuriosè, quàm seuerè boni uiri laudabant. Quem citò secuti multi, extulerunt eorum pretia: ita ut oua eorum denarijs ueneant quinis, ipsi facilè quinquagenis. Ecce res non admiranda solum, sed & pudenda: ut oua pauonum, quinis denarijs ueneant, quæ hodie non dicam uilius, sed omnino nec ueneunt. Is Hortensius platanos suas uino irrigare consueuit: adeò, ut in quadam actione, quam habuit cum Cicerone susceptam, precariò à Tullio postulasset, ut locum dicendi permutaret secum. Abire enim in uillam necessariò se uelle, ut uinum platano, quam in Tusculano posuerat, ipse suffunderet. Sed fortè ad notam seculi sui non sufficit Hortensius, uir alioqui ex professo mollis, & in præcinctu ponens omnem decorem. Fuit enim uestitu ad munditiem curioso. Et ut bene amictus iret, faciem in speculo quærebat: ubi se intuens, togam corpori sic applicabat, ut rugas, non fortè, sed industria locatas artifex nodus astringeret: & sinus ex composito defluens, modum lateris ambiret. Is quondam cum incederet elaboratus ad speciem, collegæ de iniurijs diem dixit, quòd sibi in angustijs obuius, offensu fortuito structuram togæ destruxerat: & capitale putauit, quòd in humero suo locum ruga mutasset. Ergo hoc prætermisso, ad uiros uenio triumphales, quos uictores gentium luxuria uicit. Et ut taceam Gurgitem à deuorato patrimonio cognominatum, quia insignibus

Luxus ac mollities Q. Hortensij.

Luxuria Fabij Gurgitis, & Metelli Pij.

bus uirtutis secutæ uitia prioris cõpensauit ætatis: in quam foueam luxus, & superbiæ Metellus Pius successuum continuatione peruenit? Et ne multis morer, ipsa de eo Sallustij uerba subieci: At Metellus in ulteriorem Hispaniam post annum regressus, magna gloria, concurrentibus undique uirili, & muliebri sexu, per uias & tecta omnium uisebatur. Cùm Quæstor C. Vrbinus, alijq; cognita uoluntate eum ad cœnam inuitauerant, ultra Romanorum ac mortalium etiam morem, curabant, exornatis ædibus per aulæa, & insignia, scenisq; ad ostentationem histrionum fabricatis. Simul croco sparsa humus, & alia in modum templi celeberrimi. Prætereà cùm sedenti in transenna demissum uictoriæ simulachrum cum machinato strepitu tonitruum, coronam ei imponebat: tum uenienti, ture quasi Deo supplicabatur. Toga picta plerunque amiculo erat ei accumbenti. Epulæ quæsitißimæ, neque per omnem modò prouinciam, sed trans maria ex Mauritania uolucrum, & ferarum incognita antea plura genera. Quibus rebus aliquantam partem gloriæ dempserat: maximè apud ueteres, & sanctos uiros, superba illa, grauia, indigna Romano imperio extimantes. Hæc Sallustius, grauißimus alienæ luxuriæ obiurgator, & censor.

Luxuriosa cœna pontificis.

Accipite inter grauißimas personas non defuisse luxuriam. Refero enim pontificis uetustißimam cœnam, quæ scripta est in indice quarto, Metelli illius pontificis maximi, in hæc uerba: Ante diem Nonum Calend. Septembris, quo die Lentulus Flamen Martialis inauguratus est, domus ornata fuit. Triclinia lectis eburneis strata fuerunt. Duobus triclinijs Pontifices cubuerunt, Q. Catulus, M. Aemilius Lepidus, D. Syllanus, C. Cæsar rex sacrorum, P. Scæuola sextus, Q. Cornelius, P. Volumnius, P. Albinouanus,

uanus, & L. Iulius Cæsar augur, qui eum inaugurauit. In tertio triclinio Popilia, Perpenia, Licinia, Aruncia, uirgines Vestales: & ipsius uxor Publicia Flaminica, & Sempronia socrus eius. Cœna hæc fuit: Ante cœnam echinos, ostreas crudas, quantum uellent, peloridas, sphondylos, turdum, asparagos, subtus gallinam altilem, patinam ostrearum peloridum, balanos nigros, balanos albos. Iterum sphondylos, glycomaridas, urticas, ficedulas,* lumbos, capragines, aprugnos, altilia ex farina inuoluta, ficedulas, murices, & purpuras. In cœna sumina, sinciput aprugnum, patinam piscium, patinam suminis, anates, querquedulas elixas, lepores, altilia assa, amylum, panes Picentes. Vbi iam luxuria tunc accusaretur, quando tot rebus farta fuit cœna Pontificū? Ipsa uerò eduliūm genera, quàm dictu turpia? Nam Cincius in suasione legis Fanniæ, obijcit seculo suo, quòd porcum Troianum mensis inferat. Quem illi ideo sic uocabant, quasi alijs inclusis animalibus grauidū, ut ille Troianus equus grauidus armatis fuit. Exigebat hoc quoque illa gulæ intemperantia, ut & lepores saginarentur: teste Varrone, qui de Agricultura libro tertio, cum de leporibus loqueretur, sic ait: Hoc quoq; nuper institutum, ut lepores saginarentur, cum exceptos è leporario quidam in caueis, & loco clauso faciant pingues. Si cui hoc mirum uidetur, quod ait Varro, lepores ætate illa solitos saginari: accipiat aliud, quod maiore admiratione sit dignum, cochleas saginatas, quod idem Varro in eodem libro refert. Verba ipsa, qui uolet legere, ubi debeat quærere, indicaui. Neque ego nunc antiquitati nos præferendos uel comparandos dico: sed respondi obiurganti Horo, asserens, uti res habet, maiorem illis seculis deliciarum curam fuisse, quàm nostro.

* Lumbos caprigenos forte legendum.

Saltandi, cantandiq; studium, atq; adeò ne histrionicam quidem apud uetustiores Romanos inter turpia nominatum fuisse. CAP. XIIII.

SVbiecit Furius Albinus, antiquitatis non minus, quàm Cecinna peritus: Miror te, inquit, non retulisse, quanta illis affluentia marinarum procurari solita fuerit copiarum, cuius relatu maximam conuiuiorum nostrorum sobrietatem doceres. Et Cecinna: Profer, inquit, in medium, quæ de hac quoque parte * lectu comperisti. Vltra omnes enim polles memoria uetustatis. Et Furius sic ingressus est: Vetustas quidem nobis semper (si sapimus) adoranda est. Illa quippe secula sunt, quæ hoc imperium uel sanguine, uel sudore pepererunt, quod non nisi uirtutum faceret ubertas. Sed quod fatendum est, in illa uirtutum abundantia, uitijs quoq; ætas illa non caruit: è quibus nonnulla nostro seculo morum sobrietate correcta sunt. Et de luxu quidem illius temporis circa marinas copias dicere institueram: sed quia in assertionem nostræ emendationis, alia ex alijs proferenda se suggerunt, de piscibus non omitto: sed differo, dum de alia lasciuia, qua nunc caremus, admoneo. Dic enim Hore, qui antiquitatem nobis obijcis, ante cuius triclinium modo saltatricem uel saltatorem te uidisse meminisiis? At inter illos saltatio certatim, uel ab honestis appetebatur. Ecce enim, ut ab illo ordiar tempore, quod fuit optimis moribus, inter duo bella Punica: ingenui, quid dicam ingenui? filij Senatorum in ludum saltatorium commeabant, & illhic crotala gestantes saltare discebant. Taceo, quòd matronæ etiam saltationem nõ inhonestam putabant, sed inter probas quoque earum erat saltandi cura: dummodo non curiosa, usque ad artis perfectionem. Quid enim ait Sallustius: Psallere, saltare elegantius, quàm necesse est

*& tu

Saltandi mos ante triclinia et alibi.

probæ

probæ? Adeò & ipse Sempronian reprehendit, non quòd saltare, sed quòd optimè scierit. Nobilium uerò filios, & (quod dictu nefas est) filias quoque uirgines inter studiosa numerasse saltandi meditationem, testis est Scipio Africanus Aemilianus: qui in oratione contra legem iudiciariam Tiberij Gracchi sic ait: Docentur præstigias inhonestas: cum cinædulis, & sambuca, psalterioq; eunt in ludum histrionum: discunt cantare: quæ maiores nostri ingenuis probro ducier uoluerunt. Eunt, inquam, in ludum saltatorium inter cinædos, uirgines, pueriq; ingenui. Hæc cùm mihi quisquam narrabat, non poteram animum inducere, ea liberos suos nobiles homines docere: sed cùm ductus sum in ludum saltatorium, plus mediusfidius in eo ludo uidi pueris uirginibusq; quingentis. In his unum (quo me Reipubl. maximè misertum est) puerum bullatum, petitoris filium, non minorem annis duodecim, cum crotalis saltare: quam saltationem impudicus seruulus honestè saltare non posset. Vides quemadmodum ingemuit Africanus, quòd uidisset cum crotalis saltantem filium petitoris, id est, candidati, quem ne tum quidem spes, & ratio adipiscendi magistratus, quo tempore se suosq; ab omni probro debuit uindicare, potuit coërcere, quò minus faceret, quod scilicet turpe non habebatur: cæterùm superius pleraque nobilitatem hæc propudia celebrare conquestus est. Sic nimirum M. Cato Senatorem non ignobilem Cæcilium spatiatorem, & Fescennium uocat: eumq; staticulos dare his uerbis ait: Descendit de cantherio, inde staticulos dare, ridicularia fundere. Et alibi in eundem: Prætereà cantat, ubi collibuit, interdum Græcos uersus agit, iocos dicit, uoces demutat, staticulos dat. hæc Cato. Cui (ut uidetis) etiam cantare non serij hominis uidetur, quod apud alios

Cantandi studium.

Histriones. adeò non inter turpia numeratum est: ut L. Sylla, uir tanti nominis, optimè cantasse dicatur. Cæterùm histriones non inter turpes habitos, Cicero testimonio est: quem nullus ignorat Roscio & Aesopo histrionibus tam familiariter usum, ut res rationesq; eorum sua solertia tueretur. Quod cùm alijs multis, tum ex epistolis quoque eius declaratur. Nam illam orationem quis est, qui non legerit, in qua populum Romanum obiurgauit, quòd Roscio gestum agente, tumultuauerit? Et certè satis constat, contendere eum cum ipso histrione solitum, utrum ille sæpius eandem sentẽtiam uarijs gestibus efficeret, an ipse per eloquentiæ copiam sermone diuerso pronuntiaret. Quæ res ad hanc artis suæ fiduciam Roscium abstraxit, ut librum conscriberet, quò eloquentiam cum histrionia compararet. Is est Roscius, qui etiam L. Syllæ charissimus fuit, & annulo aureo ab eodem dictatore donatus est. Tanta autem fuit gratia, & gloria: ut mercedem diurnam de publico mille denarios, sine gregalibus, solus acceperit. Aesopum uerò ex pari arte ducenties sestertiũm reliquisse filio constat. Sed quid loquor de histrionibus, cum Appius Claudius uir triumphalis, qui Salius ad usque senectutem fuit, pro gloria obtinuerit, quòd inter collegas optimè saltitabat? Ac priusquàm à saltatione discedo, illud adijciam: uno eodemq; tempore, tribus nobilissimis ciuibus, non modò studium saltandi, sed etiam (si Dijs placet) peritiam, qua gloriarentur fuisse, Gabinio consulari Ciceronis inimico, quod ei & Cicero non dissimulanter obiecit, & M. Cælio noto inter turbas uiro, quem idem Cicero defendit, & Licinio Crasso, Crassi eius, qui apud Parthos extinctus est, filio.

Quanto in pretio fuerint apud paulò uetustiores Romanos, pisces, & præsertim muræna.

CAP.

CAPVT XV.

SEd de saltatione ueterum, ad prædæ marinæ transire luxum Liciniorum me nomen admonuit: quos Murænas cognominatos, quòd hoc piſce effuſiſſimè delectati ſunt, ſatis conſtat. Huic opinioni M. Varro conſentit: aſſerens eodem modo Licinios appellatos Murænas, quo Sergius, Orata cognominatus eſt: quòd ei piſces, qui auratæ uocantur, chariſſimi fuerint. Hic eſt Sergius Orata, qui primus balneas penſiles habuit, primus oſtrearia in Baiano locauit, primus optimum ſaporem oſtreis Lucrinis adiudicauit. Fuit autẽ ætate L. Craſſi illius diſerti: qui quàm grauis, & ſerius habitus ſit, etiam Cicero docet. Is tamen Craſſus uir cenſorius. Nam cum Cn. Domitio Cenſor fuit, cùm ſupra cæteros diſertus haberetur, eſſetq; inter clariſſimos ciues princeps: tamen murænam in piſcina domus ſuæ mortuam, atratus, tanquam filiam luxit. Neque id obſcurum fuit, quippe collega Domitius in Senatu hoc ei, quaſi deforme crimen, obiecit. Neque id confiteri Craſſus erubuit, ſed ultro etiam (ſi Dijs placet) gloriatus eſt Cenſor: piam, affectuoſamq; rem feciſſe ſe iactans. Piſcinas autem, quàm refertas habuerint pretioſiſſimis piſcibus Romani illi nobiliſſimi principes, L. Philippus, & Hortenſius, quos Cicero piſcinarios appellat, etiam illud indicium eſt, quod M. Varro in libro de Agricultura refert, M. Catonem, qui pòſt Vticæ perijt, cùm hæres teſtamento * Lucilij eſſet relictus, piſces de piſcina eius x l. millibus uendidiſſe. Accerſebantur autem murænæ ad piſcinas noſtræ urbis ab uſque freto Siculo, quod Rhegyum à Meſſana deſpicit. Illhic enim optimæ à prodigis eſſe creduntur, tam Hercule, quàm anguillæ. Et utræque ex illo loco, Græcè πλῶτ) uocantur, Latinè flutæ: quòd in ſummo ſupernantes, ſole

* L. Philippi

torrefactæ curuare se posse, & in aquam mergere desinunt: atque ita faciles captu fiunt. Et si enumerare uelim, quàm multi magniq; autores murænas è freto Siculo nobilitarint: longum fiet. Sed dicam, quid M. Varro in libro, qui inscribitur Gallus, de murænis dixerit his uerbis: In Sicilia quoque, inquit, manu capi murænas flutas, quòd hæ in summa aqua præ pinguitudine fluitent. Hæc Varro. Sed quis neget indomitam apud illos, & (ut ait Cæcilius) uallatam gulam fuisse, qui ex tam longinquo mari instrumenta luxuriæ comparārent? Nec rarus hic Romæ piscis, ut peregrè accitus erat. Autor est Plinius, C. Cæsarem dictatorem cum triumphales cœnas populo daret, sex millia murænarum à C. Hirrio ad pondus accepisse. Huius Hirrij uillam, quamuis non amplam, aut latam, constat propter uiuaria, quæ habuit, quadragies sestertium uenundatam.

Plí. lib. 9. cap. 17. & Varro de Re rustica lib. tertio, cap. 17.

De acipensere, mullo, scaro, lupo.

CAP. XVI.

NEc acipenser, quem maria prodigis nutriunt, illius seculi delicias euasit. Et ut liqueat, secundo Punico bello celebre nomen huius piscis fuisse: accipite, ut memenerit eius Plautus in fabula, quæ inscribitur Baccharia, ex persona parasiti:

Quis est mortalis tanta fortuna affectus unquam,
Quàm ego nunc sum, cuius hæc uentri portatur pompa?
Vel nunc, qui mihi in mari acipenser latuit antehac,
Cuius ego latus in latebras reddam meis dentibus, & manibus?

Et ne uilior sit testis poëta: accipite, assertore Cicerone, in quo honore fuerit hic piscis apud P. Scipionem Africanum illum & Numantinum. Hæc sunt in dialogo de Fato uerba

Cicer

Ciceronis: Nam cùm esset apud se ad Lauernium Scipio, unáq; Pontius: allatus est fortè Scipioni acipenser, qui admodum rarò capitur. Sed est piscis, ut ferunt, in primis nobilis. Cùm autem Scipio unum, & alterum ex his, qui eum salutatum uenerant, inuitasset, plures q; etiam inuitaturus uideretur, in aurem Pontius, Scipio, inquit, uide quid agas, acipenser iste paucorum hominum est. Nec inficias eo, temporibus Traiani hunc piscem in magno pretio non fuisse, teste Plinio Secundo, qui in Naturali historia, cum de hoc pisce loqueretur, sic ait: Nullo nunc in honore est, quod quidem miror, cùm sit rarus inuentu. Sed nec diu stetit hæc parsimonia. Nam temporibus Seueri principis, qui ostentabat duritiam morum, Sammonicus Serenus uir, ut eo seculo, doctus, cum ad principem suum scriberet, faceretq; de hoc pisce sermonem, uerba Plinij, quæ superius posui, præmisit, & ita subiecit: Plinius (ut scitis) ad usque Traiani Imperatoris uenit ætatem. Nec dubium est, quod ait nullo honore hunc piscem temporibus suis fuisse, uerum ab eo dici. Apud antiquos autem in pretio fuisse, ego testimonijs palàm faciam: uel eò magis, quòd gratiam eius uideo ad epulas, quasi postliminio, rediisse. Quippe qui dignatione uestra cum interfum cõuiuio sacro, animaduerto hunc piscem à coronatis ministris cum tibicine introferri. Sed quod ait Plinius de acipenseris squamis, id uerum esse maximus rerum naturaliũ indagator Nigidius Figulus ostendit, in cuius libro de Animalibus quarto ita positum est: Cur alij pisces squama secunda, acipenser aduersa sit. Hæc Sammonicus, qui turpitudinem conuiuij principis sui laudando notat: prodens uenerationem, qua piscis habebatur, ut à coronatis inferretur cum tibicinis cantu, quasi quadam non deliciarũ, sed numinis pompa. Sed ut minus miremur,

Plin. lib. 9. cap. 17.

acipen

acipenserem graui pretio taxari solitum: Asinius Celer uir consularis (ut idem Sammonicus refert) mullum unum septem millibus nummûm mercatus est. In qua re luxuriam illius seculi eò magis licet æstimare, quòd Plinius Secundus temporibus suis negat facilè mullum repertum, qui duas pondo libras excederet. At nunc & maioris ponderis passim uidemus, & pretia hæc insana nescimus. Nec contenta illa ingluuies fuit maris sui copijs. Nam Octauius Præfectus classis, sciens scarum adeò Italicis litoribus ignotum, ut nec nomen Latinum eius piscis habeamus, incredibilem scarorum multitudinem in uarijs nauibus huc aduectam inter Hostiam & Campaniæ litus in mare sparsit: miroq; ac nouo exemplo pisces in mari tanquam in terra fruges aliquas seminauit. Idemq; tanquam summa in hoc utilitatis publicæ uerteretur, quinquennio dedit operam, ut si quis inter alios pisces scarum fortè cepisset, incolumem confestim, & inuiolatum mari redderet. Quid stupemus captiuam illius seculi gulam seruisse mari, cùm in magno, uel dicam maximo, apud prodigos honore fuerit etiam Tiberinus lupus, & omnino omnes ex hoc amne pisces? quod equidem cur illis ita uisum sit, ignoro. Fuisse autem etiam M. Varro ostendit: qui enumerans, quæ in quibus Italiæ partibus optima ad uictum gignantur, pisci Tiberino palmam tribuit, his uerbis, in libro Rerum humanarum undecimo: Ad uictum optima fert ager Campanus frumentum, Falernus uinũ, Casinas oleum, Tusculanus ficum, mel Tarentinus, piscẽ Tiberis. hæc Varro de omnibus scilicet huius fluminis piscibus. Sed inter eos, ut suprà dixi, præcipuum locũ lupus tenuit: & quidem is, qui inter duos pontes captus esset. Id ostendunt cùm multi alij, tum etiam C. Titius, uir ætatis Lucilianæ, in oratione, qua legem Fanniam

Mullus. Lib. 9. cap. 17.

Scarus.

Lupus.

niam suasit. Cuius uerba ideo pono, quia non solum de lupo inter duos pontes capto erunt testimonio: sed etiam mores, quibus plerique tunc uiuebant, facilè publicabunt. Describens enim homines prodigos, in fórum ad iudicandum ebrios commeantes, quæq; soleant inter se sermocinari, sic ait: Ludunt alea, studiosè unguentis delibuti, scortis stipati. Vbi horæ decem sunt, iubent puerum uocari, ut Comitium eat percontatum: quid in foro gestum sit, qui suaserint, qui dissuaserint, quot tribus iusserint, quot uetuerint. Inde ad Comitium uadunt, ne litem suã faciant. Dum eunt, nulla est in angiporto amphora, quam nõ impleant, quippe qui uesicam plenam uini habeant. Veniunt in Comitium tristes, iubent dicere. Quorum negotium est, narrant. Iudex testes poscit. Ipsus it mictum. Vbi redit, ait se omnia audiuisse. Tabulas poscit. Literas inspicit. Vix præ uino sustinet palpebras. Eunti in consiliũ, ibi hæc oratio: Quid mihi negotij est cum istis nugatoribus *potius, quàm potamus mulsum mistum uino Græco? edimus turdum pinguem, bonumq; piscem, lupum germanum, qui inter duos pontes captus fuit? Hæc Titius. Sed & Lucilius, acer, & uiolentus poëta, ostendit scire se hunc piscem egregij saporis, qui inter duos pontes captus esset: eumq;, quasi liguritorem, catillonem appellat: scilicet qui proximè ripas stercus insectaretur. Propriè autem Catillones dicebantur, qui ad polluctum Herculis ultimi cum uenirẽt, catillos liguribant. Lucilij uersus hi sunt:

*quin potius

Catillones, qui dicerentur.

Fingere prætereà afferri quod quisq; uolebat.
Illum fumina ducebant, atq; altilium lanx:
Hunc pontes Tiberinos duo inter captus catillo.

De legibus latis contra luxuriam ueterum Romanorum.

CAP.

CAP. XVII.

LOngum fiat si enumerare uelim, quot instrumenta gulæ inter illos uel ingenio excogitata sint, uel studio confecta. Et hæ nimirũ causæ fuerunt, propter quas tot numero leges de cœnis, & sumptibus ad populum ferebantur: & imperari cœpit, ut patentibus ianuis pransitaretur, & *Sic, ut cœnitaretur.* Sic oculis ciuium testibus factis, luxuriæ modus fieret. Prima autem omnium de cœnis lex ad populum Orchia lex. Orchia peruenit, quam tulit C. Orchius Tribunus plebis de Senatus sententia, tertio anno, quàm Cato Censor fuerat. Cuius uerba (quia prolixa sunt) prætereo. Summa autem eius præscribebat numerum cõuiuarũ. Et hæc est lex Orchia, de qua Cato mox orationibus suis uociferabatur: quòd plures, quàm præscripto eius cauebatur, tum ad cœnã uocarentur.

Cumq; autorem nouæ legis aucta necessitas implo-raret, Fannia lex. post annum XXII. legis Orchiæ, Fannia lex lata est, anno post Romã conditam, secundum Gellij opinionẽ LXXXVIII. De hac lege Sammonicus Serenus ita refert: Lex Fannia sanctissimi Augusti ingenti omnium ordinum consensu peruenit ad populum. Neque eam Prætores, aut Tribuni, ut pleraſq; alias, sed ex omnium bonorum consilio & sententia, ipsi Consules pertulere: cùm Respublica ex luxuria conuiuiorum maiora, quàm credi potest, detrimenta pateretur. Siquidem eò res redierat, ut gula illecti plerique ingenui pueri, pudicitiam & libertatem suam uenditarent: plerique ex plebe Romana uino madidi in Comitium uenirent, & ebrij de Reipublicæ salute consulerent. Hæc Sammonicus. Fanniæ autem legis seueritas in eo superabat Orchiam legem, quòd in superiore numerus tantummodo cœnantium cohibebatur, licebatq; secundum eam unicuiq; bona sua inter paucos consumere: Fannia autem & sumptibus

bus modum fecit assibus centum. Vnde à Lucilio poëta festiuitatis suæ more centussis uocatur.

Fanniam legẽ post annos decẽ & octo lex Didia consecuta est. Eius ferũdæ duplex fuit causa: Prima & potissima, ut uniuersa Italia, non sola urbs, lege sumptuaria tenceretur: Italis æstimantibus Fanniam legẽ, non in se, sed in solos urbanos ciues esse cõscriptam. Deinde, ut non soli, qui prandia cœnasue maiore sumptu fecissent, sed etiã, qui ad eas uocati essent, atq; omnino interfuissent, pœnis legis tenerentur. Didia lex.

Post Didiam Licinia lata est à P. Licinio Crasso diuite. Cuius ferundæ probandæq; tantũ studium ab optimatibus impensum est: ut cõsulto Senatus iuberetur, ut ea tantũmodo promulgata, priusquàm trinundino cõfirmaretur, ita ab omnibus obseruaretur, quasi iam populi sentẽtia cõprobata. Lex uerò hæc paucis mutatis in plerisq; cũ Fannia cõgruit. In ea enim ferenda quæsita est nouæ legis autoritas, exolescente metu legis antiquioris: ita Hercules, ut de ipsis duodecim tabulis factum est: quarum ubi contemni antiquitas cœpit, eadem illa, quæ illis legibus caucbantur, in alia latorum nomina transierunt. Sed legis Liciniæ summa, ut Calendis, Nonis, nundinis Romanis, cuiq; in dies singulos triginta duntaxat asses edundi causa cõsumere liceret. Cæteris uerò diebus, qui excepti nõ essent, ne amplius apponeretur, quàm carnis aridæ pondo tria, & salsamentorũ pondo libra, quod ex terra, uite, arboreue natum sit. Video quid remordeat. Ergo indicium sobrij seculi est, ubi tali præscripto legum coërcetur expensa cœnarum. Non ita est. Nam leges sumptuariæ à singulis ferebantur, qui totius ciuitatis uitia corrigerent. At nisi peßimis, effusißimisq; moribus uiueretur, profectò opus ferundis legibus non fuisset. Vetus uerbũ est: Leges bonæ ex malis moribus procreantur. Licinia lex.

Has

Lex Cornelia. Has sequitur lex Cornelia, & ipsa sumptuaria, quam tulit Cornelius Sylla Dictator: in qua nõ conuiuiorum magnificentia prohibita est, nec gulæ modus factus: uerùm minora pretia rebus imposita: & quibus rebus (Dij boni) quamq; exquisitis, & penè incognitis generibus deliciarum? Quos illhic pisces, quasq; offulas nominat? Et tamen pretia illis minora constituit: ausim dicere, ut uilitas edulium animos hominum ad parandas opsoniorum copias incitaret: & gulæ seruire, etiam qui paruis essent facultatibus, possent. Dicam planè, quod sentio. Apprimè luxuriosus mihi uidetur & prodigus, cui hæc tanta in epulis uel gratuita ponantur. Itaque tanto hoc seculum ad omnem incontinentiam promptius, ut pleraque earum rerum, quæ Sylla-

Lex à Lepido data. na lege, ut uulgo nota, cõprehenduntur, nemo nostrum uel fando compererit. Sylla mortuo, Lepidus Consul legem tulit & ipse cibariam. Cato enim sumptuarias leges, cibarias appellat. Dehinc paucis interiectis annis, alia lex peruenit

Lex Antij Restionis. ad populum ferente Antio Restione: quam legẽ, quamuis esset optima, obstinatio tamen luxuriæ, & uitiorum firma concordia, nullo abrogante irritam fecit. Illud tamẽ memorabile de Restione latore ipsius legis fertur: eum, quoad uixit, foris postea non recœnasse, ne testis fieret contemptæ legis, quam ipse bono publico pertulisset.

Antonij edictũ His legibus annumerarem edictum de sumptibus ab Antonio propositum, qui pòst Triumuir fuit: ni indignum crederem, inter cohibentes sumptus Antonio locum facere: cuius expensæ in cœnam solitæ conferri, sola Vnionis à Cleopatra uxore consumpti, æstimatione superatæ sunt. Nam cum Antonius quicquid mari, aut terra, aut etiam cœlo gigneretur, ad satiandam ingluuiem suam natum existimans, faucibus ac dentibus suis subderet: eaq; re captus, de

Romano

Romano Imperio facere uellet Aegyptiũ regnum: Cleopatra uxor, quæ uinci à Romanis nec luxuria dignaretur, sponsione prouocauit, insumere posse in unã cœnam sestertiũm centies. Id Antonio miriũ uisum: nec moratus, sponsione contendit * dignus culina Numatio Planco, qui tam honesti certaminis arbiter electus est. Altera die Cleopatra pertentans Antonium, pollucibilem sanè cœnam parauit, sed quam non miraretur Antonius: quippe qui omnia, quæ apponebantur, ex quotidianis opibus agnosceret. Tunc regina arridens, phialam poposcit, cui aceti nõnihil acris infudit, atque illhuc unionem demptũ ex aure altera festinabunda demisit: eumque maturè dissolutũ, uti natura est eius lapidis, absorbuit. Et quamuis eo facto sponsione uicisset, quippe cùm ipsa margarita centies sestertiũm sine contentione eualuisset, manum tamen & ad alterius unionis aurem similiter admouit, nisi Numatius Plancus iudex seueriſsimus superatum Antonium maturè pronuntiasset. Ipse autem unio cuius magnitudinis fuerit, inde colligi poterit: quòd qui supersuit postea uicta regina, & capta Aegypto, Romam delatus, dissectusq; est, & factæ ex una margarita duæ, impositæq; simulachro Veneris, ut monstruosæ magnitudinis, in templo, quod Pantheum dicitur.

* aliàs: dignus siculna. sunt qui legãt pignus cu stodiente Munatio Planco.

De nucum generibus. CAP. XVIII.

ADhuc dicente Furio, secundæ mensæ illata bellaria nouo sermoni principiũ dederunt. Symmachus enim duas attrectans manu nuces: Vellem, inquit, ex te audire Serui, tanta nucibus nomina quæ causa uel origo uariauerit: aut unde tot mala, cùm hac una appellatione uocitentur, fiant tamen seorsum diuersa, tam uocabulo quàm sapore. Ac prius de nucibus absoluas uolo, quæ tibi memo-

ria crebræ lectionis occurrunt. Et Seruius: Nux ista iuglans, secundum nonnullorum opinionem, à iuuando, & à glande dicta existimatur. Caius Bassus uerò in libro de Significatione uerborũ hoc refert: Iuglans arbor dicta inde est, perinde ac Iouis glãs. Nã id arboris genus nuces habet, quæ sunt suauiore sapore quàm glans est. Hũc fructum antiqui illi, * qui egregiũ glandiq; simulem, ipsamq; arborẽ Deo dignã existimabãt, Iouis glandem appellauerũt: quæ nũc, literis interlisis, iuglans nominatur. Cloatius autem Verrius in libro à Græcis tractorum ita memorat: Iuglans, di præterniſſum est, quasi dijuglans, id est, διὸς βάλανος: sicut Theophrastus ait: ἴδιαι τῶν δενδρῶν αἱ μὲν πεδίοις ἢ φύεται, πρέκινθος, πρῖνος φιλύρη, ἀφάρκη, κάρυα, ἢ καὶ διὸς βάλανος. Hanc Græci etiam basilicam uocant.

Iuglans.

*quia

Hæc quidẽ ita in antiquo codice, locus autẽ Theophrasti in uulgatis codicibus libro tertio aliter habet.

Nux hæc auellana seu Prænestina, quæ est eadem, ex arbore est, quæ corylus dicitur, de qua Vergilius dixit:

Ne'ue inter uites corylum sere.

Est autem natio hominum iuxta agrum Prænestinũ, qui Carsitani uocãtur ἀπὸ τῶν καρύων: cuius rei meminit Varro in Logistorico, qui inscribitur, Marius de fortuna: Inde scilicet Prænestinæ nuces. Est & illud apud Næuiũ in fabula Ariolo: Quis heri apud te? Prænestini, et Lanuuini hospites: suopte utroſq; decuit acceptos cibo, alteris inanem * bullam madidam dari, alteris nuces in procliui profundere. Hanc autem nucem Græci Ponticam uocãt: dum unaquæque natio indit huic nuci nomen ex loco, in quo nascitur copioſior.

Nux auellana siue Prænestina.

*bulbam

Nux Pontica.

Nux castanea. Nux castanea, de qua Vergilius, Castaneasq; nuces: uocatur & heracleotica: Nam uir doctus Oppius in libro, quem fecit de Syluestribus arboribus, sic ait: Heracleotica hæc nux, quam quidam castaneam nominant: itemq; Pontica nux, atque etiam quæ dicuntur Basilicæ

iuglandes, germina atq; flores agũt simuliter ijsdem temporibus, quibus Græcæ nuces.

Nunc dicendum est quæ sit Græca. Ac simul hoc dicens, amygdalã de lance tulit* & ostẽdit, nux Græca est, quæ & amygdala dicitur. Sed & thasia eadẽ nux uocatur. Testis est Cloatius, in ordinatorũ Græcorum lib. 4. cùm sic ait: Nux Græca amygdala. Acca uerò in suppli- catione: Nucem Græcam, ait, sãuumq; adde quantũ libet. Nux Græca. *Et ostẽdẽs, nux Græca hæc est, inquit, &

Nucem molluscam licet hyemis nobis tẽpus inuideat, tamen quia de nucibus loquimur, indictam non relinquimus. Plautus in Calceolo sic eius meminit: Molluscam nucem super eius dixit impendere tegulas. Ecce Plautus nominat quidem, sed quæ sit molluſca nux, nõ exprimit. Est autem persicum, quod uulgo uocatur, & molluſca nux dicitur, scilicet quòd cæteris omnibus nucibus mollior sit. Huius rei idoneus assertor est Sueuius, uir longè doctißimus, in edulio quod inscribitur Moretum. Nam cùm loquitur de hortulano faciente moretum, inter cætera quæ eò mittit, & hoc pomum mitti ait his uerbis: Molluſca nux.

Admisce tu Acca basilicis hæc nunc partim,
Partim persica: quod nomen sic deniq; fertur,
Propterea quòd qui quondam cum rege potenti,
Nomine Alexandro Magno fera prælia bello
In Persas retulere suo, pòst inde reuentum
Hoc genus arboris in prælatis finibus Graijs
Disseruere, nouos fructus mortalibus dantes.
Molluſca hæc nux est, ne quis fortè insçius erret.

Nux Tarentina dicitur, quæ ita mollis est, ut uix attrectata frangatur. De qua in libro Faborini sic reperitur: Itemq; quidam Tarentinas oues, uel nuces dicunt, quæ sunt Terentinæ à Tereno, quod est Sabinorum lingua Nux Tarẽtina.

molle. Vnde Terentios quoq; dictos putat Varro ad Libonem primo. Quam in culpam etiam Horatius potest uideri incidere, qui ait:

Et molle Tarentum.

Nux Pinea. Nux pinea hos nobis, qui appositi sunt, nucleos dedit. Plautus in Cistellaria:

Qui è nuce nucleos esse uult, frangat nucem.

De generibus malorum & pyrorum. CAP. XIX.

Nuces & mala quo distent. ET quia mala uidemus admista bellarijs, post nuces de malorum generibus disserendū est. Sunt de agricultura scriptores, qui nuces & mala sic diuidunt: ut Nuces dicant omne pomum, quod foris duro tegatur, & intus habeat quod esui est: Malum uerò, quod foris habeat quod est esui, & durum intus includat. Secundū hanc definitionem persicum, quod Sueuius poëta superius inter nuces numerat, magis erit inter mala numerandum.

Malorum genera. His præmißis, malorum enumeranda sunt genera, quæ Cloatius Ordinatorum Græcorū lib. 4. ita diligēter enumerat: Sunt autē genera malorū, armeniū, cotoniū, citreū, coccymelium, conditiuū, σπιμηλίς, mustеū, mattianū, orbiculatū, ogrannū, præcox, panunceū, punicū, persicū, quirianum, prosiuum, rubrum, scandianum, syluestre, struthium, scantianum, tibur, uerianum. Vides persicum à Cloatio inter mala numeratum, quod nomen originis suæ tenuit, licet iandudum nostri söli germen sit. Quod autem ait idem Cloatius, citreum, & ipsum persicum malum est, secundum Vergilium:

Georg. 2. Felicis mali, quo non præstantius ullum.

Et reliqua. Et ut nemo dubitet hæc de citreo dixisse Vergilium: accipite quæ Oppius in libro de Syluestribus arboribus dicat: Citrea item malus et persica altera generatur

ratur in Italia, & in Media altera. Et paulò pòst de citreo loquēs, ait: Est autē odoratißimū, ex quo interiectū uesti tineas necat. Fertur autem uenenis contrariū, quod tritum cum uino purgatione uirium suarū bibentes seruat. Generātur autē in Perside omni tēpore mala citrea. Alia enim præcarpūtur, alia interim matureſcunt. Vides hic & Citreum nominari, & omnia signa poni, quæ de eo Vergilius dixit: licet nomē citrei ille nō dixerit. Nā & Homerus qui citreum θύον appellat, oſtendit eſſe odoratū pomū θύα δ' ἀπὸ κάλον ὀδώδει. Et quod ait Oppius inter ueſtē poni citreū, idem ſignificat & Homerus, cum dicit:

Notandum in odyſ. ε. θύον δ' ἀνάνησον ὀδώδη, ſicut aliā etiam clauſulā ſequentis uerſus legi ibidē καὶ λουσαμ.

Εἵματα δ' ἀμφίεσκε θυώδεα σιγαλόεντα.

Hinc et Næuius poëta in bello Punico ait citroſam ueſtē.

Pyra hæc quæ uidemus, uarietas nominum numeroſa diſcernit. Nam idem Cloatius ſic eorū uocabula deſcribit: Antianum, cucurbitinum, ciritum, ceruiſca, calculoſum, cruſtuminum, decimanum, græculum, lollianū, lanuuinum, laureum, lateraſianum, marapium, mileſium, myrteum, næuianum, orbiculatum, præcianum, rubile, ſigninum, tullianum, titianum, turrinianum, timoſum, præcox, uolemium, meſſilium, ſerum, ſementinum ſerum, ſextilianum ſerum, tarentinum ſerum, ualerianum ſerum.

Pyrorū genera.

De ficuum, olearum, uuarumq; generibus. CAP. XX.

Ficorū genera.

ADmonent nos & fici aridæ, ut enumeremus genera ficorum: eodem Cloatio nos de his, ut de alijs, inſtruente. Sic enim diuerſas ficus diligētiæ ſuæ more dinumerat: Africa, albula, arundinea, aſinaſtra, atra, paluſca, auguſta, bifera, carica, caldica, alba, nigra, calphurniana, chia, cucurbitina, duricoria, herculanea, * lauiana, ludia, leptoludia, marſica, numidica, pulla, pompeiana, præcox, tellana, atra. Sciendū quòd ficus alba ex felicibus ſit arbo

*liuiana

ribus: contrà, nigra ex infelicibus. Docent nos utrunque Pontifices. Ait enim Veranius de uerbis pontificalibus:

*Alʒ, sapinus — Felices arbores putantur esse, quercus, æsculus, ilex, *supernus, fagus, corylus, sorbus, ficus alba, pyrus, malus, uitis, prunus, cornus, lotus. Tarquinius autē Priscus in ostentario arborario sic ait: Arbores quæ inferûm deorum, auerruncantium q; in tutela sunt, eas infelices nominat. * Alterū

*Alnū: uel, at myrtum sanguine infelicem, — sanguinem felicem, ficum atram, quæ q; baccam nigram, nigros q; fructus ferūt, itemq; acrifolium, pyrum syluaticum, * pruscum, rubum, sentes q;, quibus portenta prodigia q; mala cōburi iubere oportet. Quid quòd ficum tanquam non pomum secerni à pomis apud idoneos reperimus? Afranius in Selia: Pomum, holus, ficum, uuam. Sed & Cicero Oeconomicon lib. tertio: Neq; serit uitem, neque quæ sata est diligenter colit: oleum, ficus, poma, non habet. Nec hoc ignorandum est, ficum solam ex omnibus arboribus non florere. * Lacte propriè ficorum dicitur. Grossi appellantur fici, quæ non matureſcunt, hos Græci dicunt ὀλύνθους. Marcus Attilius: In millibus tot ficorum non uidebitis grossum. Et paulò pòst ait: Sumas ab alio lacte diffluos grossos. Et Posthumius Albinus annali primo de Bruto: Ea causa sese stultum brutum q; faciebat, grossulos ex melle edebat.

*Alʒ: prunū

Alʒ: Lactis

Olearum genera. — Olearum genera hæc enumerantur: Africana, Albigerus, Aquilia, Alexandrina, Aegyptia, culminea, cōditiua, Liciniana, Orchas, oleaster, pausia, Paulia, radius, Salentina, Sergiana, termutia. Sicut uuarum ista sunt genera:

Vuarum genera. — Aminea, scilicet à regione, nam Aminei fuerunt, ubi nunc Falernum est: asinusca, atrusca, albuierus, albena, apiana, apicia, bumammia, aut (ut Græci dicunt) βουμαστὸς, dura cina, labrusca, melampsithia, maronia, mareotis, numentana, prec

na, precia, prannia, psithia, pilliolata, rhodia, stephanitis, uenuncula, uariola, lagea. Inter hæc Prætextatus, Vellem Seruium nostrum diutius audire: sed hora nos quietis admonet, ut exorto iubare eloquio Symmachi domi suæ fruamur. Atque ita facta discessio est.

FINIS LIBRI TERTII.

VESALIENSIS IN LIBRVM QVARTVM.

Quemadmodum libro præcedenti pontificii iuris expertissimum fuisse Vergilium Prætextatus ostendit, ita hoc libro quantus in Rhetorica idem poëta fuerit, demonstrat Eusebius. Verum quota pars horum seruata ab interitu est? quando & principium & finis, cum aliis tam multis desiderantur ut uix sextam libri huius partem superesse sit uerisimile. Vtinam uero, aut casu, aut studiosorum industria aliquando contingat, ut hæc, si non omnibus modis, at aliqua certe ex parte integritati suæ restituantur. Id quod tum demum fieri licuerit, si cubi forte emendatius aliquod ex puluerulentis bibliothecis eruatur exemplar. Alioqui aut ego plane desipio, aut fieri isthuc non potest.

MACROBII AV.

RELII THEODOSII uiri consularis & illustris, Saturnaliorum liber quartus.

De affectu mouendo ex habitu personæ. CAP. I.

Pathos ex habitu.

NEC magis incœpto uultũ sermone mouetur:
Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes.
Tandem corripuit sese, atq; inimicare fugit.

Item pathos est & in hoc uersu:

Obstupuit, steteruntq; comæ, & uox faucibus hæsit.

Sed & tota Daretis fatigatio habitu depingitur:

Ast illum fidi æquales genua ægra trahentem,
Quassantemq; utroq; caput, crassumq; cruorem
Ore iectantem.

Sociorum quoq; eius trepidationem breuiter ostendit:

-Galeamq;, ensemq; uocati Accipiunt.

Quasi non sponte accepturi munus, quod erat dandum uerecundiæ.

Ex eodẽ genere est illud: -Totoq; loquentis ab ore
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.

Est & in descriptione languoris habitus: ut est tota descriptio pestilentiæ, apud Thucydidem. Et,

Labitur infelix, studiorum, atq; immemor herbæ
Victor equus. Et,

-Demissæ aures, incertus ibidem
Sudor, & ille quidem morituris frigidus.

Est

Est inter pathe & pudor: ut,
Circa Deiphobum pauitantem, & dira tegentem
Supplicia.
Et luctus habitu proditur, ut in Euryali matre,
Excussi manibus radij, reuolutaq; pensa,
Euolat infelix.
Et Latinus quia miratur,
Defixa obtutu tenet ora.
Et Venus quia rogatura est,
Tristior, & lachrymis oculos suffusa nitentes.
Et Sibylla quia insanit,
Subitò non uultus, non color unus,
Non comptæ mansere comæ.

Pathos tenore ipso orationis quomodo exprimatur.

CAPVT II.

NVnc uideamus Pathos quo tenore orationis exprimitur. Ac primum quæramus, quid de tali oratione rhetorica arte præcipitur. Oportet enim, ut oratio pathetica, aut ad indignationem, aut ad misericordiam dirigatur: quæ à Græcis οἶκτος, καὶ δεινώσεις appellatur. Horum alterum accusatori necessarium est, alterum reo. Et necesse est initium abruptum habeat, quoniam satis indignantibus leniter incipere non conuenit. Ideo apud Vergilium Iuno sic incipit:

De oratione Pathetica.

-Quid me alta silentia cogis Rumpere? Et alibi:
-Méne incœpto desistere uictam? Et alibi:
Heu stirpem inuisam, & *fatis contraria nostris
Fata Phrygum. Et Dido,
-Moriemur inultæ? Sed moriamur, ait. Et eadem,
-Prò Iuppiter ibit Hic ait. Et Priamus,
At tibi pro scelere exclamat, pro talibus ausis.

*Aliâs legitur, factis: id est, conatibus.

Nec initiũ solùm tale esse debet, sed omnis, si fieri potest, oratio pathetica: & breuibus sentẽtijs, & crebris figurarum mutationibus debet, uelut inter æstus iracundiæ, fluctuare. Vna ergo nobis Vergiliana oratio pro exẽplo sit:

Exemplum orationis pathetiçe ex 7. Aenei.

Heu stirpem inuisam.

Initium ab ecphonesi. Deinde sequuntur breues interrogatiunculæ:

—Num Sigeis occumbere campis?
Num capti potuere capi? num incensa cremauit
Troia uiros? Deinde sequitur hyperbole:
—Medias acies, mediosq; per ignes
Inuenere uiam. Deinde ironia:
—At credo mea numina tandem
Fessa iacent: odijs haud exaturata quieui.

Deinde ausus suos inefficaces queritur,

—Per undas
Ausa sequi, & profugis toto me opponere ponto.

Secunda post hæc hyperbole,

Absumptæ in Teucros uires cœliq; marisq;.

Inde dispersæ querelæ,

Quid Syrtes aut Scylla mihi, quid uasta Charybdis
Profuit?

Iungitur inde argumẽtum à minore, ut pathos augeatur:

—Mars perdere gentem Immanem Lapithũm ualuit.

Minor scilicet persona, ideo illud sequitur:

Ast ego magna Iouis coniux.

Deinde cũ causas quoq; cõtulisset, quãto ĩpetu Dea dixit:

—Infelix quæ memet in omnia uerti?

Nec dixit, Non possum perdere Aeneam: sed, Vincor ab Aenea. Deinde confirmat se ad nocendum: & quod proprium est irascentis, etsi desperet perfici posse, tamen impedire

pedire contenta est:

Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.
Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis,
At trahere, atq; moras tantis licet addere rebus.
At licet amborum populos excindere regum.

Post hæc in nouissimo, qd' irati libẽter faciunt, maledicit:

Sanguine Troiano, & Rutulo dotabere uirgo.

Et protinus argumẽtũ à simili cõueniẽs ex præcedẽtibus:

–Nec face tantum
Cyssæis prægnans ignes enixa iugales.

Vides quàm sæpe orationem mutauerit, ac frequentibus figuris uariauerit: quia ira, quæ breuis furor est, non potest unum continuare sensum in loquendo. Nec desunt apud eundem orationes misericordiam cõmouentes. Turnus ad Iuturnam:

An miseri fratris letum ut crudele uideres?

Et idem cùm auget inuidiam occisorũ pro se amicorum:

Vidi oculos ante ipse meos me uoce uocãtẽ Muranum.

Et idem, cùm miserabilem fortunam suam faceret, ut uicto sibi parceretur,

–Vicisti, & uictum tendere palmas
Ausonij uidere. Idem:
Quos minime uellem.

Et aliorum preces orantium uitam,

Per te, per qui te talem genuere parentes. & similia.

Pathos ab ætate, à fortuna, debilitate, loco, tempore.

CAPVT III.

NVnc dicamus de habitu pathus, quod est uel in ætate, uel in debilitate, & cæteris quæ sequuntur. Eleganter hoc seruauit, ut ex omni ætate pathos misericordiæ moueret. Ab infantia: Pathos ab ætate.

Infant

Infantumq; animæ flentes in limine primo.

A' pueritia:

Infelix puer, atq; impar congressus Achilli. &,

-Paruumq; patri tendebat Iulum.

Vt nõ minus miserabile sit periculum in paruo, q̃ in filio.

-Superest coniux ne Creusa?

Ascaniusq; puer? Et alibi:

-Et parui casus Iuli.

A' iuuenta uero:

Impositiq; rogis iuuenes, ante ora parentum,

Pubentesq; genæ, iuuenili in corpore pallor.

A' senecta:

-Dauni miserere senectæ. &,

Ducitur infelix æuo confectus Aletes. &,

Canitiem multo deformat puluere.

A fortuna. Mouit & à fortuna modò misericordiam, modò indignationem. Misericordiam:

Tot quondam populis, terrisq; superbum

Regnatorem Asiæ. & Sinon,

-Et nos aliquod nomenq;, decusq; Gessimus. &,

-Ausonijsq; olim ditissimus aruis.

Indignationem uerò ex uerbis Didonis:

-Et nostris illuserit aduena regnis.

Eleganter enim ex contemptu Aeneæ auget iniuriam suam. & Amata:

Exulibus ne datur ducenda Lauinia Teucris?

& Numanus: Bis capti Phryges.

A debilitate. Mouit pathos misericordiæ & ex debilitate:

-Ex quo me Diuûm pater atq; hominum rex

Fulminis afflauit uentis, & contigit igni. & alibi:

Et truncas inhonesto uulnere nares. & de Mezẽtio:

-Attol

-Attollit in ægrum Se femur. &,
Huc caput, atq; illhuc humero ex utroq; pepẽdit. &,
Te deciſa ſuum Laridæ dextera quærit. &,
-Acerq; cruento
Puluere, perq; pedes traiectus lora tumentes.

Mouit pathos miſericordiæ frequenter & à loco: A loco.

Cùm uitam in ſyluis inter deſerta ferarum
Luſtra, domosq; traho. &,
Libyæ deſerta peragro. &,
At nos hinc alij ſitientes ibimus Afros,
Pars Scythiam, & rapidum Cretæ ueniemus Oaxem.

Et illud egregiè, & breuiter:

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.

Iliacos, id eſt, patriæ muros, quos ipſe defenderat, pro quibus efficaciter per decem annorum ſpatia pugnauerat. & illud,

Nos patriam fugimus. &,
Littora* cũ patriæ lacrymãs portuſq; relinquo. &, *tum
Dulces moriens reminiſcitur Argos. &,
Ignarum Laurens habet ora Mimanta,
Lyrneſi domus alta ſolo Laurente ſepulchrum.

Et ut Agamemnonem indignè oſtẽderet occiſum, aſſumpſit locum:

-Prima inter limina dextra Oppetijt. & illud,
Mœnibus in patrijs, atq; inter tuta domorum.

Sacer uerò locus præcipuè pathos mouet. Occiſum inducit Orphea: & miſerabiliorem interitũ eius, à loco, facit:

Inter ſacra Deũm, nocturniq; Orgia Bacchi.

Et in euerſione Troiæ,

-Perq; domos, & relligioſa Deorum Limina.

Caſſandræ quoq; raptum, uel diminutionem quàm miſerabil

rabilem facit sacer locus?

Ecce trahebatur passis Priameia uirgo
Crinibus à templo Cassandra, adytisq; Mineruæ. et alibi,
—Diuæ armipotentis ad aram Procubuit.

Et Andromache, cum de Pyrrhi nece diceret, ut inuidiam occidentis exprimeret:

Excipit incautum, patriasq; obtruncat ad aras.

Et Venus, quòd Aeneas in mari uexaretur ira Iunonis, quàm inuidiosè queritur Neptuno de loco:

In regnis hoc ausa tuis?

Fecit sibi pathos sæpe & ex tempore: —Priusquàm
Pabula gustassent Troiæ, Xanthumq; bibissent.

Et Orpheus miserabilis ex longo dolore,

Septem illum totos perhibent ex ordine menses,
Rupe sub aëria, deserti ad Strimonis undam Fleuisse.

Et Palinurus, —Vix lumine quarto
Prospexi Italiam. & Achimenides,
Tertia iam Lunæ se cornua lumine complent. &,
*æstus Septima post Troiæ excidium iam uertitur * ætas.

Pathos à causa, modo, & materia. CAP. IIII.

FRequens apud illũ pathos à causa. Re uera enim ple
* conficit runq; * efficit causa, ut res aut atrox, aut miserabilis uideatur. Vt Cicero in Verrem: Qui ob sepulturã in carcere necatorum à parentibus rogabatur. Hoc enim non tam obrogari, aut pecuniã exigere, quàm ob hanc causam indignum erat. Et Demosthenes cùm queritur quendam
*à Midia *inuidia circumuẽtum, ex causa auget inuidiam. Circumuenit, inquit, arbitrum, qui inter me, atq; se integrè iudicaucrat. Ergo & Vergilius egregiè sæpe ex hoc loco traxit affectũ. Occiditur, inqt, in acie Galesus. Hoc per se nõ est dignũ misericordia belli tẽpore, sed admouit causam:

Dum

Dum paci medium se offert. Idem alio loco,
Sternitur infelix.
Deinde subijcit causam miserabilem:
Alieno uulnere: id est, cùm in alium telum esset emissum. Et cùm Palamedem indignè occisum uellet:
-Quem falsa sub proditione Pelasgi
Insontem, infando indicio, quia bella uetabat,
Demisere neci.
Et Aeneas ut ostenderet magnitudinem timoris sui, bene causam posuit:
-Et pariter comitiq; onericq; timentem.
Quid Iapyx ut cõtẽptis cæteris artificijs inglorius (quẽadmodum poẽta ait) uiueret, qualis causa proponitur?
Ille ut depositi proferret fata parentis.
Ex eodem genere est, Fallit te incautum pietas tua.
Hæc enim causa illum hostibus etiã sic miserabilem fecit.
Sed Aeneas cùm hortatur ut sepeliantur occisi, quam causam proponit?
-Qui sanguine nobis Hanc patriam peperere suo.
Necnon & indignatio demonstratur à causa, ut illhic:
Multa gemens, ignominiam, plagasq; superbi
Victoris, tum quos amisit inultus amores.
Et illud à causa est ex effectu indignantis,
-An solus tangit Atridas
Iste dolor? solisq; licet capere arma Mycenis? Et illud:
-At tu dictis Albane maneres. Et illa omnia:
Vendidit hic auro patriam.
Quiq; ob adulterium cæsi.
Nec partem posuere suis.
Ad pathos mouẽdũ nec duos illos prætermisit locos, quos rhetores appellãt, à modo, & à materia. Modus est cũ dico, occid- A modo.

co, occîdit manifestè, uel occultè: Materia est cũ dico, ferro uel ueneno. Demosthenes de modo inuidiam Midiæ facit, se pulsatũ cothurno: Cicero Verri, cum nudũ quendã dicit ab eo statuæ impositũ. Vergilius nõ minus euidẽter,

_Altaria ad ipsa trementem
Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati. &,
_Capulo tenus abdidit ensem.

Et illa omnia à modo sunt:

_Rostroq; immanis uultur adunco
Immortale iecur tondens. & reliqua. &,
Quos super atra silex iamiam lapsura cadenti
Imminet assimilis.

Sed et misericordiã à modo sæpe cõmouet, ut de Orpheo:

Latos iuuenem sparsere per agros. Et illud:
Obruit Auster aqua inuoluens nauemq;, uirosq;. &,
Saxum ingens uoluunt alij. &,
Mortua quinetiã iungebat corpora uiuis. Et in Geor.
Nec uia mortis erat simplex.

Et cætera in descriptione morbi.

Ã materia. Sed et materia apud rhetores pathos mouet, ut dum queritur Cicero flammam ex lignis uiridibus factam, atq; ibi
necatum incluſum fumo necat. Hoc enim à materia est, quoniam hic usus est fumo materia ad occidendum, ut alius gladio, alius ueneno: & ideo acerrimum pathos ex hoc motum est. Idem facit & cùm flagellis cæsum queritur ciuem Romanum. Inuenies idem apud Vergilium:

At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit, non ille faces nec fumea tædis.

Et reliqua. Elegãter autem illius quidem materia elusit, ex huius autem uera & uehementi materia expressit iracundiam. Et singula quidem enumerauimus, ex quibus

apud

apud rethores pathos nascitur: quibus ostendimus usum Maronem. Sed nonnunquam Vergilius in una re ad augendum pathos duobus aut pluribus locis coniunctis utitur: ut in Turno ab ætate:

–Miserere parentis Longæui. A' loco:

–Quem nunc mœstum patria Ardea longe Diuidit.

Et circa Cassandram ex modo, Ecce trahebatur.

Ex habitu corporis, Pasßis Priameïa uirgo Crinibus.

Ex loco, A' templo, adytisq; Mineruæ.

Et circa Agamemnonem à patria, Ipse Mycenæus.

A' fortuna, Magnorum ductor Achiuûm.

A' necessitudine, Coniugis infandum.

A' loco, Prima inter limina dextra.

Tacitè quoq;, & quasi per definitionem pathos mouere solet: cùm res quæ miserationem mouet, non dilucidè dicitur, sed datur intelligi, ut cùm Mezentius dicit:

–Nunc altè uulnus adactum.

Quid enim aliud ex hoc intelligendum est, quàm hoc altum uulnus esse, amittere filium? Et rursus idem:

Hæc uia sola fuit, qua perdere posses.

Sed et hic scilicet accipiẽdũ est perire, esse amittere filiũ. Et Iuturna cũ queritur, q adiuuare fratrẽ prohibeatur:

Immortalis ego.

Quid enim sequitur? nõ est immortalitas in luctu uiuere. Hæc, ut dixi, uim definitionis habent, & à poëta eleganter introducta sunt.

Pathos à simili. CAP. V.

SVnt & in arte rhetorica ad pathos mouendum etiam hi loci, qui dicuntur circa rem, & mouẽdis affectibus peropportuni sunt. Ex quibus primus est à simili. Huius species sunt tres, exemplum, parabola, imago: Græcè

παράδειγμα, παραβολὴ, εἰκών.

Pathos ab exemplo.

Ab exemplo, Vergilius:

Si potuit manes accersere coniugis Orpheûs,
Threicia fretus cithara, fidibusq; canoris:
Si fratrem Pollux alterna morte redemit.
—Quid Theſea? magnum Quid memorem Alciden?
Antenor potuit mediis elapſus Achiuis &c.

Hæc enim omnia miſericordiam mouent, quoniam indignum uidetur negari ſibi, quod alijs indultum eſt. Deinde uide unde auget inuidiam:

Si potuit manes accerſere coniugis Orpheûs.

Habes cauſam diſparem: manes illhic coniugis, hic patris: illhic accerſere, hic uidere.

Threicia fretus cithara,

* materiam Hic* miſericordiam eius irriſit.

Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itq́;, reditq́; uiam toties.

Hoc iam à modo. Plus eſt enim ſæpe ire, quàm ſemel.

—Quid Theſea? magnum
Quid memorem Alciden?

Hic propter egregias perſonas non habuit, quod minueret, uel quod augeret: uerùm quod in illis elucebat, hoc ſibi iactat cum ijs eſſe commune:

—Et mi genus ab Ioue ſummo.

Simile eſt & illud ab indignatione:

Quid enim (ait Iuno)
Pallas ne exurere claſſem Argiuûm?

Iam hoc plus eſt, claſſem uictricem, quàm reliquias fugientium. Deinde cauſam minuit:

Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.

Quàm minuit, ut noxam diceret, quod leuis culpæ nomẽ eſt: &

est:& unius, quod facilè possit ignoscì:& furentis, ut nec culpa sit. & alibi:

—Mars perdere gentem
Immanem Lapithûm uoluit.

Vides easdem obseruationes, gentẽ & immanem. Deinde aliud exemplum: —Concessit in aras
Ipse Deûm antiquam genitor Calydona Dianæ.

Antiquam, ut plus honoris accederet ex uetustate. Deinde in utroq; causam minuit:

Quod scelus aut Lapithis tantũ, aut Calydone merẽte?

Parabola uerò quoniam magis hoc poëtæ cõuenit, sæpissime pathos mouit: cùm aut miserabilem, aut iracundum uellet inducere. Miserabilem sic: A parabola.

Qualis populea mœrens philomela sub umbra.
—Qualis commotis excita sacris Thyas.
Qualem uirgineo demessum pollice florem.

Et aliæ plurimæ patheticæ parabolæ, in quibus miseratio est. Quid de ira?

Ac ueluti pleno lupus insidiatus ouili,
Dum fremit ad caulas. &,
*Mugitus ueluti fugit cùm saucius aram Taurus.

* Apud ipsum Vergilium, Mugitus, qualis fugit.

Et alia plura similia qui quærit, inueniet. Et imago, quæ est à simili pars tertia, idonea est mouendis affectibus. Ea fit, cùm aut forma corporis absentis describitur, aut omnino quæ nulla est, fingitur. Vtrunque Vergilius eleganter fecit. Illud prius circa Ascanium: Ab imagine.

O mihi sola mei super Astyanactis imago,
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Fingit uerò cùm dicit: —Quam fama secuta est
Candida succinctam latrantibus inguina monstris.

Sed prior forma εἰκὼν præstat, hæc φάντασμα, id est, prior,

misericordiam commouet, horrorem secunda. Sicut alibi:

Et sciſſa gaudens uadit Diſcordia palla,
Quam conſanguineo ſequitur Bellona flagello.

Et oĩa illa quæ de *forma dixit. Sed illud nimũ patheticẽ: *fama

—Furor impius intus
Sæua ſedens ſuper arma, & centum uinctus ahenis
Poſt tergum nodis fremit horridus, ore cruento.

Pathos à maiori & minori. CAP. VI.

Diximus à ſimili, nunc dicamus à minore pathos à poẽta poſitũ. Nempe cùm aliquid proponitur, quod per ſe magnum ſit, deinde minus eſſe oſtenditur, quàm illud quod uolumus augeri, ſine dubio infinita miſeratio mouetur. ut eſt illud:

O` felix una ante alias Priameïa uirgo,
Hoſtilem ad tumulum, Troiæ ſub mœnibus altis,
Iuſſa mori.

Primùm, quod ait felix, comparationem ſui fecit: deinde poſuit à loco, Hoſtilem ad tumulum. Et à modo, quod nõ minus acerbum eſt, Iuſſa mori. Sic ergo hæc accipienda ſunt, quamuis hoſtilem ad tumulum, quamuis iuſſa mori, felicior tamen, quàm ego, quia ſortitus non pertulit ullos.

Simile eſt & illud:

—O` terq; quaterq; beati.

Et quod de Paſiphaẽ dicit:

Prætides implerunt falſis mugitibus agros.

Deinde, ut minus hoc eſſe monſtraret:

At non tam turpes pecudum tamen ulla ſecuta eſt
Concubitus.

Quid illud? non'ne uehementer patheticum eſt, à minore?

Nec uates Helenus, cùm multa horrenda moneret,
Hos mihi prædixit luctus: non dira Celæno.

Quid

Quid hìc intelligimus, niſi omnia, quæ paſſus erat, minora illis uiſa, quàm patris mortem?

A maiore negauerunt quidã rem augeri poſſe. Sed elegãter hoc circa Didonem Vergilius induxit:

Non aliter, quàm ſi immiſſis ruat hoſtibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyrus.

Dixit enim non minorem luctum fuiſſe ex unius morte, quàm ſi tota urbs, quod ſine dubio eſſet maius, ruiſſet. Et Homerus idem fecit: ὡς ἑ πᾶσα ἴλις ὀφρυόεσσα πυρὶ σμήχοιτο κατ' ἄκρης. Eſt apud oratores & ille locus idoneus ad pathos mouendum, qui dicitur, præter ſpem. Hunc Vergilius frequenter exercuit:

Nos tua progenies, cæli quibus annuis arcem.

Et cætera. & Dido:

Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem,
Et perferre ſoror potero. Aeneas de Euandro:
Et nunc ille quidem ſpe multum captus inani
Fors & uota fãcit. Et illud: —Aduena noſtri
(Quod nunquam ueriti ſumus) ut poſſeſſor agelli
Diceret, hæc mea ſunt, ueteres migrate coloni.

Inuenio tamen poſſe aliquem ex eo, quod iam ſperauerit, mouere pathos, ut Euander:

Haud ignarus eram, quantum noua gloria in armis,
Et prædulce decus.

Oratores ὁμοιοπάθειαν uocãt, quoties de ſimilitudine paſſionis pathos naſcitur, ut apud Vergilium: A ſimilitudine paſſionis.

Fuit & tibi talis Anchiſes genitor. &,
Patriæ ſtrinxit pietatis imago. &,
Subijt chari genitoris imago. & Dido:
Me quoq; per multos ſimilis fortuna labores
Iactatam, hac demum uoluit conſiſtere terra.

Ex sermone cõuerso ad inanimata.

Est & ille locus ad permouendum pathos, in quo sermo dirigitur uel ad inanimalia, uel ad muta, quo loco oratores frequenter utuntur. Vtrunq; Vergilius benè patheticè tractauit, uel cùm ait Dido:

Dulces exuuiæ, dum fata, Deusq; sinebant.

Vel cùm Turnus:

–Tuq; optima ferrum Terra tene.

Et idem alibi:

–Nunc ô nunquàm frustrata uocatus Hasta meos. &, Rhebe diu, res si qua diu mortalibus ulla est, Viximus.

Ab addubitatione.

Facit apud oratores pathos etiam addubitatio, quã Græci ἀπόρησιν uocant. Est enim uel dolentis, uel irascentis, dubitare, quid agas.

En quid ago? rursus ne procos irrisa priores Experiar? Et illud de Orpheo:

Quid faceret? quò se rapta bis coniuge ferret?

Et de Niso:

Quid faciat? qua ui iuuenum, quibus audeat armis Eripere? Et Anna permouetur,

Quid primũ deserta querar? comitem ne sororẽ, &c.

Ab attestatiõe.

Et attestatio rei uisæ apud rhetores pathos mouet. Hoc Vergilius sic exequitur:

Ipse caput niuei fultum Pallantis & ora Vt uidit, leuiq; patens in pectore uulnus. & illud, Impleuitq; sinum sanguis. &, –Moriensq; suo se in sanguine uersat. &, Crudelis nati monstrantem uulnera cernit. &, Ora uirũm tristi pendebant pallida tabo. &, Voluitur Eryalus leto, pulchrosq; per artus It cruor. &,

Vidi

Vidi egomet duo de numero cùm corpora nostro.

Facit hyperbole, id est, nimietas, pathos: per quam exprimitur uel ira, uel misericordia. Ira, ut cùm fortè dicimus: Millies ille perire debuerat, quod est apud Vergilium: Per hyperbolen.

Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem.

Miseratio, cùm dicit:

Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse leones
Interitum.

Nascitur præter hæc de nimietate uel amatorium, uel alterius generis pathos.

Si mihi non hæc lux toto iam longior anno est.

Et illud seorsum:

—Maria antè exurere Turno,
Quàm sacras dabitur pinus. &,
—Non si tellurem effundat in undas.

Exclamatio, quæ apud Græcos ἐκφώνησις dicitur, mouet pathos. Hæc fit interdum ex persona poëtæ, nonnunquà ex ipsius quem inducit loquentem. Ex persona quidem poëtæ est: Per exclamationem.

Mantua uæ miseræ nimium uicina Cremonæ.
Infelix, utcunq; ferent ea fata nepotes.
Crimen amor uestrum. Et alia similia.

Ex persona uerò alterius:

—Dij capiti ipsius, generiq; reseruent. &,
Dij talia Graijs
Instaurate, pio si pœnas ore reposco. &,
Dij talem terris auertite pestem.

Contraria huic figuræ ἀποσιώπησις, quod est taciturnitas. Nam ut illhic aliqua exclamãdo dicimus, ita hìc aliqua tacendo subducimus, quæ tamen intelligere possit auditor. Hoc autem præcipuè irascentibus cõuenit, ut Neptunus:

Quos ego. sed motos præstat componere fluctus.

Et Mneſtheus: —Nec uincere certo.

Quanquã ô. sed ſuperẽt, quibus hoc Neptune dediſti.

Et Turnus:

Quanquam. ô ſi ſolitæ quicquam uirtutis adeſſet.

Et in Bucolicis:

Nouimus, & qui te tranſuerſa tuentibus hircis,
Et quo (ſed faciles Nymphæ riſere) ſacello.

Sed & miſeratio ex hac figura mota eſt à Sinone:

—Donec Calchante miniſtro.

Sed quid ego hæc autẽ nequicquam ingrata reuoluo? Naſcitur pathos & de repetitione, quã Græci ἐπαναφορὰν uocant, cùm ſententiæ ab ijſdem nominibus incipiũt. Hinc Vergilius:

—Eurydicen uox ipſa & frigida lingua,
Ah miſeram Eurydicen anima fugiente uocabat,
Eurydicen toto referebant flumine ripæ. Et illud:
Te dulcis coniux, te ſolo in littore ſecum,
Te ueniente die, te decedente canebat. Et illud:
Te nemus Angitiæ, uitrea te Fucinus unda,
Te liquidi fleuere lacus.

Ἐπιτίμησις, quæ eſt obiurgatio, habet & ipſa pathos: Id eſt, cum obiecta ijſdem uerbis refutamus:

Aeneas ignarus abeſt, ignarus & abſit.

Deeſſe huic libro finem iam antè monuimus.

MACR

MACROBII AV-RELII THEODOSII *uiri consularis & illustris, Saturnaliorum liber quintus.*

Si non aliis, hoc certe præferendum esse Ciceroni Vergilium, quòd ille in uno tantum, hic in omnibus dicendi generibus excelluerit, de quatuor generibus dicendi, deq; duplici stylo. CAP. I.

POST hæc cùm paulisper Eusebius quieuisset, omnes inter se consono murmure, Vergilium non minus oratorem, quàm poëtam habendum pronuntiabant: in quo & tanta ornandi disciplina, & tam diligens obseruatio rhetoricæ artis ostenderetur. Et Auienus: Dicas mihi, inquit, uolo, doctorum optime, si concedimus (sicut necesse est) oratorem fuisse Vergilium: si quis nunc uelit orandi artem consequi, utrum magis ex Vergilio, an ex Cicerone proficiat? Video quid agas, inquit Eusebius, quid intendas, quò me trahere coneris: eò scilicet, quò minimè uolo, ad comparationem Maronis & Tullij. Verecundè enim interrogasti, uter eorum præstantior: quandoquidẽ necessariò is plurimũ collaturus sit, qui ipse plurimũ præstat. Sed istam mihi necessitatẽ, altã, et profundã remittas uolo: quia non nostrũ, inter illos tantas cõponere lites: nec ausim in utrãuis partẽ talis sententiæ autor uideri. Hoc solùm audebo dixisse, quia facũdia Mantuani multiplex & multiformis est, & dicẽdi genus omne cõplectitur. Ecce enim in Cicerone uestro unus eloquentiæ tenor est, ille abundans, & torrẽs, & copiosus. Oratorũ autem

non simplex, nec una natura est: sed hic fluit, & redundat: contrà, ille breuiter, & circuncise dicere affectat: tenuis quidã, & siccus, & sobrius amat quandam dicẽdi frugalitatem: alius pingui, & luculenta, & floridâ oratione lasciuit. In qua tanta omnium* dissimulatione unus omnino inuenitur Vergilius, qui eloquentiã ex omni genere conflauerit. Respondit Auienus: Apertius uellẽ, me has diuersitates sub personarũ exemplis doceres. Quatuor sunt, inquit Eusebius, genera dicendi: Copiosum, in quo Cicero dominatur: breue, in quo Sallustius regnat: siccum, quod Frontoni adscribitur: pingue & floridum, in quo Plinius Secũdus quondã, & nũc nullo ueterũ minor noster Symmachus luxuriatur. Sed apud unum Maronem hæc quatuor genera reperies. Vis audire illũ tanta breuitate dicentem, ut arctari magis & cõtrahi breuitas ipsa non possit?

*dissimilitudine

Dicẽdi genera quatuor.

—Et campos ubi Troia fuit.

Ecce pauciſsimis uerbis maximam ciuitatem hausit & absorpsit: non reliquit illi nec ruinam. Vis hoc ipsum copiosissime dicat?

Venit summa dies, & * ineluctabile fatum
Dardaniæ: fuimus Troës, fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum. Ferus omnia Iuppiter Argos
Transtulit: incensa Danai dominantur in urbe.
O patria, ô diuûm domus Ilium, & inclyta bello
Mœnia Dardanidûm.
Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut possit lacrymis æquare labores?
Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.

* Apud Vergilium, & ineluctabile tempus

Quis fons, quis torrẽs, qd' mare tot fluctibus, quot hic uerbis inundauit? Cedò nunc siccum illud genus elocutionis:

Turnus ut antè uolans tardum præcesserat agmen,

Viginti

Viginti lectis equitum comitatus, & urbi
Improuisus adest: maculis quem Thracius albis
Portat equus, cristaq; tegit galea aurea rubra.

Hoc idem quo cultu, quàm florida oratione, cùm libuerit, proferetur?

Fortè sacer Cybele Choreus, olimq; sacerdos
Insignis, longè Phrygijs fulgebat in armis,
Spumantemq; agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam squamis auro conserta tegebat.
Ipse peregrina ferrugine clarus, & ostro
Spicula torquebat Lycio Cortinia cornu,
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.

Sed hæc quidem inter se separata sunt. Vis autem uidere, quemadmodũ hæc quatuor genera dicendi Vergilius ipse permisceat, & faciat unum quoddam ex omni diuersitate pulcherrimum temperamentum?

Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,
Atq; leuem stipulam crepitantibus urere flammis.
Siue inde occultas uires & pabula terræ
Pinguia concipiunt, siue illis omne per ignem
Excoquitur uitium, atq; exudat inutilis humor:
Seu plures calor ille uias & cæca relaxat
Spiramenta, nouas ueniat quà succus in herbas:
Seu durat magis: & uenas astringit hiantes,
Ne tenues pluuiæ, rapidi ue potentia solis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Ecce dicendi genus, quod nusquam alibi deprehendes, in quo nec præceps breuitas, nec infinita copia, nec ieiuna siccitas, nec lætitia pinguis.

Sunt præterea styli dicendi duo, dispari moralitate diuersi. Vnus est maturus et grauis: qualis Crasso assignatur. Styli dicendi duo.

Hoc

Hoc Vergilius utitur, cum Latinus præcepit Turno:

O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci
Virtute exuperas, tantò me impensius æquum est
Consulere. Et reliqua.

Alter huic cõtrarius, ardens, & erectus, & infensus: quale est usus Antonius. Nec hunc apud Vergilium frustra desideraueris.

—Haud talia dudum
Dicta dabas: morere, & fratrem ne desere frater.

Vides'ne eloquentiam omni uarietate distinctam, quam quidem mihi uidetur Vergilius non sine quodam præsagio, quo se omnium profectibus præparabat, de industria permiscuisse: idq; non mortali, sed diuino ingenio præuidisse: atq; adeò nõ alium ducem secutus, quàm ipsam rerũ omnium matrem naturam, hãc pertexuit uelut in musica concordiam dissonorum. Quippe si mundum ipsum diligenter inspicias, magnam similitudinem diuini illius, & huius poëtici operis inuenies. Nam qualiter eloquentia Maronis ad omnium mores integra est, nunc breuis, nunc copiosa, nunc sicca, nũc florida, nunc simul omnia, interdum lenis aut torrens: sic terra ipsa, hic læta segetibus & pratis, ibi syluis & rupibus hispida, hic sicca arenis, hic irrigua fontibus, pars uasto aperitur mari. Ignoscite, nec nimium me uocetis, qui naturæ rerum Vergilium comparaui. Intra ipsum enim mihi uisum est, si dicerem decem rhetorum, qui apud Athenas Atticas floruerunt, stylos inter se diuersos hunc unum permiscuisse.

Quæ Vergilius traxerit à Græcis, quodq; tota Aeneis effigiata sit ad exemplar Iliados atq; Odysseæ Homericę. CAPVT II.

TVnc Euãgelus irridenti similis: Bene, inquit, opifici Deo

Deo à rure Mantuano poëtam comparas: quem Græcos rhetores, quorum fecisti mentionem, nec omnino legisse asseuerauerim. Vnde enim Veneto, rusticis parentibus nato, inter syluas & frutices educato, uel leuis Græcarum notitia literarum?

Et Eustathius: Caue, inquit, Euangele, Græcorũ quenquam uel de summis autoribus tantam Græcæ doctrinæ hausisse copiam credas, quantam solertia Maronis uel assecuta est, uel in suo opere digessit. Nam præter philosophiæ & astronomiæ amplam illam copiam, de qua suprà disseruimus, non parua sunt alia, quæ traxit à Græcis, & carmini suo, tanquam illhic nata, conseruit.

Et Prætextatus: Oratus sis, inquit, Eustathi, ut hæc quoq; communicata nobiscum uelis, quãtum memoria repente incitata suffecerit. Omnes Prætextatum secuti, ad disserendum Eustathium prouocauerunt. Ille sic incipit: Quæ Vergilius traxit à Græcis, dicturum´ne me putatis ea, quæ uulgo nota sunt? quòd Theocritum sibi fecerit pastoralis operis autorem, ruralis Hesiodum? et quòd in ipsis Georgicis, tempestatis serenitatisq; signa de Arati Phænomenis traxerit? uel quòd euersionem Troiæ, cum Sinone suo, & equo ligneo, cæterisq; omnibus, quæ librum secundum faciunt, à Pisandro penè ad uerbum transcripserit? qui inter Græcos poëtas eminet opere, quod à nuptijs Iouis & Iunonis incipiens uniuersas historias quæ medijs omnibus seculis usq; ad ætatem ipsius Pisandri contigerunt, in unam seriem coactas redegerit, & unũ ex diuersis hiatibus temporũ corpus effecerit? In quo opere inter historias cæteras interitus quoq; Troiæ in hunc modũ relatus est. Quæ fideliter Maro interpretãdo, fabricatus est sibi Iliacæ urbis ruinam. Sed & hæc & talia ut pueris

decant

decantata prætereo. Iam uerò Aeneis ipsa, non ne ab Homero sibi mutuata est errorẽ primum ex Odyssea, deinde ex Iliade pugnas? quia operis ordinẽ necessariò rerũ ordo mutauit: cùm apud Homerum prius Iliacum bellũ gestum sit, deinde reuertenti de Troia error contigerit Vlyssi: apud Maronem uerò Aeneæ nauigatio bella, quæ postea in Italia sunt gesta, præcesserit. Rursus, Homerus in primo cùm uellet iniquum Græcis Apollinem facere, causam
* Hinc struxit de sacerdotis iniuria. *Hic ut Troianis Iunonẽ faceret infestam, causarum sibi congeriem comparauit. Nec illud cum cura magna relaturus sum, licet (ut existimo) non omnibus obseruatum, quòd cùm primo uersu promisisset productum se de Troiæ litoribus Aeneam:

–Troiæ qui primus ab oris
Italiam fato profugus Lauinaq; uenit Littora:

ubi ad ianuam narrandi uenit, Aeneæ classem nõ de Troia, sed de Sicilia producit:

Vix è conspectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti.

Quod totũ Homericis filis texuit. Ipse enim uitãs in poëmate historicorum similitudinem, quibus lex est, incipere ab initio rerum, & continuam narrationem ad finem usq; perducere: ipse poëtica disciplina, à rerum medio cœpit, & ad initium pòst reuersus est. Ergo Vlyssis errorem nõ incipit à Troiano litore describere: sed facit eum primò nauigantem de insula Calypsonis, & ex persona sua perducit ad Phæacas. Illhic in conuiuio Alcinoi regis narrat ipse quemadmodum de Troia ad Calypsonem usq; peruenerit: Post Phæacas rursus Vlyssis nauigationem usq; ad Ithacam ex persona propria poëta describit. Quem secutus Maro, Aeneam de Sicilia producit, cuius nauigationem

nem describendo perducit ad Libyam. Illhic in conuiuio Didonis narrat ipse Aeneas usque ad Siciliam de Troia nauigationem suam: & addidit uno uersu, quod iam copiose poëta descripserat:

Hinc me digressum uestris deus appulit oris.

Post Africam quoque rursus poëta ex persona sua iter classis usque ad ipsam describit Italiam:

Interea medium Aeneas iam classe tenebat
Certus iter.

Quid quòd et omne opus Vergilianum, uelut de quodam Homerici operis speculo, formatum est? Nam & tempestas mira imitatione descripta est. Versus utriusq; qui uolet conferat. Vt Venus in Nausicae locum Alcinoi filiae successit. Ipsa autem Dido refert speciem regis Alcinoi, conuiuium celebrantis. Scylla quoq; & Charybdis, & Circe decenter attingitur: & pro Solis armẽtis, Strophades insulae finguntur: At pro consultatione Inferorum, descẽsus ad eos cum comitatu sacerdotis inducitur. Ibi Palinurus Elpenori: sed & infesto Aiaci, infesta Dido: & Tiresiae consilijs, Anchisae monita respondent. Iam prælia Iliadis, & uulnerum non sine disciplinae perfectione descriptio, & enumeratio auxiliorum duplex, & fabricatio armorum, & iudicri certaminis uarietas, ictumq; inter reges, et ruptum fœdus, & speculatio nocturna, & legatio reportans à Diomede repulsam, Achillis exemplo: & super Pallante, ut Patroclo lamentatio, & altercatio: ut Achillis & Agamemnonis, ita Drancis et Turni (utrobiq; enim alter suum, alter publicum commodum cogitabat): pugna singularis Aeneae atq; Turni, ut Achillis & Hectoris: & captiui Inferis destinati, ut illhic Patrocli, hic Pallantis:

—Sulmone creatos

Quatuor

Quatuor hic iuuenes, totidem quos educat Vsens
Viuentes rapit inferias, quos immolet umbris.

Quid quòd pro Lycaone Homerico, qui inter fugientes deprehensus, non mirum si ad preces cõfugerat, nec tamen Achilles propter occisi Patrocli dolorem pepercit, simili conditione Magus in medio tumultu subornatus est?

*cõtenderat Inde Mago procul infestam * cùm tenderet hastam.

Et cũ ille genua amplectẽs uitã supplex petisset, respõdit:

—Belli commercia Turnus
Sustulit ista prior, iam tum Pallante perempto.

Sed & insultatio Achillis in ipsum Lycaonem iam peremptum, in Tarquitium à Marone transfertur. Ille ait:

Iliad. 21. Ενταυθοῖ νῦν κἇσσον ἐγὼν ἰχνύσιν, ὁἱ σ' ὦτειλῆς
Αἶμ' ἀσωλιχμήσοντα ἀκηλέες ἠλέ σε μήτηρ
Ενθε μέν νη λεχέεσσι γοήσεται, ἀλλὰ Σκάμανδρος
Οἴσει δινήεις, ἔσω ἁλὸς εὐρέα κόλπον. &c.

*uester At hic * noster: Isthic nunc metuendæ iacet. & reliqua.

De diuersis Vergilii locis ex Homero traductis.

CAPVT III.

ET si uultis me & ipsos proferre uersus ad uerbũ pene translatos, licet omnes præsens memoria non suggerat, tamen qui se dederint obuios, annotabo.

Iliad. 4. Νευρὴν μὲν μαλῶ πέλασεν, τόξῳ δὲ σίδηρον.

Totam rem quanto compendio lingua ditior explicauit? Vester, licet periodo usus, idem tamen dixit,

Adduxit longè, donec curuata coirent
Inter se capita, & manibus iam tangeret æquis,
Læua aciem ferri, dextra neruoq; papillam.

Odyss. 12 Αλλ' ὅτε δὴ τὼ νῶϊν ἐλείετον, ἠδὲ τις ἄλλη
Φαίνετο γαιάων ἀλλ' ἠρανὸς ἠδὲ θάλασσα,
Δὴ τότε κυανέῳ νεφέλῃ ἔστησε Κρονίων

Nuòs

Νηὸς ὑπὲρ λαφυρῆς, ἔχλυσε ὃ πόντος ὑπ' αὐτῆς.
-Nec iam amplius ullæ
Apparent terræ, cœlum undiq; & undiq; pontus.
Πορφύρεον δ' ἄρα κῦμα πολισσάθη οὔρεϊ ἴσον Odyss. 11.
Κυρτωθέν.
Curuata in montis faciem circunstetit unda.
Et de Tartaro ille ait:
Τόσσον ἔνερθ' ἀΐδαο, δόμου βρυόεντος ἐς ἀπὸ γαίης. Iliad. 8.
Bis patet in præceps tantum, tenditq; sub umbras,
Quantus ad æthereum cœli suspectus Olympum.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξέρον ἔντο. Iliad. 1. & alibi
Pòst quàm exempta fames, & amor compressus edendi.
Ὡς ἔφατ' εὐχόμενος, τῷ δ' ἔκλυε μητίετα Ζεύς, Iliad. 16.
Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔλωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ὄρνυθ' ὑσμῖνι.
Νηῶν μὲν οἱ ἀπῶσαι πόλεμόν τε μάχλωτε.
Δῶκε, σόον δ' ὄρνυσε μάχης ἐξαπονέεσθαι.
Audijt, & uoti Phœbus succedere partem
Mente dedit, partem uolucres dispersit in auras.
Νῶϊ δ' ἦ Αἰνείαο, βίη πρώεσσιν ὀνάσσει, Iliad. 20.
Καὶ παῖδες παίδων τοίκεν μετόπισθ' γένωνται.
Hìc domus Aeneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.
Et alibi ille ait:
Καὶ πότ' Ὀδυσσῆος λύτο γούνατα κὴ φίλον ἦτορ Odyss. 5.
Ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν.
Hic de duobus unum fabricatus est.
Extemplò Aeneæ soluuntur frigore membra.
Πότνι' ἀθηναίη ὁρυσίπτολι ἆρα θεάων Iliad. 6.
Αὖον δὴ ἔγχος Διομήδεος, ἦλε κ' αὐτὸν
Πρηνέα δὶς πεσέειν Σκαιῶν προπάροιθε πυλάων.
Armipotens præsc belli Tritonia uirgo,

Frange manu telum Phrygij prædonis: & ipsum
Pronum sterne solo, portisq; effunde sub ipsis.

Iliad. 4. Ἦτ᾽ ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.

Ille de somno ait:

Odyss. 13. Καὶ τὸν νήλυμον ὕπνον ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε
Νήγρετον ἤδιστον θανάτῳ ἀγχιστα ἐοικώς.

Dulcis, & alta quies: placidæq; simillima morti.

Iliad. 2. Ἀλλ᾽ ἔκτοι ἐρίω γε μετ᾽ ἐπὶ μέγαν ὄρκον ὀμοῦμαι,
Ναί μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
Φύσει, ἐπεὶ δὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,
Οὐδ᾽ ἀναθηλήσει, περὶ γὰρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψεν,
Φύλλα τε καὶ φλοιόν. νῦν αὖτέ μιν υἷες Ἀχαιῶν,
Ἐν παλάμῃς φορέουσι δικασπόλοι, οἵ τε θέμιστας
Πρὸς Διὸς εἰρύαται, ὅδε τοι μέγας ἔσται ὅρκος.

Vt sceptrum hoc (dextra sceptrum nam fortè gerebat)
Nunquàm fronde leui fundet uirgulta, neq; umbram,
Cum semel in syluis imo de stirpe recisum
Matre caret, posuitq; comas, & brachia ferro:
Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
Inclusit, patribusq; dedit gestare Latinis.

Sed iam, si uidetur, à collatione uersuum translatorum fa-
cesso, ut nec uniformis narratio pariat ex satietate fastidiũ,
& sermo ad alia non minus præsenti causæ apta uertatur.
Perge quæso, inquit Auienus, omnia quæ de Homero sub-
traxit, inuestigare. Quid enim suauius, quàm duos præci-
puos uates audire idem loquentes? Quia cùm tria hæc ex
æquo impossibilia putentur, uel Ioui fulmen, uel Herculi
clauam, uel uersum Homero subtrahere: quod etsi fieri
posset, aliũ tamen nullum deceret uel fulmen præter Iouem

iacĕre,

iacĕre, uel certare præter Herculem robore, uel canere quod cecinit Homerus: hic opportunè in opus suum, quæ prior uates dixerat transferendo, fecit ut sua esse credantur. Ergo pro uoto omnium feceris, si cum hoc cœtu communicata uelis quæcunq; à uestro noster poëta mutuatus est. Cedo igitur, Eustathius ait, Vergiliani uolumen: quia locos eius singulos inspiciës, Homericorum uersuũ promptius admonebor. Cumq; Symmachi iussu famulus de bibliotheca petitũ librũ detulisset, temere uoluit Eustathius. Et dum uersus, quos fors obtulisset, inspiceret, Videte, inquit, portum ad ciuitatem Didonis ex Ithaca migrantem:

Est in secessu longo locus: insula portum
Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inq; sinus scindit sese unda reductos.
Hinc atq; hinc uastæ rupes, geminiq; minantur
In cœlum scopuli, quorum sub uertice latè
Aequora tuta silent: tum syluis scena coruscis
Desuper, horrentiq; atrum nemus imminet umbra,
Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum:
Intus aquæ dulces, uiuoq; sedilia saxo,
Nympharum domus: hic fessas non uincula naues
Vlla tenent, unco non alligat ancora morsu.

Φόρκυνός δέ ἐς εἰσὶ λιμὴν ἁλίοιο γέροντος, Odyss. 13.
Ἐν δὴ μῆ Ἰθάκης, δύο δ' ἀκταὶ ἀπορρῶγες λιμένος πολυπεπλήγι,
Αἵτ' ἀνέμων σκεπόωσι δυσαήων μέγα κῦμα
Ἔκτοθεν, ἐντοσθεν δ' ἄνευθ' δεσμοῖο μένουσι
Νῆες ἐυσσέλμοι, ὅταν ὅρμου μέτρον ἵκωνται.
Αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος τανύφυλλος ἐλαίη.
Ἄγχοθι δ' αὐτῆς ἄντρον ἐπήρατον ἠδὲ ἠερόεν δὲ
Ἱερὸν νυμφάων, αἳ νηϊάδες κεκλέονται.

Ἐν ᾧ χρηστῆρές τε καὶ ἀμφιφορῆῦδ ἔασιν
Δάϊνοι, ἔνθα δ' ἔπειτα πθαμὼώασθ μέλιασα.

De his, quæ in primo Aeneidos sunt ex Homero traducta. CAP.° IIII.

ET cùm rogasset Auienus, ut non sparsim, sed ab initio per ordinem annotaret, ille manu retractis in calcem foliis, sic exorsus est:

Aeole, nanq; tibi diuûm pater, atq; hominum rex
Et mulcere dedit fluctus, & tollere uento.

Ἰλιαδ. β. Κἄνον γὰρ ταμίῖω ἀνέμων ποίησε κρονίων
Ἠμὲν παυσεμέναι ἠδ' ὄρνυμεν ὅν κ' ἐθελῄσι.

Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ:
Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam
Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo.

Ἰλιαδ. ξ. Αλλ' ἴθ' ἐγὼ ᾧ κέ τοι χαρίτων μίαν ὀπιστοράων
Δώσω ὀπυιεμέναι, ᾗ σὸν κεκλῄαδ' ἄκοιτιν
Πασιθέῃν, ἥς ἐὺν ἱμείρεαι ὔμασι πάντα.

Tempestas Aeneæ Aeolo cõcitante cum allocutione ducis res suas conclamantis, de Vlyßis tempestate, & allocutione descripta est: in qua Aeoli locum Neptunus obtinuit. Versus quoniam utrobiq; multi sunt, non inserui: qui uolet legere, ex hoc uersu habebit exordium:

Hæc ubi dicta, cauum conuersa cuspide montem.

Et apud Homerum de quinto Odyssææ:

Odyss. ε. Ὡς ἐπὼν σύναγεν νεφέλας, ἐτάραξε δὲ πόντον.
Χθονὶ πίσυνος ἐλὼν, πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας
Παντοίων ἀνέμων.

Vt primum lux alma data est, exire, locosq;
Explorare nouos: quas uento accesserit oras,
Qui teneant (nam inculta uidet) homines ne, ferane:
Quærere constituit, sociisq; exacta referre.

Ἐξόμβω

Εξόμην δ' ἅρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
Ὤμοι ἐγώ, τέων αὖτε βροτῶν ἐς γαῖαν ἱκάνω.
Ἦ ὅ γ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι.
Ἦ φιλόξενοι καὶ σφιν θεοφιλὴς.
Ἀλλά γ' ἐγὼν ἀυδὴς περιβήσομαι, ἠδὲ γέλωμα.
Nulla tuarum audita mihi, neq; uisa sororum:
O quàm te memorem uirgo: nanq; haud tibi uultus
Mortalis, nec uox hominem sonat: ô dea certè:
An Phœbi soror, an Nympharum sanguinis una.
Γουνοῦμαί σε ἄνασσα, θεὸς νύμφη, ἢ βροτός ἐσσι,
Εἰ μέν τις θεὸς ἐσσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν,
Ἀρτέμιδί σε ἔγωγε Διὸς κυδρῇ μεγάλοιο
Εἴδός τε μέγεθός τε φυὴν τ' ἄγχιστα εἰσκω.
O dea si prima repetens ab origine pergam,
Et uacet annales nostrorum audire laborum:
Antè diem clauso componet Vesper Olympo.
Πάσας δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω
Οσσας ἠρώων ἀλόχους ἴδον, ἠδὲ θύγατρας
Πρὶν γάρ κεν κὴν νὺξ φοίτοι ἄμβροτος.
At Venus obscuro gradientes aëre sepsit,
Et multum nebulæ circùm Dea fudit amictu:
Cernere ne quis eos, neu quis contingere posit,
Moliriue moram, aut ueniendi poscere causas.
Καὶ τότ' Οδυσσεὺς ὦρτο πόλιν δ' ἶμεν, ἀμφὶ δ' Αθήνη
Πολλὴν ἠέρα χεῦε φίλα φρονέουσ' Οδυσῆϊ,
Μήδε φαεινάων μεγαθύμων ἀντιβολήσας
Κύδιμός τ' ἔκπεσοι, καὶ ἐξερέοιθ' ὅτις ἄμη.
Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille secutæ
Hinc atq; hinc glomerantur Oreades: illa pharetram
Fert humero, gradiensq; Deas supereminet omneis.

Odyss. 6.
In antiquo codice citatur uersus ex Odyss. κ. ἀλλ' ὅτε δὴ τρίτον ἦμαρ ἔβη πλόκαμος τέλεσ' ἠὼς, δὴ τοτ' ἐγὼν ἐμὸν ἔρκος ἐλὼν καὶ φάσγανον ὀξὺ. καρ πωλίμους παρὰ νῆας ἀνῆον ἐς πτεριωτὴν, εἴπως ἔργα ἴδοιμι βροτῶν ἠνορεώων τε μυθοίμην.
Odyss. 6.

Odyss. 11.
Hoc quoq; loco citantur in antiquo codice uersus ex Odyss. γ. τίς κεν ἐκεῖνα. πάντα γε μυθήσαιο κατὰ θνητῶν ἀνθρώπων. δὴ εἰ πεντάτις γε καὶ ἑξάτις παραμίμνων. ἔξεροις ὅσα κεῖθι πάθον κακὰ δῖοι ἀχαιοί.
Odyss. 7.

Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat Dido, talem se læta ferebat.

Odyſ. 6. Οἵη δ' Ἀρτέμιδος εἶσιν κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα
Ἢ κατὰ Τηύγετον πολυμηκέτον, ἠὲ Ἐρύμανθον
Τερπομένη κάπροισι, καὶ ὠκείῃσ ἐλάφοισι,
Τῇ δέ θ' ἅμα νύμφαι κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο
Ἀγρονόμοι παίζουσι, γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ,
Πασάων δ' ὔπερ ἥγε κάρη ἠδὲ μέτωπα,
Ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλετ', καλαὶ δέ τε πᾶσαι,
Ὡς ἥγ' ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος ἁλμῆς.
Restitit Aeneas, claraq; in luce refulsit,
Os humerosq; Deo similis: nanq; ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, lumenq; iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.
Quale manus addunt ebori decus: aut ubi flauo
Argentum, Pariusue lapis circundatur auro.

ad hoc. 2. Et hoc loco citantur in antiquo uersus his quidē similes, sed ex hoc uers. 4. Τὸν μὲν Ἀθωσάη θῆκεν Διὸς ἐκγεγαῦῖα
Μείζονά τ' ἐσιδέειν, καὶ πάσονα. κάλλεϊ κάρηνα
Οὔλας ἧκε κόμας ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.
Ὡς δ' ὅτε τις χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνήρ.
Ἰδρις, ὅν Ἥφαιστος διδαξε καὶ Παλλὰς Ἀθήνη
Τέχνην παντοίην, χαρίεντα δ' ἔργα τελείει.
Ὡς ἄρα τῷ κατέχυθε χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις.
—Coram quem quæritis, adsum
Troius Aeneas, Libycis ereptus ab undis.

ad hoc. 9. Ἐνθὰ μὲν δὴ ὅ δ' ἀῶτας ἐγὼ κακὰ πολλὰ μογήσας
Ἤλυθον εἰκοστῷ ἔτει ἐς πατρίδα γαῖαν.

Quæ in secundo Aeneidos traducta sint ab Homero. CAP. V.

COnticuere omnes, intentiq; ora tenebant.

ad hoc. 2. Ὡς ἔφαθ', οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.

Infand

Infandum regina iubes renouare dolorem:
Troianas ut opes,& lamentabile regnum
Eruerint Danai.

Σοί δ' ἐμὰ κήδεα θυμὸς ἐπιτράπετο συνόεντα
Εἴρεσθ' ὅφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμεθ' συναχίζω.

Ὀδυσσ. λ.

Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ,
Et molem mirantur equi: primusq; Thymœtes
Duci intra muros hortatur,& arce locari:
Siue dolo, seu iam Troiæ sic fata ferebant.
At Capys,& quorum melior sententia menti,
Aut pelago Danaûm insidias, suspectáq; dona
Præcipitare iubent, subiectisq; urere flammis:
Aut terebrare cauas uteri,& tentare latebras.
Scinditur incertum studia in contraria uulgus.

In ant. hoc loco sunt positi uersus ex Ὀδυσσ. τοῦ ἀργαλίου βασιλέως δ' ἰπνικίῃσι ἀγορίσσαι κηδὲ ἔπειμι πολλὰ δ' ἄλαστα θεοὶ ὄρεσιν ἔθηκαν.

Ὡς δ' μὲν ἀσήκετ', ποὶ δ' ἄκριτα πόλλ' ἀγόρευον
Ἡμῶοι ἀμφ' αὐτόν. πρίχα δίσφιν ἴνδαινε βελή.
Ἦ δ' ἐλατμήξαι κοῖλον δόρυ νηλεῖ χαλκῷ
Ἠ κατὰ πετράων βαλέειν σβύσαντας ἐπ' ἄκρης.
Ἠ ἐάαν μίγ' ἄγαλμα θεᾶν θελκτήριον ἔσην.

Ὀδυσσ. θ.

Vertitur interea cœlum,& ruit Oceano nox,
Inuoluens umbra magna terramq;,polumq;.
Ἐν δ' ἔπεσ' Ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο
Ἑλκὸν νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

Ἰλιασ. θ.

Hei mihi,qualis erat: quantum mutatus ab illo
Hectore,qui redit exuuias indutus Achillis,
Vel Danaûm Phrygios iaculatus puppibus ignes.
Ὡπόσσοι ἦ μάλα δὴ μελανώτερος ἀμφαφάασκε
Ἕκτωρ, ἢ ὅτε νῆας ἐνέπρησ' ἐν πυρὶ κηλέῳ.

Ἰλιασ. χ.

–Iuuenisq; Chorebus
Mygdonides: illis qui ad Troiam fortè diebus
Venerat insano Cassandræ incensus amore:

Et gener auxilium Priamo, Phrygibusq; ferebat.

ἰλιαδ. ν. Πέφνε γὰρ ὀξυόωσα Καβησόθεν ἔνδρα ἰόντα,
Ὅς ῥα νέον ϖολέμοιο μεϛὰ κλέος ἐλιλαίετο
Ἦτεε δ' Πριάμοιο θυγατρῶν εἵνεκ' ἀρίστου
Καπάνεος ὠκυάλοιο, ὑπέσχετο δ' ἔργον μέγα ἔρξειν.
Ἐκ Τροίης ἀέκοντας ἀπώσεμεν ἦμας ἀχαιῶν.

Sic animis iuuenum furor additus. Inde lupi ceu
Raptores, atra in nebula, quos improba uentris
Exegit cæcos rabies, catulíq; relicti
Faucibus expectant siccis: per tela, per hostes
Vadimus, haud dubiam in mortem: mediæq; tenemus
Vrbis iter, nox atra caua circumuolat umbra.

ἰλιαδ. κ. Βὰν δ' ἴμεν, ὥϛε λέοντε δύω σχεδὸν νύκτα μέλαιναν
Ἀμφόνον, ἅρ νέκυας, διὰ τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα.

Inuenio & hoc loco citari uersus 8. ex ιλ. μ. quorũ primus est, βὰς δ' ἴμεν ὥϛε τε λέων ὄρεσι τρομέοισι φορεῖται ὄϊς τε ἐπισπόμενος ἢ κριὸν ἢ ἐρίφους.

Improuisam asperis ueluti, qui sentibus anguem
Preßit humi nitens: trepidusq; repentè refugit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem:
Haud secus Androgeus, uisu tremefactus, abibat.

ἰλιαδ. γ. Ὡς δ' ὅτε πὶς τε φάκηνα διὰ πτελίνοφι βαίνῃ
Οὔρεϊ ἐν βήσσῃς, ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα
Αὐτὰρ ὃ αὖτε χώρησεν, ὄφις τέ μιν εἷλε πάρεια.
Ὣς αὖθις κατὰ ὅμιλον ἴδεν πρώων ἀγερώχων
Δείσας ἀπρὸ ἧος ἀλέξασθαι θοὸς ἕταιρος.

Qualis ubi in lucem coluber mala gramina paſtus,
Frigida ſub terra tumidum, quem bruma tegebat,
Nunc poſitis nouus exuuijs, nitidusq; iuuenta,
Lubrica conuoluit ſublato pectore terga
Arduus ad ſolem, & linguis micat ore triſulcis.

ἰλιαδ. λ. Ὡς ὃ φάκων ὃν κεῖ ὀρίσθρου ἄνυφα μίνηϑι
Βεβρωκὼς κακὰ φάρμακ' ἴδε δέτε μὶν χόλος ἀνὸς
Σμερδαλέος ὃ δεδορκὼς ἐλιαόμενος περὶ κεῖ

Ὡς

Ὡς ἔκ[ρ]ηξ᾽ ἄσβεσον. ἐχων μένῳ ἐκ ἀυλεχώρει.
Non sic aggeribus ruptis, cùm spumeus amnis
Exijt, oppositasq; euicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo: camposq; per omnes
Cum stabulis armenta trahit.
Ὥσ δ᾽ ὁπότε πλήθων ποταμὸς πεδίονδε κάτεισι
Χειμάῤῥους κατ᾽ ὄρεσφιν ὀπαζόμενος διὸς ὄμβρῳ,
Πολλὰς δ᾽ ἐῢς ἀλαλείας, πολλὰς λίτε πούτας
Εἰσφέρει, πολλὸν δέ τ᾽ ἀφύσσελον ἐς ἅλα βάλλει.
Ter conatus ibi, collo dare brachia circum,
Ter frustra comprensa manus effugit imago:
Par leuibus uentis, uolucriq; simillima somno.
Τρὶς μὲν ἐφωρμήθην, ἐλέειν τέ με θυμὸς ἄνωγε. ἀδυσ. λ.
Τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιὴ ἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ
Ἔπτατο.

Tertius & quartus Aeneidos, quæ habeant ab Homero sumpta. CAP. VI.

ALia tempestas Aeneæ hic, & illhic Vlyssis, numerosis ambæ uersibus. Sed hæc incipiunt ita:
Postquàm altum tenuere rates, nec iam amplius ullæ
Apparent terræ. Ille ait:
Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ κρήτην μὲν ἐλείπομεν, οὐδέ τις ἄλλη ἀδυσ. μ.
Φαίνετο γαίων, ἀλλ᾽ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα,
Δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε Κρονίων
Νηὸς ὑπὲρ λαφυρῆς, ἠχλυσε δὲ πόντον ὑπ᾽ αὐτῆς.
Accipe & hæc, manuum tibi, quæ monumenta mearum
Sint puer.
Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ τέκνον φίλε τῦδε δίδωμι Odyss. 13.
Μνήμ᾽ Ἑλένης χειρῶν.
Tendunt uela Noti: fugimus spumantibus undis,
Quà cursum uentusq;, gubernatorq; uocabant.

Odyſ. 12. Ἡμῖς δ' ὅπλα ἕκαστε θοὴν ἀνὰ νῆα θέμεθα, τῷ δ' ἄνεμός τε κυβερνήτης τ' ἴθυνεν.
Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis
Obſidet: atq; imo Barathri ter gurgite uaſtos
Sorbet in abruptum fluctus, rurſuſq; ſub auras
Erigit alternos, & ſidera uerberat unda.
At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris
Ora exertantem, & naues in ſaxa trahentem.
Prima hominis facies, & pulchro pectore uirgo
Pube tenus, poſtrema immani corpore piſtrix,
Delphinum caudas utero commiſſa luporum.
Præſtat Trinacrij metas luſtrare Pachyni
Ceſſantem, longos & circunflectere curſus:
Quàm ſemel informem uaſto uidiſſe ſub antro
Scyllam, & cæruleis canibus reſonantia ſaxa.

Homerus de Charybdi & de Scylla:

Odyſ. 12. Ἔνθεν μὲν γὰρ Σκύλλ', ἑτέρωθι δ' αὖτε Χάρυβδις
Δεινὸν ἀνερροίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.
Ἦ ποτ' ἐξεμέσσαι λέβης ὡς ἐν πυρὶ πολλῷ,
Πᾶσ' ἀναμορμύρεσκε κυκωμένη, ὑψόσε δ' ἄχνη,
Ἄμφοισι σκοπέλοισιν, ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἔπιπτεν
Ἀλλ' ὅτ' ἀναβρόξειε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ,
Πᾶσ' ἔντοσθε φάνεσκε κυκωμένη, ἀμφὶ δὲ πέτρη
Δεινὸν ἐβεβρύχει, ὑπένερθε δὲ γαῖα φάνεσκε
Ψαμμῷ κυανέῃ. Homerus de Scylla,
Ἔνθα δ' ἐνὶ Σκύλλη ναίει δίδυμον λελακυῖα
Τῆς ἦτοι φωνὴ μὲν ὅση σκύλακος νεογιλῆς
Γίνετ', αὐτὴ δ' αὖτε πέλωρ κακὸν, οὐδέ κε τίς μιν
Γηθήσειεν ἰδὼν, οὐδ' εἰ θεὸς ἀντιάσειεν.
Τῆς ἦτοι πόδες εἰσὶ δυώδεκα πάντες ἄωροι.
Ἓξ δέ τε οἱ λαιραὶ πεφυμήκασιν, ἐν δ' ἑκάσῃ

Σμῴ

Σμερδαλέη κεφαλὴ. ἓν δ' ὀπίσσω ὀδόντες
Πυκνοὶ καὶ θαμέες πλῆροι μέλανος θανάτοιο.
Μέση μέντε κατὰ ῥινὸς κοίλοιο φέβυκεν
Ἔξω δ' ἐξίχεται κεφαλὰς ὀφιοῦχος ἐρέξας.
Αὐτὰρ δ' ἰχθυάα σκόπελον πορὶ μαμώωξε
Δελφῖνάς τε κύνας τε, καὶ ἄσσοθι μεῖζον ἔλησι
Κῆτος, ἅ μύρια βόσκει ἀγάστονος ἀμφιτρίτη.
O mihi sola mei super Astyanactis imago,
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.
Κέντρα γὰρ βοέῃ πόδας, ῥιάδιτε χεῖρας,
Ὀφθαλμῶντε βολαὶ, κεφαλήτ', ἐφύπερθέ τε χαῖται.
Ter scopuli clamorem inter caua saxa dedêre:
Ter spumam elisam, & rorantia uidimus astra.
Τῶ δ' ὕστο δῖα χάρυβδις ἀνδροιβδὴς μέλαν ὕδωρ Odyss. 4.
Τῆς μὲν γὰρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι τρὶς δ' ἀνδροιβδεῖ.
—Qualis coniecta cerua sagitta,
Quam procul incautam nemora inter Cretia fixit
Pastor agens telis, liquitq; uolatile ferrum
Nescius: illa fuga syluas, saltusq; peragrat
Dictæos: hæret lateri letalis arundo.
Ἄμφ' ἔλαφον κεραὸν βεβλημένον ὄντ' ἐβαλ' ἀνὴρ, Iliad. λ.
Ἰῷ ἀπὸ κοὐρῆϊ, τὸν μὲν τ' ἔλυξε πόδεσσι
Φεύγων θᾶσσον αἷμα λιπὼν καὶ γυῖα θοῶσα.
Dixerat: ille patris magni parêre parabat
Imperio: & primum pedibus talaria nectit
Aurea, quæ sublimem alis siue æquora supra,
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.
Tum uirgam capit: hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit.
Dat somnos, adimitq;, & lumina morte resignat.
Illa fretus agit uentos, & turbida tranat Nubila.

ἰλιαδ. 14. & alibi.

Ὣς ἔφατ᾽, οὐδ᾽ ἀπίθησε διάκτορος ἀργεϊφόντης
Αὐτίκ᾽ ἔπειθ᾽ ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα,
Ἀμβρόσια, χρύσεια, τά μιν φέρον, ἠμὲν ἐφ᾽ ὑγρὴν
Ἠδ᾽ ἐπ᾽ ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο.
Εἵλετο δ᾽ ῥάβδον, τῇ τ᾽ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
Ὧν ἐθέλει, κοὺς δ᾽ αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.
Τὴν μὲν ἄρ᾽ ἐν χερσὶν ἔχων, πέτετο κρατὺς ἀργεϊφόντης.

Iliad. 12. In antiquo codice citatur uersus ex ἰλιαδ. ρ. οἷον δ᾽ ἐν τρίφυλλῳ ἔρνος ἀνὴρ ἐριθηλὲς ἐλαίης χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ. ὄθ᾽ ἅλις ἀναβέβρυχεν ὕδωρ καλέῃ τηλεθάοντι, ἀ δέ τε πνοιαὶ πάντοθεν ἐσσὶ πνεόντων ἀνέμων, κάμπτῃ τε βρύει ἄνθεϊ λευκῷ, ἔλθων δ᾽ ἐξαπίνης ἄνεμος σὺν λαίλαπι πολλῇ βάπτῃσι τ᾽ ἐξέστρεψε, καὶ ἐξετάνυσσε χαμάζε.

Ac ueluti annosam ualido cùm robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor, & altè
Consternunt terram concusso stipite frondes.
Ipsa hæret scopulis, & quantum uertice ad auras
Aethereas, tantum radice in tartara tendit.
Ἔστε μὲν, ὡς ὅτε τε δρῦς οὔρεσιν ὑψικάρηνοι
Αἶψ᾽ ἄνεμον μίμνουσι καὶ ὄμβρον ἤματα πάντα
Ῥίζῃσιν μεγάλῃσι διαπρεπέες δὲ δέδορκε.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
Ἠὼς δ᾽ ἐκ λεχέων πόρε φαεσίμβροτον Τιθωνοῖο
Ὄρνυθ᾽, ἵν᾽ ἀθανάτοισι φόως φέροι ἠδὲ βροτοῖσι
Ἠὼς μὲν κροκόπεπλος, ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ᾽ αἶαν.

Quæ in quinto & sexto libris Vergilius ab Homero sit mutuatus. CAP. VII.

VT pelagus tenuere rates, nec iam amplius ulla
Occurrit tellus, maria undiq; & undiq; cœlum:
Olli cæruleus supra caput astitit imber,
Noctem hyememq; ferens: & inhorruit unda tenebris.
Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ *τὸν νῆα ἐλείετο μῶλος, ὑδὲ ὡς ἄλλη
Φαίνετο γαιάων, ἀλλ᾽ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα.
Δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε Κρονίων,
Vinaq; fundebat pateris, animamq; uocabat

* κρήτην μὲν

Anchisæ

Anchisæ magni, manesq; Acheronte remissos.

Οἶνον ἀφυσσόμενοι χαμάδις χέε, δῖε δὲ τεύχεα Iliad. 23.
Τυδεΐδῃ κικλήσκων Πατροκλῆϊ δαΐφρονι.

Leuibus huic hamis consertam, auroq; trilicem
Loricam: quam Demoleo detraxerat ipse
Victor, apud rapidum Simoënta sub Ilio alto.

Δώσω οἱ θώρηκα τὸν ἀστεροπῆα ἀπηύρων Iliad. 23.
Χάλκεον, ὃν πρὶν ἔδυμα φαεινὸν κατατιτύσοι
Ἀμφιδάσυνθε.

Et cursorum certamen utrobique simile. Et quia uersibus est apud utrunque numerosis, locum loco similem lector inueniet. Initia hæc sunt:

Hæc ubi dicta, locum capiunt, signoq; repente.

Στὰν δὲ μετασχεῖ. σήμηνε δὲ πρῶτα Ἀχιλλεύς. Iliad. Ψ.

Pugillum certamen apud hunc incipit:

Constitit in digitos extemplò arrectus uterq;.

Apud illum:

Ἄντα δ' ἀϋσαχόμενω χορσὶ σιβδηδὸν ἄμ' ἀμφω Iliad. 23.
Σὺν δ' ἔπεσον, σὺν δέσφι βαρὺ στόμα χαῖρεν ἐμοχθεν.

Si uelis comparare certantes sagittis, inuenies hæc utriusque principia:

Protinus Aeneas celeri certare sagitta.

Αὐτὰρ ὁ τοξοσύνῃσι τίθει ἰόεντα σίδηρον, Iliad. 23.
Καλὸν δ' ἐπὶ θῆκε μέλεκς, μέλεα δὲ ἔμπελεκκα.

Capita locorum ubi longa narratio est, dixisse sufficiet, ut quid unde natum sit, lector inueniat.

Dixerat: & tenues fugit, ceu fumus, in auras.

Τυτθὸν δὲ κατὰ χθονὸς ἤϋτε καπνὸς Iliad. 23.
Ὤχετο τετριγυῖα.

Aeneas, quò deinde ruis, quò proripis? inquit:
Quem fugis? aut quis te à nostris complexibus arcet?

Ter

Ter conatus erat collo dare brachia circùm,
Ter fruſtra compreſſa manus effugit imago.

Odyſ. 11. Τρὶς μὲν ἐφωρμήθην, ἐλέειν τέ με θυμὸς ἄνωγε,
Τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιὴ ἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ
Ἔπτατο.

Sepultura Palinuri formata eſt de Patrocli ſepultura.

Hæc incipit:

Principio pinguem tædis & robore ſecto.

Ille ſic ait:

Iliad. 13. Οἳ δ' ἴσαν ὑλοτόμοιο πελέκεας μετὰ
Χερσὶν ἔχοντες. Et alibi:

Iliad. 13. & alibi. Κηδεμόνες ἧ πάρ αὖθι μένον καὶ νήεον ὕλην.
Ποιήσων ἢ πυρλὺ ἐκατόμπεδον ἔνθα κ' ἔνθα.

Ipſa uerò utriuſq; tumuli inſignia, quàm paria?

At pius Aeneas ingenti mole ſepulchrum
Impoſuit: ſuaq; arma uiro, remumq; tubamq;
Monte ſub aërio, qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur, æternumq; tenet per ſecula nomen.

Odyſ. 12. Αὐτὰρ ἐπεὶ νεκρός τ' ἐκάη καὶ τεύχεα νεκρῶν
Τύμβον χεύαντες καὶ ἐπὶ σήλῳ ὀρύξαντες
Πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐήρους ἐρετμόν.

Tum conſanguineus Leti ſopor.

Iliad. 14. Ἔνθ' ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ θανάτοιο.

Quod te per cœli iucundum lumen & auras,
Per genitorem oro, per ſpes ſurgentis Iuli:
Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram
Inijce, nanq; potes, portuſq; require Velinos.

Odyſ. 11. In ant. totus locus expoſitus erat. Νῶϊ δέ σε φ ὄπιθεν γυναῖξομαι ὃ πάρεσσιν
Πρὸς τ' ἀλόχου καὶ πατρὸς, ὅς ἔτρεφε τυτθὸν ἐόντα
Τηλεμάχου θ', ὅν μοῦνον ἐνὶ μεγάροισι ἔλειπες,
Μή μ' ἀκλαυτον, ἄθαπτον, ἰὼν ὄπιθεν καταλείπειν

Νόσφι

Νοσφισθείς, μή π οι θεῶν μήνιμα γένωμαι.
Ἀλλά με κακκεῖσα σὺν τοὔχεσιν ἅσσά μοί ἐστιν
Σῆμα τ' ἐμοὶ χεῦαι πολιῆς ἔπι θινὶ θαλάσσης.

Necnon & Tityon terræ* omnipotentis alumnum
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur: rostroq; immanis uultur adunco
Immortale iecur tundens, fœcundáq; pœnis
Viscera, rimaturq; epulis, habitatq; sub alto
Pectore: nec fibris requies datur ulla renatis.

*omniparentis

Καὶ Τιτυὸν εἶδον γαίης ἐριαύχενος υἱόν
Κείμενον ἐν δαπέδῳ, τὸ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα.
Γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἐκείρον
Δέρτρον ἔσω δύνοντε, τὸ δ' οὐκ ἀπαμύνετο χερσί.
Λητὼ γὰρ εἰλκυσε Διὸς κυδρὴ παράκοιτις.
Πυθὼ δ' ἐρχομένην διὰ καλλιχόρου πεδίοιο.

Odyss. 11.

Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,
Ferrea uox: omneis scelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina* possem.

*possim

Πληθύν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω,
Οὐδ', εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν
Φωνὴ δ' ἄρρηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.

Iliad. 2.

In septimo & octauo, qui uersus sunt ab Homero sumpti.

CAP. VIII.

Hinc exaudiri gemitus, iraq; leonum
Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum,
Setigeriq; sues, atq; in præsepibus ursi
Sæuire, ac formæ magnorum ululare luporum,
Quos hominum ex facie Dea sæua potentibus herbis
Induerat Circe in uultus ac terga ferarum.

Εὗρον δ' ἐν βήσῃσι τετυγμένα δώματα Κίρκης,
Ξεστοῖσι λάεσσι περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ,

Odyss. 10.

Ἀμφὶ

Αμφὶ δέ μιν λύκοι ἦλθον ὀρέστεροι ἠδὲ λέοντες,
Τὸς αὐτὴ κατέθελξεν, ἐπεὶ κακὰ φάρμακ' ἔδωκεν.
Quid petitis? quæ causa rates, aut cuius egenteis
Littus ad Ausonium tot per uada cærula uexit?
Siue errore uiæ, seu tempestatibus acti,
Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto.

Odyss.3. & alibi. Ὦ ξεῖνοι, τίνες ἐστέ, πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα,
Ἦ τι κατὰ πρῆξιν, ἦ μαστιδίως ἀλάλησθε,
Οἷά τε λιῃσῆρες ὑπὲρ ἅλα κοὶ γ' ἀλόωντ'
Ψυχὰς παρθέμενοι κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες;
Cùm sese à pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos: sonat amnis, & Asia longè
Pulsa palus.

Iliad.2. Τῶν δ' ὡς τ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ,
Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων λευκοδερήων,
Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, κατὰ ῥοὰς Ἀσωπίου,
Ἔνθα καὶ ἔνθα πολῶν ἀγαλλόμενα πτερύγεσσι,
Κλαγγηδὸν προκαθιζόντων, σμαραγεῖ δέ τε λειμών.
Illa uel intactæ segetis per summa uolaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas:
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti
Ferret iter, celereis nec tingeret æquore plantas.

Iliad.20. Αἶ δ' ὅτε μὲν σκιρτῶεν ἐπὶ ῥεέθροισιν Ἀρούρας,
Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπῶν θέον ὠδὲ κατέκλων.
Ἀλλ' ὅτε δὴ σκιρτῶεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης
Ἄκρον ὕδωρ, ξηγεμόνες ἁλὸς ὠκυόοιο θέεσκον.
Vescitur Aeneas simul, & Troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.

Iliad.7. Τοῖσι δὲ βᾶν ἱέρευσεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμεμνων
Ἄρσενα πενταέτηρον ὑπερμενεῖ κρονίωνι.
Νώμησι δ' ἀίσυτα δίωνεκέεσσι γέγωρει.

Postquàm

Postquàm exempta fames, & amor compressus edendi,
Rex Euandrus ait.

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο.
Τοῖς δ γέρων πάμπρωτος ὑφαίνων ἦρχε μῆτιν. Iliad. 9.

Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma,
Et matutini uolucrum sub culmine cantus.
Consurgit senior, tunicaq; inducitur artus,
Et Tyrrhena pedum circundat uincula plantis:
Tum lateri atq; humeris Tegeæum subligat ensem,
Demissa ab læua pantheræ terga retorquens.
Necnon & gemini custodes limine ab alto
Procedunt, gressumq; canes comitantur herilem.

Ἔζετο δ' ὀρθωθείς, μαλακὸν δ' ἔνδυνε χιτῶνα. Iliad. 2.
Καλὸν, νηγάτεον. πρὶ δ' αὖ μέγα βάλετο φᾶρος. Pro his sunt in ant. codice uersus ex ὀδυσ. β.
Ποσσὶ δ' ὑπαὶ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα. ὄρνυτ' ἄρ' ἐξ εὐνῆφιν ὀδυσσῆος φίλος υἱὸς &c.
Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον
Βῆ ῥ' ἴμεν εἰς ἀγορήν, παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος
Οὐκ οἶος, ἅμα τῷγε δύω κύνες ὀρχοὶ ἕποντο.

O mihi præteritos referat si Iuppiter annos,
Qualis eram, cùm primam aciem Præneste sub ipsa
Straui, scutorumq; incendi uictor aceruos:
Et regem hac Herilum dextra sub Tartara misi,
Nascenti cui treis animas Feronia mater,
Horrendum dictu, dederat: terna arma mouenda:
Ter leto sternendus erat: cui tum tamen omneis
Abstulit hæc animas dextra, & totidem exuit armis. Iliad. 11.
Pro his uersibus est in ant. expositus locus ex ἰλιαδ. ι. Cuius initiũ: αὐτὰρ ἐγὼ τε πάτερ καὶ ἀθηναίη, καὶ ἄπολλον ἤβωμι ὡς ἄτε &c.

Εἰθ' ὣς ἡβώοιμι, βίη δέ μοι ἔμπεδος ἄλη,
Ὡς ὁπότ' ἠλείοισι καὶ ἡμίῃ νῆχος ἐπύχθη
Ἀμφὶ βηλασίῳ, ὅτ' ἐγὼ κτάνον Ἴτυμονῆα.
Ἐσλὸν ὑπαροχίδιον, ὃς ἐν ἠλιδι ναιετάασκεν,
Ῥύσια ἐλαυνόμενον. ὃς δ' ἀμύνων ἦσι βοῶσι.

Ἕλλητ᾽ ἐν πρώτοισιν ἐμῆς ἀπὸ χειρὸς ἀκωκῇ,
Καδ δ᾽ ἔπεσεν.

Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum cœlo, tenebrasq; resoluit.

Iliad. 22. Οἷος δ᾽ ἀστὴρ εἶσι μετ᾽ ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ
Ἑσπερος, ὅς κάλλιστος ἔνι οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ.

En perfecta mei promissa coniugis arte
Munera: ne mox aut Laurentes nate superbos,
Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum.
Dixit, & amplexus nati Cytherea petiuit.
Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.

Iliad. 18. Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τεῦξε σάκος μέγα τε στιβαρόν τε
Τεῦξε δ᾽ ἄρα οἱ θώρηκα φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς,
Τεῦξε δέ οἱ κυνέην βριαρὴν κροτάφοισ᾽ ἀραρυῖαν
Καλὴν, Δαιδαλέην, ἐπὶ δ᾽ ἤνεικε χρύσεον λόφον ἧκε,
Τεῦξε δέ οἱ κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πάνθ᾽ ὅπλα κάμε κλυτὸς ἀμφιγυήεις
Μητρὸς Ἀχιλλῆϊ θῆκε προπάροιθεν ἑείρας.

Ille Deæ donis, & tanto lætus honore
**atqui Expleri nequit:* atq; oculos per singula uoluit:*
Miraturq;, interq; manus & brachia uersat.

Iliad. 19. Τέρπετο δ᾽ ἐν χείρεσιν ἔχων θεοῦ ἀλλὰ δῶρα,
Αὐτὰρ ἐπεὶ φρεσὶν ἧσιν ἐτάρπετο δαίδαλα νοήσας.

Nono libro quæ insint, sumpta ab Homero. CAP. IX.

IRi decus cœli, quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras?

Ἶρι θεά, πίς τ᾽ ἄρσε θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἧκε;

Nec solos tangit Atridas Iste dolor.

Iliad. 13. Τί ἢ λαὸν ὧδ᾽ ἠγάγετ᾽ ἐνθάδ᾽ ἀγείρας

Ἄρηΐδης

Ἀτρέΐδης; ἡ ὄχ Ἑλένης ἕνεκ᾽ ἠϋκόμοιο
ἢ μοῦνοι φιλέεσκι ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Iliad. 9.
Ἀτρέΐδαι;

Sed uos ô lecti, ferro quis scindere uallum
Apparat, & mecum inuadit trepidantia castra?
Ὧρνυδ᾽ ὑπόδμοι Τρῶάς ἠὲ νυδε ὀτάχος
Ἀργείων κὴ νηυσὶν ἐνίετε θεσπιδαὲς πῦρ. Iliad. 10.
Quod superest, læti bene gestis corpora rebus
Procurate uiri, & pugnam sperate parati.
Νῦν Λ᾽ ἔρχεδ᾽ ὡ Λᾶπνον, ἵνα σωάγωμδν ἄρκα. Iliad. 19.
Sic ait illachrymans: humero simul exuit ensem & alibi.
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnosius, atq; habilem *uagina aptarat eburna. *uaginæ ad-
Dat Niso Mnesteus pellem, horrentisq; leonis ptarat ebur-
Exuuias, galeam fidus permutat Alethes. næ
Τυδεΐδη μὲν Λδκε Μενεπτόλεμος ἐρασυμήλης. Iliad. 10.
Φάσγανον ἄμφηκες, ὅ Λ᾽ ἔδν πὰρὰ νηυσὶ λέλειπτο,
Καὶ σάκος, ἀμφὶ Λὲ οἱ κωΐλω κεφαλῆφιν ἔθηκε
Ταυρείω, ἄφαλόν τε, κὰὶ ἄλοφον, ἦ τε κάΐπυξ
Κέκλητα, ξύεται δ᾽ κάρη θαλερῶν ἀυλῶν.
Μηριόνης Λ᾽ Ὀϊλιάδῃ Λίδε βίον, ἦλε φαρέτρω
Καὶ ξίφος.

Protinus armati incedunt, quos omnis euntes
Primorum manus ad portas, iuuenumq; senumq;
Prosequitur uotis: necnon & pulcher Iulus. Iliad. 10.
Τῶ Λ᾽ ἐπεὶ δὴν ὅπλισιν ἐνὶ φρεσὶν ἐδύτω,
Βᾶρ ῥ᾽ ἴεναι, λιπέτην δ᾽ κατ᾽ ἀὐτόθι πάντας ὀρίσους.
Egressi superant fossas, noctisq; per umbram
Castra inimica petunt: multis tamen antè futuri
Exitio, passim somno uinoq; per herbam
Corpora fusa uident, arrectos littore currus,

Inter lora rotasq; uiros, simul arma iacêre,
Vina simul: prior Hyrtacides sic ore locutus:
Euryale audendum dextra, nunc ipsa uocat res.
Hac iter est, tu nequa manus se attollere nobis
A tergo possit, custodi, & consule longé.
Hæc ego uasta dabo, & recto te limite ducam.

Iliad. 10. Τὼ ὃ βάτην προτέρω· τὰ δ' ἔντεα κὰι μέλαν αἷμα
Αἷφα δ' ἔσαν ἐρεπτῶν ἀνδρῶν τέλος· ἦρον ἰόντες.
Οἳ δ' εὗδον κεκμότες ἀλληκότοι, ἔντεα δέ σφιν
Καλὰ παρ' οὐτοῖσιν χθονὶ κέκλιτο, εὖ κατὰ κόσμον
Τευσοὶ χὲι, πάρὰ δέ σφιν ἑκάστῳ δίζυγοι ἵπποι.

Et paulò pòst:

Ἐξ ἐπιδιφριάδος πυμάτης ἱμάσι δέδεντο.
Τόν δ' Ὀδυσεὺς προπάροιθεν ἰὼν Διομήδεϊ δῖξεν.
Οὗτός τοι Διόμηδες ἀνήρ. οὗποί δέ τοι ἵπποι.
Οὓς νῶϊν πίφαυσκε δόλων, σὸν ἐπέφνομεν ἡμεῖς.

Iliad. 2. Ἀλλ' ἄγε δὴ πρόφερε κρατερὸν μένος, ᾧ δέ πεσεῖσθε
Ἐσάωσαι μέλεον σὺν τοὔχεσιν, ἀλλὰ λυ' ἵππους,
Ἢὲ σὺ γ' ἄνβας ἔναρε, μελήσουσι δέ μοι ἵπποι.

Sed non augurio potuit depellere pestem.
Ἀλλ' ὃν οἰωνοῖσιν ὀρύσσαι κῆρα μέλαιναν.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Iliad. 11. Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγανὸν Τιθωνοῖο
Ὤρνυθ', ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι ἠδὲ βροτοῖσι.

Mater Euryali ad dirum nuntium, ut excussos de manibus radios, & pensa demitteret, ut per muros & uirorũ agmina ululans, & coma scissa decurreret, ut effunderet dolorem in lamentationum querelas, totum de Andromacha sumpsit lamentante mortem mariti.

Interea pauidam uolitans pennata per urbem

Nuntia

Nuntia fama ruit, matrisq; allabitur aures
Euryali. at subitus miseræ calor ossa reliquit,
Excussi manibus radij, reuolutaq; pensa:
Euolat infelix, & fœmineo ululatu
Scissa comam, muros amens, atque agmina cursu
Prima petit: non illa uirûm, non illa pericli
Telorumq; memor: cœlum dehinc questibus implet.
Huncci'ne te Euryale aspicio? tu'ne illa senectæ
Sera meæ requies, potuisti linquere solam
Crudelis? nec te sub tanta pericula missum
Affari extremum miseræ data copia matri?

Ὡς φαμένη, μεγάροιο διέσσυτο μαινάδι ἴσκη ιλιασ. 22.
Παλλομένη κραδίῃσιν. ἅμα δ' ἀμφίστολοι κίον αὐτῇ.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πύργον τε καὶ ἀνδρῶν ἵξεν ὅμιλον,
Ἕστη παπτήνασ' ἐπὶ τάχεϊ. τὸν δ' ἐνόησεν.
Ἑλκόμενον προθέεν πόλιος.

O uere Phrygiæ, neq; enim Phryges. Pro hoc ille citatur in ant. uersus. ὦ πέπονες καὶ ἐλέγχεα καὶ δὴ ἔπειτ' ἀχαιοί. ιλιασ. B.
Ὦ μοι ἀπειλητῆρες ἀχαϊάδες, οὐκ ἐπ' ἀχαιοῖ.

Quos alios muros, quæ iam ultrà mœnia habetis? Aeneid. 9.
Vnus homo & uestris, ô ciues, undiq; septus
Aggeribus tantas strages impune per urbem
Ediderit? iuuenum primos tot miserit Orco?
Non infelicis patriæ, ueterumq; Deorum,
Et magni Aeneæ segnes miseretq; pudetq;? ιλιασ. ο.
Ἦ ἔπιας φάμην εἶναι ἀσπιστῆρας ὀπίσω,
Ἠὲ πτόλιν ἄρεσιν ὅ κ' οὐ βάσκλοιγον ἀμύναι,
Οὐ μέν τις ἀχέλων ἐσὶ πόλις πύργοις ὀρθρῦαι
Ἥ κ' ἀπαμωσάμεθ' ἐσβαλέα λιμὸν ἔχοντες
Ἀλλά γὰρ ἐν πώων πεδίῳ. &c.

Quæ in reliquis libris mutuatus sit ab Homero Vergilius.

CAPVT X.

TElamanu iaciunt: quales sub nubibus atris
Strymoniæ dant signa grues, atq; æthera tranant
Cum sonitu, fugiuntq; Notos clamore secundo.

Iliad. 3. Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν ὄρνιθες ὣς
Ἤυτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει ἠρανόθι πρὸ,
Αἵτ' ἐπεὶ ὖν χειμῶνα φύγον, καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον
Κλαγγῇ τὰ γε πέτονται ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων.

Ardet apex capiti, cristisq; à uertice flamma
Funditur, & uastos umbo uomit aureus ignes.
Non secus ac liquida si quando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent, aut Syrius ardor:
Ille sitim morbosq; ferens mortalibus ægris,
Nascitur, & læuo contristat lumine cœlum.

Iliad. 5. Δαῖε δοὶ ἐκ κεφαλῆς τε καὶ ἀστίδος ἀκάματον πῦρ
Ἀστερὶ ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον, ὅς τε μάλιστα
Λαμπρὸν παμφαίνῃσι λελουμένος ὠκεανοῖο.
Τοῖον δοὶ πῦρ λαῖτμα ἀπὸ κρατός τε καὶ ὤμων.

Iliad. 22. Παμφάνοντο δ' ὡς τ' ἀστέρ' ἐπεσσύμενον πελέλειον,
Ὅς ῥά τ' ὀπώρης ἔασιν, ἀρίζηλοι δὲ δοὶ αὐγαί
Φαίνονται, πολλοῖσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ,
Ὧν τε κύν' Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Λαμπρότατος μὲν ὅ γ' ἐστί, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται,
Καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν.

Stat sua cuique dies: breue, & irreparabile tempus
Omnibus est uitæ.

Iliad. 6. Μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν
Οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται.
Αἰνότατε χρονίδη πολίη τοῖον τὸν μῦθον ἔειπες

Iliad. ω. Ἄνδρα θνητὸν ἐόντα πάλαι πεπρωμένον αἶσαν
Ἀφ ἐθέλεις θανάτοιο δυσηχέος ἐξαναλῦσαι;

Fata

Fata uocant, metasq; dati peruenit ad æui.

Ἤτοι μὲν ἀγὼ μοῖρα κακὴ θανάτοιο τέλος δέ. Iliad. 13.

Per patrios manes, & spes surgentis Iuli
Te precor, hanc animam serues natoq; patriq;.
Est domus alta, iacent penitus defossa talenta
Cælati argenti, sunt auri pondera facti
Infectiq; mihi: non hic victoria Teucrûm
Vertitur, aut anima una dabit discrimina tanta.
Dixerat, Aeneas contrà cui talia reddit:
Argenti atque auri memoras quæ multa talenta,
Natis parce tuis, belli commercia Turnus
Sustulit ista prior, iam tum Pallante perempto.
Hoc patris Anchisæ manes, hoc sentit Iulus.
Sic fatus galeam læua tenet, atque reflexa
Ceruice orantis, capulo tenus abdidit ensem.

Ζώγρει ἀτρέϊδη, σύ δ' ἄξια δέξαι ἄποινα. Iliad. 6.
Πολλὰ μὲν ἐν ἀφνειῷ πατρὸς κειμήλια κεῖται,
Χαλκός τε, χρυσός τε, ϖολύκμητός τε σίδηρος. Pro his sunt in anti. multò plures uersus ex iliad. λ. de filijs Antimachi.
Τῶν κέν τοι χαρίσαιτο πατὴρ ἀπερείσι' ἄποινα.
Εἴκερ ἐμὲ ζωὸν -επύθοι τ' ἐπὶ νηυσὶν ἀχαιῶν.

Impastus stabula alta leo ceu sæpe peragrans,
(Suadet enim uesana fames) si fortè fugacem
Conspexit capream, aut surgentem in cornua ceruum:
Gaudet hians immane, comasq; *arrexit, & hæret *arrectat Iliad. 3.
Visceribus super incumbens, lauit improba teter In antiq. totus locus expositi est, additis & alijs ex iliad. μ. βὰρ ἴμεν ὥα τὸ λέων ὀρεσίτροφος. quos & paulò antè citari indicauimus Iliad. 23.
Ora cruor.
Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes.

Ὡς τε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας
Εὐρὺν ἢ ἔλαφον κεραὸν, ἢ ἄγριον αἶγα.
Πενάων.

Spargitur & tellus lachrymis, sparguntur & arma.

Δεύοντο μαθοι, δεύοντο δὲ τεύχεα φωτῶν
Δάκρυσι.

Cingitur ipse furens certatim in prælia Turnus.
Iamq; adeò rutilum thoraca indutus, ahenis
Horrebat squamis, surasq; incluserat auro,
Tempora nudus adhuc, lateriq; accinxerat ensem,
Fulgebatq; alta decurrens aureus arce.

Iliad. 19. & alibi. Κνημίδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμησιν ἔθηκε
Καλὰς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἁρμόζας,

Citantur in antiq. uersus ex Iliad. ϖ. de Patroclo. Δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσιν ἔλυεν
Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον.
Χάλκεον, αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε
Εἵλετο, τοῦ δ' ἀπάνευθε σέλας γίνετ' ἠύτε μήνης.

Purpureus ueluti cùm flos succisus aratro,
Languescit moriens: lassóq; papauera collo
Demisêre caput, pluuia cùm fortè grauantur.

Iliad. 8. Μήκωνι δ' ὣς, ἑτέρωσε κάρη βάλεν, ἥτ' ἐνὶ κήπῳ
Καρπῷ βριθομένη, νοτίῃσί τε εἰαρινῇσιν.
Ὡς ἑτέρωσ' ἄμυσε κάρη πήληκι βαρυνθέν.

Quos locos ita transtulerit Vergilius, ut Homero uideatur superior. CAP. XI.

ET hæc quidem iudicio legentium relinquenda sunt: ut ipsi æstiment, quid debeant de utriusq; collatione sentire. Si tamen me consulas, non negabo, nonnunquam Vergilium in transferendo densius excoluisse, ut in hoc loco:

Qualis apes æstate noua per florea rura
Exercet sub sole labor: cùm gentis adultos
Educunt fœtus: aut cùm liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas:
Aut onera accipiunt uenientum, aut agmine facto

Ignauum

Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.

Ηὔτε ἐϑνεα ἔϑν μελισσάων ἀδινάων Iliad. 2.
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς ἀεὶ νέον ἐρχομενάων
Βοτρυδὸν δὲ πέπονται ἐπ' ἄνθεσιν ἠαρινοῖσιν.
Αἱ μέν τε ἔνθα ἅλις πεποτήαται, αἱ δέ τε ἔνθα.

Vides descriptas apes à Vergilio opifices, ab homero uagas? Alter discursum, & solam uolatus uarietatem: alter exprimit natiuæ artis officium. In his quoque uersibus Maro extitit locupletior interpres.

O socij (neq; enim ignari sumus antè malorum)
O passi grauiora: dabit Deus his quoq; finem:
Vos & Scyllæam rabiem, penitusq; sonantes
Accestis scopulos: uos & Cyclopea saxa
Experti, reuocate animos, mœstumq; timorem
Mittite, forsan & hæc olim meminisse iuuabit,
Per uarios casus. & reliqua.

Ω φίλοι, ἦ γάρπω τι κακῶν ἀδαήμονες ἐμεῖο, Odyss. 10.
Οὔ μιν δὴ πόδε μᾶλλον ἔπεα κακὸν, ἠὲ ὅτε Κύκλω-ψ
Εἶλε ἐνὶ σπῆι γλαφυρῷ κρατερὴ βίηφι.
Ἀλλὰ καὶ ἔνθεν ἐμῇ ἀρετῇ βουλῇτε νόῳτε
Ἐκφύγομεν, καὶ πᾶ τῶν δὲ μνήσεσθαι ὄΐω.

Vlysses ad socios unam commemorauit ærumnam. Hic ad sperandam præsentis mali absolutionem, gemini casus hortatur euentu. Deinde ille obscurius dixit, καὶ πᾶ τῶν δὲ μνήσεσθαι ὄΐω, *hic apertius, Forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Sed & hoc quod noster adiecit, solatij fortioris est. Suos enim non tantùm exemplo euadendi, sed & spe futuræ felicitatis animauit: per hos labores non solùm sedes quietas, sed & regna promittens.*

Hos quoq; uersus inspicere libet:

Ac ueluti summis antiquam in montibus ornum
Cùm ferro accisam, crebrisq; bipennibus instant
Eruere agricolæ certatim: illa usq; minatur,
*nutat Et tremefacta comam concusso uertice * nutat:
Vulneribus donec paulatim cuicta supremum
Congemuit, traxitq; iugis auulsa ruinam.

Ιλιαδ. δ. Ο δ' ἐν κονίῃσι χαμαὶ πίσεν ἀίσσεσθαι
Η ῥά τ' ἐν ἀμφιρύτῃ ἔλεθ' μεγάλσιο πεφύκει
Citãtur in antiq. hoc loco uersus ex Ιλιαδ. υ. de Asio, qui sunt & in ϖ. de Sarpedone. Λείη, ἀτάρ τε οἱ ὄζοι ἐπ' ἀκροτάτῃ πεφύασιν
Τλώ, μένθ' ἁρμακτηγὸς ἀνὴρ ἄθωνι σιλήρῳ
Ηξέταμ', ὄφρα ἵτων κάμψῃ πρὶν καλέϊ σίφλῳ
Η μέν τ' ἀξωμένη κεῖται ϖοταμοῖο παρ' ὄχθας.

Magno cultu uester difficultatem abscindendæ arboreæ molis expreßit, uerum nullo negotio Homerica arbor abscinditur.

Haud segnis strato surgit Palinurus: & omnes
Explorat uentos, atq; auribus aëra captat:
Sidera cuncta notat, tacito labentia cœlo,
Arcturum, Pleiadasq; Hyadas, geminosq; Triones,
Armatumq; auro circunspicit Oriona.

Odyss. ε. Αὐτὰρ ὁ, πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνηέντως
Ημενος, οὐδ' ἐπί οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἐπιπτε,
Πληϊάδας τ' ἐσορῶντι, καὶ ὀψὲ δύοντα βοώτην,
Αρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Ητ' αὐτοῦ στρέφεται καὶ τ' Ὠρίωνα δοκεύει.
Οἴη δ' ἄμμορος ἐστὶ λετρῶν ὠκεανοῖο.

Gubernator qui explorat cœlum, crebrò reflectere cerui cem debet captando de diuersis cœli regionibus securitatem sereni. Hoc mirè, & uelut coloribus Maro pinxit. Nam quia Arcturus iuxta Septẽtrionem est, Taurus uerò in quo

in quo sunt Hyades & Orion, in regione Austri sunt, cre bram ceruicis reflexionem in Palinuro sidera consulente descripsit, Arcturum, inquit, ecce intuetur partem Septẽ trionis. Deinde Pleïadasq; Hyadas. ecce ad Austrum flectitur. Geminosq; Triones. rursus ad Septentriones uertit aspectum. Armatumq; auro circũspicit Orionа. iterum se ad Austrum reflectit. Sed & uerbo, circũspicit, uarietatem sæpe se uicißim cõuertentis ostendit. Homerus gubernatorem suum semel inducit intuentem Pleïadas, quæ in Australi regione sunt, semel Booten, & Arcton, quæ sunt in Septentrionali Polo.

Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus autor
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanæq; admorunt ubera tigres.

Νηλεὲς, ἦ ῥα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεύς. Iliad. 16.
Οὐδὲ Θέτις μήτηρ, γλαυκὴ δέσε πικτε θάλασσα,
Πέτρατ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπλοὴς.

Planè Vergilius non partionem solam, sicut ille quem sequebatur, sed educationem quoq; nutricationis tanquam belualem & asperam criminatur. addit enim de suo, Hyrcanæq; admorunt ubera tigres: quoniam uidelicet in moribus inolescẽdis magnam ferè partem nutricis ingenium & natura lactis tenet: quæ infusa tenero, & mista parentum semini adhuc recenti, ex hac gemina concretione unam indolem configurat. Hinc est quod prouidentia naturæ, similitudinem natorum atque gignentium ex ipso quoque nutricatu præparans, fecit cum ipso partu alimoniæ copiam nasci. Nam postquam sanguis ille opifex in penetralibus suis omne corpus effinxit atq; aluit: aduentante iam partus tempore, idẽ ad corporis materni superna conscendens, in naturam lactis albescit: ut recens natis Eiusmodi ferè Gel. lib. 12. capit. 1.

idem

idem sit altor, qui fuerat fabricator. Quamobrem non frustra creditum est, sicut ualeat ad fingendas corporis, atq; animi similitudines uis & natura seminis, non secus ad eandem rem lactis quoq; ingenia & proprietates ualere. Neque in hominibus id solum, sed in pecudibus quoq; animaduersum. Nam si ouiũ lacte hœdi, aut caprarum agni forsitan alantur: constat ferme in his lanam duriorem, in illis * capillum gigni teneriorem. In arboribus etiam & frugibus ad indolem uel detrectandam uel augendam, maior plerũq; uis & potestas est aquarum & terrarum quæ alunt, quàm ipsius quod iacitur seminis. Ac sæpe uideas lætam, nitentemq; arborem, si in locum alterum transferatur, succo terræ deterioris elanguisse. Ad criminãdos igitur mores defuit Homero, quod Vergilius adiecit:

*pilum

Non tam præcipites bijugo certamine campum
Corripuere, ruuntq; effusi carcere currus:
Nec sic immissis aurigæ undantia lora
Concussere iugis, pronique in uerbera pendent.

Iliad. 23. Μάστιξι δ' αἰεὶ ἐλάων κατὰ μαστὸν, οἱ δὲ οἱ ἵπποι
ὑψόσ' ἀειρέσθην ἅμφα πρήσσοντε κέλεσθον.

In anti. hi sunt: οἳ δ' ἄρ' ἐν πεδίῳ τετράοροι ἀρσενες ἵπποι. τῶν τόσ' ἀφορμηθέντες ὑπὸ πληγῆσιν ἰμάσθης. ὑψόσ' ἀειρόμενοι ἕμφα πρήσσοντε κέλεσθαι. * ὑψόσ' ἀειρόμενοι

Graius poëta equorum tantum meminit flagro animante currentiũ: licet dici non posit elegantius, quàm quod adiecit * ὑψόσ' ἀειρέσθην, quo expressit, quantum natura dare poterat impetum cursus: Verum Maro & currus de carcere ruentes, & campos corripiendo præcipites mira celeritate descripsit: & accepto breui semine de Homerico flagro, pinxit aurigas concutientes lora undãtia, et pronos in uerbera pendentes: nec ullam quadrigarũ partem intactã reliquit, ut esset illius certaminis plena descriptio.

—Magno ueluti cum flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis aheni,

Exult

Exultantq; æstu latices: furit intus* aquæ uis, *aquai
*Fumidus atq; alte spumis exuberat amnis, *Humidus
Nec iam se capit unda, uolat uapor ater ad auras.

Ως δὲ λέβης ζάϊ ἔνδον ὑπερβόμβῳ πυρὶ πολλῷ, Iliad. 21.
Κνίσῃ μελδόμενον ἀπαλοτρεφέος σπάλιο
Πάντοθεν ἀμβολάδην, ὑπὸ δὲ ξύλα κάγκαινα κέηται.

Græci uersus aheni continẽt mentionẽ multo igne ebullitis, & totũ ipsum locũ hæc uerba ornãt, παντόθεν ἀμβολάδην. Nam scaturigines ex omni parte emergẽtes, sic eleganter expreßit. In Latinis uersibus tota rei pompa descripta est, sonus flammæ. Et pro hoc quod ille dixerat, παντόθεν ἀμβολάδην, exultãtes æstu latices, & amnẽ*fumidum exuberantẽ spumis, atq; intus furentem (unius enim uerbi non reperiẽs similẽ dignitatẽ, compẽsauit, quod deerat copiæ, uarietate descriptiõis) adiecit post omnia: Nec iam se capit unda: quo expreßit, quod semper usu euenit suppositi nimietate caloris. Benc ergo se habet poëticæ tubæ cultus, omnia, quæ in hac re eueniunt, comprehendẽs. *humidum

Portam quæ imperio ducis est commissa recludunt
Freti armis, ultroq; inuitant mœnibus hostem.
Ipsi intus dextra ac læua pro turribus astant,
Armati ferro, & cristis capita alta coruscis.
Quales dẽriæ liquentia flumina circum,
Siue Padi ripis, Athesim seu propter amœnum,
Consurgunt geminæ quercus: intonsaq; cœlo
Attollunt capita, & sublimi uertice nutant.

Νύπιοι, ἓν δὲ πύλῃσι δύ' ὤϊξας εὖρον ἀρίστους Iliad. 12.
Υἷας ὑπερθύμους λαπιθάων ἀλχμητάων,
Τὸν μὲν Πειρείθοον ὖϊα κρατερὸν πολυποίτην,
Τὸν δὲ Λεοντῆα βροτολοιγῷ ἶσον Ἄρηϊ,
Τῶ μὲν ἄρα προπάροιθε πυλάων ὑψηλάων

Ἔστασαν

Ἕστασαν, ὡς ὅτε τε ῥοὸν οὔρεσιν ὑψικάρηοι
Αἶτ' ἄνεμον μίμνουσι καὶ ὕετον ἤματα πάντα
Ῥίζησιν μεγάλῃσι διωκέα· ὀρθοῦσιν
Ὡς ἄρα τὼ, χείρεσι πεποιθότε ἠλὲ βίῃφι.
Μίμνον ἐπερχόμενον μέγα Ἄσιον ὀφρ' ἐφέβοντο.

Græci milites Polypœtes & Leonteus ſtant pro portis, & immobiles Aſium aduenientem hoſtem uelut fixæ arbores opperiuntur. Hactenus eſt Græca deſcriptio. Verũ Vergiliana Bitiam & Pandarum portam ultro recludere facit, oblaturos hoſti, quod per uota quærebat: ut compos caſtrorum fieret, per hoc futurus in hoſtium poteſtate. Et geminos heroas modò turres uocat, modò deſcribit luce criſtarum coruſcos. Nec arborum ut ille ſimilitudinem prætermiſit, ſed uberius eam, pulchriusq; deſcripſit. Nec hoc negauerim cultius à Marone prolatum:

Olli dura quies oculos & ferreus urget
Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.

Iliad. ιι. Ὡς ὃ μὲν αὖθι πεσὼν, κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον.

In quibus par utriuſque poëtæ ſit ſplendor.

CAPVT XII.

IN *aliquibus par penè ſplendor amborum eſt, uti:*

–Spargit rapida ungula rores
Sanguineos, miſtáq; cruor calcatur arena.

Iliad. λ. –Αἵματι δ' ἄξων,
Νέρθεν πᾶς πεπάλακτο καὶ ἄντυγες αἱ περὶ δίφρον.
Ἃς ἄρ' ἀφ' ἱππείων ὁπλέων ῥαθάμιγγες ἔβαλλον.

–Et luce coruſcus ahena.

Iliad. υ. Αὐγὴ χαλκείη κορύθων ἀπὸ λαμπομένοιο.

–Quærit pars ſemina flammæ.

–Σπέρματα πυρὸς σώζων.

Indum ſanguineo ueluti uiolauerit oſtro Si quis ebur.

Ως

Ὡς δ' ὅτε πὴς τ' ἐλέφαντα γωὴ φοίνικι μιήνῃ. Iliad.4.

–Si tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare neceſſe eſt,
Et ſic fata Iouis poſcunt, hic terminus hæret:
At bello audacis populi uexatus, & armis,
Finibus extorris, complexu auulſus Iuli,
Auxilium imploret: uideatq; indigna ſuorum
Funcra: nec cùm ſe ſub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno, aut optata luce fruatur,
Sed cadat ante diem, mediaq; inhumatus arena.

Δὸς μὴ Ὀδυσῆα πολίπορθον δίκαδ' ἱκέσθαι Odyſſ.9.
τοῖον Δαέρτεω ἰθάκηι ἔνι οἴκοι ἔχοντα.
Ἀλλ' ἄ οἱ μοῖρ' ἐσὶ φίλης τ' ἰδέειν, καὶ ἱκέσθαι
Οἶκον ἐϋκτίμενον, καὶ ἐὴν ἐς πατρίδα γαῖαν,
Οὐτέ κακῶς ἔλθοι δόλιος ἀπὸ πάντας ἑταίρης
Νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης, εὗροι δ' ἐν πήματα οἴκῳ.

Proxima Circeæ raduntur littora terræ,
Diues inacceſſos ubi Solis filia lucos
Aßiduo reſonat cantu: tectiſq; ſuperbis
Vrit odoratam, nocturna in lumina, cedrum,
Arguto tenues percurrens pectine telas.

Ἠῖεν ὄφρα μέγα αὐτὸ ἴκετο, ᾧ ἔνι νύμφη Odyſſ.5.
Νύμφη ἐϋπλόκαμος, τὴν δ' ἔνδοθι τέτμεν ἐοῦσαν.
Πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχαρόφιν μέγα κάετο, τηλόσε δ' ὀδμὴ
Κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει
Δαιομένων, ἣ δ' ἔνδον ἀοιδιάουσ' ὀπὶ καλῇ
Ἰσὸν ἐποιχομένη χρυσείῃ κερκίδ' ὕφαινεν.

Mœonio regi, quem ſerua Licinia furtim
Suſtulerat, uetitiſq; ad Troiam miſerat armis.

Βυκτολίων δ' ὗν υἱὸς ἀγαυὸς Δαομέδοντος Iliad.6.
Πρεσβύταθ' ὑμνειῆ σκόλοψ ἠ ἐγάνατο μητρός.

Ille

Ille autem expirans, Non me, quicunq; es, inulto
Victor, nec longum lætabere: te quoq; fata
Prospectant paria, atq; eadem mox arua tenebis.

Iliad. 16. Οὔθημν ὃ δ' ὦκὺς ἀκοντὴς βέλος, ἀλλά οἱ ἦλθε
Ἄγχι παρέστηκε θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή,
Χερσὶ δαμεὶς Ἀχιλῆος ἀμύμονος Αἰακίδαο.

Ad quem subridens mista Mezentius ira,
Nunc morere: ast de me Diuûm pater atq; hominum rex
Viderit.

Iliad. 2. Τὸν καὶ τεθνειῶτα προσηύδα δῖος Ἀχιλλεύς,
Τέθναθι, κἦρα δ' ἐγὼ τότε κλῆρον ὑποδέξομαι, ὁππότε κεν δὴ
Ζεὺς ἐθέλῃ τελέσαι, ἠδ' ἄλλοι ἀθάνατοι θεοί ἄλλοι.

Qualis ubi aut leporem, aut candenti corpore cygnum
Sustulit, alta petens pedibus Iouis armiger uncis:
Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à stabulis rapuit lupus.

Iliad. 2. Οἷμησεν δ' ἁλιεῖς ὡς τ' ἀμφὶς ὑψιπετήεις
Ος τ' ἔξοχα πεδίονδε κλαγγεφίων ὀρεσσιβίων
Ἁρπάζων ἠ ἀρνὰ ἀμαλλόν, ἠ πῶϋ λαγωόν.

–Vndiq; clamor
Tollitur, inuadunt, & fossas aggere complent.

Iliad. 11. Αὐτοὶ δ' πρυλέες σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες
Ρῶντ', ἀσπερχὲς δὲ λαὸν γένετ' ἰῶθι πρὸ.
Φθάνδε μετ' ἰππήων ὦκ' τάφρον κοσμηθέντος.

In quibus Vergilius Homerici carminis maiestatem non æquet. CAP. XIIII.

ET quia non est erubescendum Vergilio, si munorem
Esse Homero uel ipse fateatur, dicam in quibus mihi
*autore uisus sit gracilior *autor.

Tum caput orantis nequicquam, & multa parantis
Dicere, deturbat terræ, truncumq; reliquit.

Hi

Hi duo uersus de illo translati sunt:

ἦ καὶ ὁ μὲν μὶν ἔμελε γενείου χειρὶ παχείη, Iliad. 10.
ἁψάμενος, λίσσεσθαι. ὁ δ' οὐ χέραι μέσον ἔλασε
φασγάνῳ ἀΐξας. ἄορ δ' ἄμφω κέρσε τένοντε.
Φθεγγομένῳ δ' ἄρα τοῦ γε κάρη κονίῃσιν ἐμίχθη.

Vide nimiam celeritatem saluo pondere, ad quam non potuit conatus Maronis accedere. In curuli certamine Homerus alterum currum paululum antecedentem, & alterũ penè coniunctum sequendo qua luce signauit.

Γνοιῆ δ' εὐμήλειο μετάφρενον, εὖρέε τ' ὦμω Iliad. 23.
Θέρμετ', ἐπ' αὐτῷ χὰρ κεφαλὰς καταθέντε πετέσθην,

–Humescunt spumis, flatuq; sequentum.

Mirabilior est celeritas consequentis priorem cursu pedum apud eundem uatem.

Ἰχνια τύπτε πόδεσσι πάρος κόνιν ἀμφιχυθεῖσα. Iliad. 23.

Est autem huius uersus hic sensus: Si per solum puluerem fortè curratur, ubi pes fuerit de terra à currente sublatus, uestigium sine dubio signatum uidetur: & tamen celerius cogitatione puluis qui ictu pedis fuerat excussus, uestigio superfunditur. Ait ergo diuinus poëta, ita proximum fuisse qui sequebatur, ut occuparet antecedentis uestigium antequàm puluis ei superfunderetur. At hic uidetur idem significare cupiens quod ait, Calcemq; terit iam calce Diores. Vide & in hoc Homeri cultum.

* Ἡ καὶ ἀναλυνθεὶς πέσεν ὕπτιος Iste ait:
Ceruicem inflexam posuit.

Ἡ κεῖτ' ἀποδὰς χαμάδοις πλατὺ τὴν αὐχένα.

Hos quoq; uersus, si uidetur, comparemus.

Ἁρματα δ' ἄλλοτε μὲν χθονὶ πίλναθ πυκνὸν ἰόντε,
Ἄλλοτε δ' αἴξασκε μετήορα.

Iamq; humilis, iamq; elati sublimè uidentur
Aëra per tenerum ferri.

Odyss.6. Πασάων δ' ὕπερ ἴσγε κάρη ἠδὲ μέτωπα.
—Gradiensq; Deas supereminet omnes.

Iliad.2. Εἰπετέ μοι νῦν μοι μῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
Ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε πάντα.
Et meministis enim Diuæ, & memorare potestis.

Iliad.19. Αὐτὰρ ὃ θυμὸν ἄϊδε, κὴν ἤρυτεν, ὡς ὅτε ταῦρος
Ἤρυτεν ἑλκόμενος ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα
Κούρων ἑλκόντων, γάνυται δέ τε βοῖς ἐνοσίχθων.
Clamores simul horrendos ad sidera tollit.
Qualis mugitus, fugit cum saucius aram
Taurus, & incertam excußit ceruice securim.

Inspecto hic utriusq; filo, quantam distantiam deprehendes? Sed nec hoc minus eleganter, quod de tauro ad sacrificium tracto loquēs, meminit & Apollinis, ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα: sed & Neptuni meminit, γάνυται δέ τε βοῖς ἐνοσίχθων. His autem duobus, præcipuè rem diuinam fieri tauro, testis est ipse Vergilius:

Taurum neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

Iliad.2. Ἠΰτε πῦρ ἀΐδηλον ἐπιφλέγει ἄσπετον ὕλην
Οὔρεος ἐν κορυφῇς ἔνθεν δέ τε φαίνεται αὐγή.

Iliad.4. Pro his citātur in antiquo alij duo loci, unus ex Iliad. λ. de Agamemnone, ὡς δ' ὅτε πῦρ ἀΐδηλον, &c. alter de Diomede, θοῦνε γὰρ ἀμφοτέρω ποταμῶ πολλὸν ἐπ' εὐρὺ ῥέοντε ἰσκαδὸς ἀμαρύγω, &c. Iliad. ε.

Ὡς δ' ὅτε χειμάρροι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντες
Εἰς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄβριμον ὕδωρ
Κρουνῶν ἐκ μεγάλων κοίλης ἔντοσθε χαράδρης
Τῶν, δέ τε τηλόσε δοῦπον ἐν οὔρεσιν ἔκλυε ποιμήν
In segetem ueluti cùm flamma furentibus Austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata læta boumq; labores.
Præcipitesq; trahit syluas, stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de uertice pastor.

Et duas parabolas temerauit, ut unā faceret, trahens hinc ignem, inde torrentem: & dignitatem neutrius impleuit.

Ως

Ὡς δ' ὅτε πνοιὴ δύο πόντου δρίνῃσιν ἰχθυόεντα, Iliad. 9.
Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ, τε θρῄκηθεν ἄηται.
Ἐλθόντ' ἐξαπίνης, ἄμυδις δέ τε κῦμα κελαινὸν
Κορθύεται, πολλὸν δὲ παρ' ἐξ ἄλγε φῦκος ἔχουσαν.

Aduersi rupto ceu quondam turbine uenti
Confligunt, Zephyrusq; Notusq; & lætus Eois
Eurus equis: stridunt syluæ, sæuitq; tridenti
Spumeus, atq; imo Nereûs ciet æquora fundo.

Demet huic uitiũ, quod sueprius incurrit, de duabus Græcis parabolis unam dilucidius construendo.

Ἡμῖν δ' αὖ μετόπισθε νεὼς κυανοπρῴροιο Odyss. 11.
Ἰκμενον ἦρον ἵει πλησίστιον οὖλον ἑταῖρον.

Prosequitur surgens à puppi uentus eunteis.

Quod noster dixit ἴκμενον, uester ait, surgens à puppi, satis decorè. Sed extollunt epitheta, quæ tot & sic apta uento noster imposuit.

Σὺν δὲ δύω μάρψας ἕς τε σκύλακας ποτὶ γαῖαν.
Κοπτ', ἐκ δ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν.
Τὰς δὲ διαμελεϊσὶ ταμὼν ὥπλίσατο δόρπον.
Ἤδιε δ', ὡς τε λέων ὀρεσίτροφος, ἦδ' ἀπέλειπεν
Ἐγκατά τε σάρκας τε, καὶ ὀστέα μυελόεντα.

Viscеribus miserorum, & sanguine uescitur atro.
Vidi egomet duo de numero cum corpora nostro,
Prensa manu magna medio resupinus in antro
Frangeret ad saxum.

Narrationem facti nudam & breuem Maro posuit, contrà Homerus πάθος miscuit, & dolore narrandi inuidiam crudelitatis æquauit.

Τὼ δ' μετ' ἰφθίμειαν ἀλωὴν παράκοιτιν
Εἰσίδον, ἣ δὴ φάσκε σὺν ἀθανάτοισι μιγῆναι. Odyss. 11.
Καὶ ῥ' ἴτεκεν δύο παῖδε μινυνθαδίω δὲ γενέσθην.

Ὠτόν τ' Αντίθεον, τηλέκλειτόν τ' Εφιάλτην,
Οὕς ῥὰ μηκίστους θρέψε ζείδωρος ἄρουρα,
Καὶ πολὺ καλλίστους, μετά γε κλυτὸν Ορίωνα.
Ενέωροι γὰρ δή γε πᾶσαν ἐννεαπήχεας εὖρος,
Εὖρος, ἀτὰρ μῆκός γε γενέσθην ἐννεόργυιοι.
Οἵ ῥα καὶ ἀθανάτοισιν ἀπειλήτην ἐν ὀλύμπῳ
Φυλόπιδα στήσειν πολυάϊκος πολέμοιο.
Οσσαν ἐπ' ὀλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Οσσῃ
Πήλιον ἐνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη.

Hinc & Aloidas geminos immania uidi
Corpora, qui manibus magnum rescindere cœlum
Aggressi, superisq; Iouem detrudere regnis.

Homerus magnitudinem corporum altè, lateq; dimensus est, & uerborum ambitu membra depinxit: Vester ait, immania corpora: nihilq; ulterius adiecit, mensurarum nomina non ausus attingere. Ille de construendis montibus conatum insanæ molitionis expressit: hic aggressos rescindere cœlum dixisse contentus est. Postremò, locum loco si compares, pudendam inuenies differentiam.

Iliad. 4. Ως δ' ὅτ' ἐν ἀιγιαλῷ πολυηχέϊ κῦμα θαλάσσης.
Ορνυτ' ἐπαὐτερον ζεφύρου ὑποκινήσαντος·
Πόντῳ μὲν τε πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
Χέρσῳ ἐπιγρύμμενον, μεγάλα βρέμεται, ἀμφὶ δέ τ' ἄκρας
Κυρτὸν ἰὸν, κορυφοῦται, ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἀχνην.

Fluctus uti primo cœpit cum albescere ponto:
Paulatim sese tollit mare, & altius undas
Erigit, inde imo consurgit ad æthera fundo.

Ille cùm marino motu & litoreos fluctus ab initio describit, hoc iste præteruolat. Deinde quod ait ille,

Πόντῳ μὲν τε πρῶτα κορύσσεται).

Maro ad hoc uertit, Paulatim sese tollit mare.

Ille

Ille fluctus incremento suo ait sublimè curuatos litoribus illidi, & asperginem collectæ sordis expuere: quod nulla expreßius pictura signaret. Vester mare à fundo ad æthera usq; perducit.

Dixerat, idq; ratum Stygij per flumina fratris,
Per pice torrentes atraq; uoragine ripas
Annuit: & totum nutu tremefecit Olympum.

Ἦ ῥα, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. Iliad. 1.
Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

Et alibi:

Καὶ τὸ κατειβόμενον συγὸς ὕδωρ ὅστε μέγιστος Odyss. 5.
Ὀρκος Στυγὸς ἔστι τε πάγη μακάρεσι θεοῖσι.

Phidias cum Iouem Olympium fingeret, interrogatus de quo exemplo diuinam *imitaretur effigiē: respondit archetypum Iouis in his se tribus Homeri uersibus inuenisse: *mutuaretur

Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων Iliad. 1.
Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

Nã de supercilijs, & crinibus totũ se Iouis uultũ collegisse. Quod utrũq; uidetis à Vergilio prætermissum. Sanè cõcussum Olympũ nutus maiestate nõ tacuit. Iusiurãdũ uerò ex alio Homeri loco sumpsit: ut trãslationis sterilitas hac adiectione cõpensaretur: πρῶτον ὑποδύεται τε περ χαλκοκορυστὴς ὑβρις. Odyss. 10.

Ora puer prima signans intonsa iuuenta.

Prætermissa gratia incipiētis pubertatis, τὸ περ χαλκοκορυστὴς ὕβρις, minus gratam fecit Latinam descriptionem.

Pro his citatur elegātiss. locus in ant. ex Iliad. υ. τοπλεῖόν τοσ' ἑτέροθεν ἐναντίον ἄλτο λέοντος ὕβρις &c.

Ὡς δ' ὅταν ἐν τε κύνεσσι καὶ ἀνδράσι θηρὸς ὑπῆλθε
Κάπριος ἠὲ λέων σφέτερος δ' ἐνὶ βλεμεαίνων,
Οἱ δέ τε πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντο,
Ἀντίοι ἴστανται καὶ ἀκοντίζουσι θαμειὰς

Αἰχμὰς ἐκ χειρῶν, τὸ δ' ὑπότε κυδάλιμον κῆρ
Ταρβῇ, βλὲ φοβῇ), ἀγηνορίη δέ μιν ἴκτα
Ταρφέα τε σρίεσι) σίχας ὠκριδῶν περιτίζων
Οππη ἰθύσει, τῇ τ' εἴκασι σίχες ὠκριδῶν.

Vt fera, quæ denſa uenantum ſepta corona,
Contra tela furit: ſeſeq; haud neſcia morti
Inijcit, & ſaltu ſupra uenabula fertur.

Videtis in anguſtum Latinam parabolam ſic eſſe contractam, ut nihil poßit eſſe ieiunius? Græcam contrà, & uerborum, & rerum copia pompā ueræ uenationis impleſſe? In tanta ergo differẽtia penè erubeſcendũ eſt cõparare.

Iliad. 13. Φράξαντὸ ὄβρυ λιγρὶ, σάκεσι σάκε προθελύμνῳ
Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδι ἔρεισι, κόρυς κόρυθι, ἀνέρα δ' ἀνήρ.

Haud aliter Troianæ acies, aciesq; Latinæ
Concurrunt: hæret pede pes, denſusq; uiro uir.

Quanta ſit differentia utriuſq; loci, lectori æſtimandum relinquo.

Iliad. 12. Ὄρνυς γὰρ σφιν ἐπῆλθε περησέμβροτα μεμαδσπν,
Αἰετὸς ὑψιπέτης ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων
Φοινήσσοντα φάσγανα φέρων ὀνύχεσι πέλωρον
Ζωὸν ἔτ' ἀσπαίροντα, κὴ οὔπω λήθετο χάρμης.
Κόψε γὰρ ἀυτὸν ἔχοντα κατὰ σῆθος περὶ λαιμὴν,
Ἐλινωθεὶς ὀπίσω. ὃ δ' ἀπὸ ἕθεν ἧκε χαμάζε
Ἀλγήσας ὀδύνῃσι, μέσῳ δ' ἐνὶ κάββαλ' ὁμίλῳ
Αὐτὸς ὑλάγξας πέτιτο πνοιῇσ' ἀνέμοιο.

Vtq; uolans altè raptum cùm fulua draconem
Fert aquila, implicuitq; pedes, atq; unguibus hæſit.
Saucius at ſerpens ſinuoſa uolumina uerſat,
Arrectisq; horret ſquamis, & ſibilat ore,
Arduus inſurgens: illa haud minus urget adunco
Luctantem roſtro, ſimul æthera uerberat alis.

Vergilius

Vergilius solam aquilæ prædam refert, nec Homericæ aquilæ omen aduertit, quæ & sinistra ueniens uincentium prohibebat accessum: & accepto à captiuo serpente morsu, prædam dolore deiecit: facto q; tripudio solistimo, cum clamore dolorem testante præcruciat. Quibus omnibus uictoriæ præuaricatio significabatur. His prætermissis, quæ animam parabolæ dabant, uelut exanime in Latinis uersibus corpus remansit.

Parua metu primò, mox sese attollit in auras
Ingrediturq; solum, & caput inter nubila condit.

Ἦ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα Iliad. 4.
Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

Homerus ἔριν, hoc est, contentionem à paruo dixit incipere, & postea in incremẽtum cœlum usq; subcrescere. Hoc idem Maro de fama dixit, sed incongruè. Neq; enim æqua sunt argumenta contentionis & famæ: Quia contentio, etsi usq; ad mutuas uastationes ac bella processerit, adhuc contentio est, & manet ipsa quæ creuit: fama uerò cùm in immensum prodit, fama esse iam desinit, & fit notio rei iam cognitæ. Quis enim iam famam uocet, cum res aliqua à terra in cœlum nota sit? Deinde nec ipsam hyperbolen potuit æquare. Ille cœlum dixit, hic auras & nubila. Hæc autem ratio fuit non æquandi omnia quæ ab autore transscripsit, quod in omni operis sui parte alicuius Homerici loci imitationem uolebat inserere: nec tamen humanis uiribus illam diuinitatem ubiq; poterat æquare: ut in illo loco, quem uolo omnium nostrum iudicio in commune pensari: Minerua Diomedi suo pugnanti duntaxat flammarum addidit ardorem: & inter hostium cædes fulgor capitis uel armorum pro milite minatur.

Δαῦε οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάμαντος πῦρ Iliad. 5.

Ἀστὴρ ὀπωρινὸς ἐναλίγκιος, ὅς τε μάλιστα
Λαμπρὸς πάμφαίνῃσι λελουμένος Ὠκεανοῖο.
Τοῖον οἱ πῦρ λοέων ἀπὸ κρατός τε καὶ ὤμων.

Hoc miratus supra modum Vergilius, immodice est usus. Modo enim ita de Turno ait:

—Tremunt sub uertice cristæ
Sanguineæ, clypeoq; micantia fulmina mittunt.

Modò idem ponit de Aenea:

Ardet apex capiti, cristisq; ac uertice flamma
Funditur, & uastos umbo uomit æreus ignes.

Quod quàm importune positum sit, hinc apparet, quòd *è naui necdum pugnabat Aeneas, sed tantum *in naui ueniens, apparebat. Alio loco,

Cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram
Sustinet, Aetneos efflantem faucibus ignes.

Quid quòd Aeneas recens allatis armis à Vulcano, & in terra positis, miratur terribilem cristis galeam flammasq; *mouentem *uomentem? Vultis aliam fruendi auiditatem uidere? Loci huius, cuius suprà meminimus, fulgore correptus,

Ἦ καὶ κυανέῃσι ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. Serò uoluit loquenti Ioui assignare parem reuerentiã. Nam cùm & in primo uolumine, & in quarto, & in nono loquatur quædam Iupiter sine tumultu: deniq; post Iunonis & Veneris iurgium, infit, eo dicente:

—Deûm domus alta silescit,
Et tremefacta solo tellus, silet arduus æther.
Tum Zephyri posuere, premit placida æquora pontus.

Tanquam non idem sit, qui locutus sit paulò antè sine ullo mundi totius obsequio. Similis *opportunitas est in eiusdem Iouis lance, quam ex illo loco sumpsit. *importunitas

Καὶ τότε λὴ χύσεσθαι πατὴρ ἐπέπασε πάλαντα. Iliad. 22.

Eq

Ἐν δ' ἐπίδει δύο κῆρε ταναηλεγέος θανάτοιο.
Τὴν μὲν Ἀχιλλῆος, τὴν δ' Ἕκτορος ἱπποδάμοιο.
Ἕλκε ἢ μέσα λαβών. ῥέπε δ' Ἕκτορος ἄσμενον ἦμαρ.
Ὤχετο δ' εἰς Ἀΐδαο, λίπεν δὲ ἑοῖσιν Ἀπόλλων.

Nam cum iam de Turno prædixisset Iuno,

Nunc iuuenem imparibus uideo concurrere fatis:
Parcarumq; dies, & lux inimica propinquat.

Manifestumq; esset, Turnum utiq; periturum, serò tamen

Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet, & fata imponit diuersa duorum.

Sed hæc & alia ignoscenda Vergilio: qui studij circa Homerum nimietate excedit modum. Et re uera non poterat non in aliquibus minor uideri, qui per omnẽ poësim suam hoc uno est præcipue usus archetypo. Acriter enim in Homerum oculos intendit, ut æmularetur eius non modò magnitudinem, sed & simplicitatem & præsentiam orationis, & tacitam maiestatem. Hinc diuersarum inter heroas suos personarum uaria magnificatio: hinc Deorum interpositio, hinc autoritas fabulosorum, hinc affectuum naturalium expressio, hinc monumentorum persecutio, hinc parabolarum exaggeratio, hinc torrentis orationis sonitus, hinc rerum singularum cum splendore fastigium.

Intantum Vergilio dulcem fuisse imitationem Homeri, ut uitia quoq; nonnulla æmulari uoluerit. Tùm quantopere illius sit imitatus epitheta, cæteraq;, quæ gratiorem reddunt orationem.

CAPVT XIIII.

Adeò autem Vergilio Homeri dulcis imitatio est, ut & in uersibus uitia, quæ à nonnullis imperitè reprehenduntur, imitatus sit, eos dico, quos Græci uocant ἀκεφάλους, λαγάρους, ὑπερκαταληκτικούς. Quos hic quoq; Homericum stylum approbans nõ refugit, ut sunt apud ipsum,

ἀκέφαλοι, Arietat in portas, Parietibus textum cæcis iter, & similia. Λάγαροι autem, qui in medio uersu breues syllabas pro longis habent: Et duros obijce postes, Consiliũ ipse pater & magna incœpta Latinus. ὑπερκαταλληλάβοι, Syllaba longiores sunt: Quin protinus omnia, Vulcano decoquit humorem. Et,

Spumas miscent argenti uiuaq; sulphura.

Et, Arbutus horrida. Sunt apud Homerum uersus nullis ac rasis similes, & nihil differentes ab usu loquendi. Hos quoq; tanquam heroicè incomptos adamauit: ἵππους ὀξείας ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα θηλείας πάσας. Iliad.λ.

Omnia uincit amor, & nos cedamus amori.

Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

Sunt amœnæ repetitiones, quas non fugit, ut,

Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet,

Pan etiam Arcadia dicat se iudice uictum.

Homerica quoq; epitheta quantũ sit admiratus, imitando cõfessus est: Μοιρηγενὲς ὀλβιοδαίμων. Χάλκεο θωρήκων. Αἰσίμης ὁμφαλόεσσα. Θωρήκων. Νεοσμήκτων. Κυανοχαίταν. Ἐνοσίχθων. Ἐνοσίγαιος. Νεφεληγερέτα. Οὔρεά τε σκιόεντα θάλασσά τε ἠχήεσσα. Κυανώπιδες. Et mille talium uocabulorum, quibus uelut sideribus micat diuini carminis uariata maiestas. Ad hæc à uestro respondetur, Malesuada fames, Auricomos ramos, Centumgeminus Briareus. Adde &, Fumigeram noctem: & quicquid in singulis penè uersibus diligens lector agnoscit. Sæpe Homerus inter narrandum uelut ad aliquem dirigit orationem:

Iliad.γ. Φαίης κεν γαίηθεν ἰὼν ἐναλίγκιον ἄφρονα θ' αὐτῶς. Et,
Iliad.ι. τυδείδη μοὶ μὴ σὺ παρήορος ὧδε καθίζευ. Et,
Iliad.σ. Εὖθ' ὃν ἄρ' ἐρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον.

Nec hoc Vergilius omisit,

Migran

Migrantes cernas, totaq; ex urbe ruentes.
–Totumq; instructo Marte uideres
Feruere Leucatem. Et,
–Pelago credas innare reuulsas Cycladas,
Et studio incassum uideas gestire lauandi.

Item diuinus ille uates, res uel paulò uel multò antè transactas, opportunè ad narrationis suæ seriè reuocat, ut & historicum stylum uitet, non per ordinem dirigendo quæ gesta sunt, nec tamen præteritorum nobis notionem subtrahat. Theben Asiæ ciuitatem, aliasq; plurimas Achilles antequã iraſceretur, euerterat. Sed Homeri opus ab Achillis ira sumpsit exordiũ. Ne igitur ignoraremus quæ prius gesta sunt, fit eorum tempestiua narratio.

Ωχόμεθ' ἐς θήβην ἱερὴν πόλιν ἠϊπόωντο. Et, Iliad. 1.
Αὐτὰρ ἐπεὶ διαπορθήσας καὶ τείχεα θήβης. Iliad. 2.

Item, ne ignoraremus, quo duce classis Græcorum ignotum sibi Troiæ litus inuenerit, cùm de Calchante loqueretur, ait:

Καὶ νήεσσ' ἡγήσατ' Ἀχαιδν ἴλιον ἔσω Iliad. 1.
Ἦν δέ μαντοσύνῃσι, τὴν οἱ πόρε φοῖβος Ἀπόλλων.

Et ipse Calchas narrat omen, quod Græcis nauigantibus de serpente passerum populatore contigerit. Ex quo denuntiatum est, exercitum annos decem in hostico futurũ. Alio item loco senex, ut referendis fabulis amica & loquax ætas, res refert uetustas.

Ἦδη γὰρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀφείοσιν ἠέπερ ὑμῖν Iliad. 1.
Ἀνδράσιν ὡμίλησα. & reliqua. Et alibi:
Εἴθ' ὡς ἡβώοιμι βίη δέ μοι ἐμπεδος εἴη. Iliad. 1.

Et sequentia.

Vergilius omne hoc genus pulcherrimè æmulatus est,
Nam memini Hesionc uisentem regna sororis

Laome

Laomedontiaden Priamum. Et,

Atq; equidem Teucrum memini Sidona uenire. Et,

Qualis eram cum primâ aciẽ Prænestẽ ſub ipſa Strami. Et de furto uel pœna Caci tota narratio. Nec uetuſtiſſima tacuit, quin & ipſa notitiæ noſtræ autoris ſui imitator ingereret.

Nanq; ferunt luctu Cygnum Phaëthontis amati. Et ſimilia.

Quæ diuerſitas catalogorum ſit apud Vergilium & Homerum. CAPVT XV.

VBi uerò enumerantur auxilia, quem Græci catalogũ uocant, eundem autorem ſuum conatus imitari, in nõnullis paululum à grauitate Homerica deuiauit. Primũ, Quòd Homerus prætermiſſis Athenis, ac Lacedæmonijs, uel ipſis Mycenis, unde erat rector exercitus, Bœotiã in catalogi ſui capite locauit: non ob loci aliquam dignitatẽ, ſed notiſſimum promontoriũ ad exordium ſibi enumerationis elegit. Vnde progrediens modo mediterranea, modo maritima iuncta deſcribit. Inde rurſus ad utrunque ſitum cohærentium locorum diſciplina deſcribentis, uelut iter agentis accedit. Nec ullo ſaltu cohærẽtiam regionum *uiandi in libro ſuo hiare permittit: ſed hoc * hiandi more procedens, redit unde digreſſus eſt: & ita finitur quicquid enumeratio eius amplectitur. Contrà, Vergilius nullum in cõmemorandis regionibus ordinem ſeruat, ſed locorum ſeriem ſaltibus lacerat. Adducit primum Cluſio & Coſis Maſſicum. Abbas hunc ſequitur, manu Populoniæ Iluæq; comitatus. Poſt hos Aſilam miſêre Piſæ. Quæ in quàm longinqua ſint Hetruriæ parte, notius eſt quàm ut annotandum ſit. Inde mox redit Cærete, & Pyrgos, & Grauiſcas, loca urbi proxima, quibus ducem Aſturem dedit. Hinc rapit illum

pit illum Cygnus ad Liguriam, Ocnus Mantuam. Sed nec in catalogo auxiliorũ Turni, si uelis situm locorum mente percurrere, inuenies illum continentiam regionum secutum. Deinde Homerus omnes quos in catalogo enumerat, etiã pugnãtes uel prospera uel sinistra sorte commemorat. Et cùm uult dicere occisos quos catalogo non inseruit, non hominis sed multitudinis nomen inducit. Et quoties multam necẽ significare uult, messem hominũ factam dicit: nulli certum nomen facilè extra catalogum, uel addens in acie, uel detrahens. Sed Maro noster anxietatem huius obseruationis omisit. Nam & in catalogo nominatos præterit in bello, & alios nominat antè non dictos. Sub Mașico duce mille manus iuuenũ uenisse dixit, qui mœnia Clusi, quicq; Cosas liquere. Deinde Turnus naui fugit, qua rex Clusinis aduectus Osinius oris, quem Osinium nunquàm antè nominauit. Et nunc ineptum est, regem sub Mașico militare. Præterea nec Mașicus, nec Osinius in bello penitus apparent. Sed & illi quos dicit, fortemq; Gyam, fortemq; Sereſtũ, pulcher quoq; Equicolus, & Mauortius Hæmon, & fortissimus Vmbro, & Virbius Hippolyti proles pulcherrima bello, nullũ locũ inter pugnantium agmina, uel gloriosa, uel turpi cõmemoratione meruerũt. Astur, itemq; Cupauo, & Cygnus insignis Cygni Phaëthontisq; fabulis nullam pugnæ operã præstant: cùm Alesus & Sacrator ignotissimi pugnent, & Atinas antè nõ dictus. Deinde in his quos nominat, fit sæpe apud ipsum incauta confusio. In nono Corinæum sternit Asilas. Deinde in duodecimo Ebusum Corinæus interficit.

Obuius ambustum torrem Corinæus ab ara
Corripit, & uenienti Ebuso plagamq; ferenti
Occupat os.

Sic &

Sic & Numam, quem Nisus occîdit, postea Aeneas perse-
quitur, Fortemq; Numam. Camertem in decimo Ae-
neas sternit, at in duodecimo Iuturna formam assimulata
Camerti. Clorea in undecimo occîdit Camilla, in duode-
cimo Turnus. Palinurus Iasides, & Iapyx Iasides, quæro
an fratres sint. Hyrtacides est, Hippocoon, & rursus Hyr
tacides Corynæum sternit Asilas. Sed potuerunt duo unũ
nomen habuisse. Vbi est illa in his casibus Homeri cautio?
Iliad. 2. apud quem cùm duo Aiaces sint, modo dicit: ὃ ἴλλῳ τὸ-
χὺς Αἴας: modo, Τελαμώνιος Αἴας. Item alibi:
ἶσον θυμὸν ἔχοντε δμώμυμοι.

Nec desinit, quos iungit nomine, insignibus separare: ne
cogatur lector suspiciones de uarietate appellationis agi-
tare. Deinde in catalogo suo curauit Vergilius uitare fasti
dium: quod Homerus alia ratione non cauit, eadem figu-
ra sæpe repetita. οἱ δ' ἀπολησθὸν ἔναιον. οἱ δ' εὐβοιαν ἔχον.
οἵ τ' ὄρχοτ' εἶχον, οἵτ' εἶχον κοιλὴν λακεδαίμονα κητώεσσαν.
Hîc autem uariat, uelut dedecus, aut crimen uitans repeti-
tionem:

Primus init bellum Tyrrhenis Asper ab oris.
Filius huic iuxtà Lausus.
Post hos insignem fama per gramina currum.
Tum gemini fratres.
Nec Prænestinæ fundator.
At Mesapus equûm domitor.
Ecce Sabinorum prisco de sanguine.
Hinc Agamemnonius.
Et te montosæ.
Quin & Marrubia uenit de gente sacerdos.
Ibat & Hippolyti proles.

Has copias fortasse putat aliquis diuinæ illi simplicitati
præferen

præferendas. Sed nescio quo modo Homerum repetitio illa unicè decet, & est genio antiqui poëtæ digna, enumerationiq; conueniens: quòd in loco mera nomina relaturus non incuruauit se, neque minutè torsit, deducendo stylum per singulorum uarietates: sed stat in consuetudine percensentium, tanquam per aciem dispositos enumerans. Quod non alijs quàm numerorum fit uocabulis. Et tamen egregiè ubi oportet, de nominibus ducum uariat.

Αὐτὰρ φωκήων ἡγέμονας καὶ ἐπίροφον υἱὸν ἄρχεν
Λοκρῶν δ' ἠγεμόνευεν ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας.
Νιρεὺς δ' αἰσυμνήθεν ἄγεν τρῖς νῆας ἐΐσας.

Illam uerò enumerationis congestionem apud Homerum Maro admiratus, ita expreßit, ut penè eum dixerim elegantius transtulisse.

Οἳ κνωσὸν τ' ἔιχον, φορτνά τε τειχιόεσσαν
Λύκτον μίλητόν τε καὶ ἀργινόεντα λύκαστον
Φαῖστόν τε. Et similia.

Ad quod exemplum illa Vergiliana sunt:

Agmina densantur campis, Argiuaq; pubes,
Aruncæq; manus, Rutuli, ueteresq; Sicani,
Stant Sarranæ acies, & picti scuta Labici.
Qui saltus Tyberine tuos sacrumq; Numici
Littus arant, Rutulosq; exercent uomere colles
Circæumq; iugum, quis Iuppiter Anxuris aruis
Præsidet, &c.

Quæ in utriusque catalogis similitudo, quàm crebræ apud utrunque sententiæ. Tum in quibus siue casu, siue sponte ab Homero Vergilius desciscat, & in quibus imitationem ipsam dissimulet.

CAPVT XVI.

VTerq; in catalogo suo post difficilimam rerum uel nominum narrationem, infert fabulam uersibus amœniori

nioribus, ut lectoris animus recreetur. Homerus inter enumeranda regionum & urbium nomina, facit locum fabulis, quæ horrorem satietatis excludant.

Iliad. 20

Οἳ ῥ' Πύλον τ' ἐνέμοντο, καὶ ἀρήνην ἐρατεινήν,
Καὶ ῥοὸν ἀλφειοῖο πόρον, καὶ εὐκλαρον Ἄπυ,
Καὶ κυπαρισσήεντα, καὶ ἀμφιγύαλον Ἔναυλον,
Καὶ πηλεόν, καὶ Ἔλος, καὶ Λῶειον, ἔνθά τε μῆλα
Αὐτόματα, θάμυνεν ἀν' ἔρκια παῦσαν ἀοιδῆς
Οἱ Χαλίηθεν ἴοντα παρ' εὐρύτα οἱ Χαλιῆϊ.
Στοῦν γὰρ εὐχόμην νικησέμεν, εἴπερ ἄρ' αὖται
Μοῦσαι ἀείδοιεν κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.
Λί' ὄ, χολωσάμεναι, πικρὸν θέσαν, αὐτὰρ ἀοιδὴν
Θεσπεσίην ἀφέλοντο, καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστήν. Et alibi:
Τῶν μὲν τληπόλεμος Λυρίκλυτος ὦγε μόνδε
Ὧν τέκεν ἀσυάχεια βίη Ἡρακληείη.
Τὴν ἄγε τ' ἐξ ἐφύρης ταλαμῦ ἀπὸ σελλήεντος.

Et reliqua, quibus protraxit iucunditatem. Vergilius in hoc secutus autorẽ in priore catalogo, modò de Auentino, modò de Hippolyto fabulatur: in secundo, Cygnus ei fabula est. Et sic amœnitas intertexta, fastidio narrationũ medetur. In omnibus uerò Georgicorum libris, hoc idem summa cum elegantia fecit. Nam post præcepta, quæ natura res dura est, ut legentis animum uel auditum noua-ret, singulos libros acciti extrinsecus argumenti interpositione concluſit: primũ de signis tempestatum, de laudatione rusticæ uitæ secundum, & tertius desinit in pestilentiam pecorum, quarti finis est de Orpheo & Aristeo non otiosa narratio. Ita in omni opere Maronis, Homerica *elucet *lucet imitatio. Homerus omnem poësin suam ita sententijs farsit, ut singula eius ἀποφθέγματα uice prouerbiorum in omnium ore fungantur: ut,

Οὐ γὰρ

–Οὐ γάρ πω τίς ἐὼν γόνον ὧδε ἀΰτεγνω.
Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρί τε πέλονται. Odyſ. 1. 2. & 3
Οὐ γάρ τ' ἄμφω θεῶν πέπεται νόος ἀμφὶ ἑκάστῳ.

Pro his in ant. hæ ſententiæ ſunt, ἀλλ' ὅτωι ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισι. χὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πάμπαν. μέχρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον, οἳ πολέες κακίους. θελαὶ γὰρ σφάλλων τε καὶ ἐγγύθεν ἐγγυάασθαι. ἄφρων δ' ὃς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείασονας ἀντιφερίζειν.

Et alia innumerabilia, quæ ſententialiter proferuntur. Nec hæc apud Vergilium fruſtra deſideraueris:

Non omnia poſſumus omnes,
Omnia uincit amor,
Labor omnia uincit Improbus,
Vſqueadeo ne mori miſerum eſt?
Stat ſua cuique dies,
Dolus an uirtus quis in hoſte requirat?
Et quid quæq; ferat regio, & quid quæq; recuſet,
Auri ſacra fames.

Et ne obtundam nota referendo, mille ſententiarum taliũ, aut in ore ſunt ſingulorum, aut obuiæ intentioni legentis occurrunt.

In nõnullis ab Homerica ſecta, haud ſcio caſu ne an ſponte* deſciſcit. Fortunam Homerus neſcire maluit, & ſoli decreto, quã μοῖραν uocãt, omnia regẽda cõmittit: adeò ut hoc uocabulum τύχη in nulla parte Homerici uoluminis nominetur. Contrà, Vergilius non ſolùm nouit & memi=nit, ſed omnipotentiã quoq; eidem tribuit: quam & Philoſophi qui eam nominant, nihil ſua ui poſſe, ſed decreti, ſiue prouidentiæ miniſtram eſſe uoluerunt. *diſceſſit

Et in fabulis ſeu in hiſtorijs nonnunquam idem facit. Aegeon apud Homerũ auxilio eſt Ioui. Hunc contra Iocum armant uerſus Maronis. Eumedes Dolonis proles bello præclara, animo manibus que parentem refert: cum apud Homerum Dolo imbellis ſit. Nullam commemorationẽ de iudicio Paridis Homerus admittit. Idem uates Ganymedem, non ut Iunonis pellicem à Ioue raptum, ſed

Ioualium poculorum ministrũ, in cœlum à Dijs ascitum refert, uelut θεοπρεπῶς decorum. Vergilius tantam Deam, quod cuiuis de honestis fœminæ deforme est, uelut specie uictam, Paride iudicante doluisse, & propter catamiti pellicatum totam gentem eius uexasse commemorat.

Interdum sic autorem suum dißimulanter imitatur, ut loci inde descripti solam dispositionem mutet, & faciat uelut aliud uideri. Homerus ingenti spiritu ex perturbatione Terræ ipsum Ditem patrem territum prosilire, & exclamare quodammodo facit.

Iliad. 20. Δεινὸν δ' ἐβρόντησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Ὑψόθεν, αὐτὰρ ὑπαὶ Ποσειδάωνι ἐπάνωξε
Γαῖαν ἀπειρεσίην, ὀρέων τ' αἰπεινὰ κάρηνα.
Πάντες δ' ἐσείοντο πόδες ὠλυμπιδάκυος Ἴδης,
Καὶ κορυφαί. Τρώων τε πόλις καὶ νῆες Ἀχαιῶν
Ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν, ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεύς.
Δείσας δ', ἐκ θρόνου ἆλτο, καὶ ἴαχε μύδοι ὑπορθε
Γαῖαν ὑπαῤῥήξειε Ποσειδάων ἐνοσίχθων.
Οἰκία δ' ἠνίοχοισι καὶ ἀθανάτοισι φανείη,
Σμερδαλέ' εὐρώεντα, τάτε στυγέουσι θεοίπερ,
Τόσσας ἆρα κτύπου ὦρτο θεὸν ἐριδι ξυνιόντων.

Hoc Maro non narrationis, sed parabolæ loco posuit, ut aliud esse uideretur:

Non secus ac siqua penitus ui Terra debiscens,
Infernas reseret sedes & regna recludat
Pallida, Dijs inuisa, superq; immane barathrum
Cernatur, trepidentq; immisso lumine Manes.

Hoc quoq; dißimulando surripuit. Nam cùm ille dixisset, Deos sine labore uiuere, θεοὶ ἑῷως ζώοντες, hoc idem dixit occultißimè:

Dij Iouis in tectis casum miserantur inanem

Ambo

Amborum, & tantos mortalibus esse labores.
Quibus ipsi scilicet carent.

Non satis aptè Vergiliũ fecisse initium belli inter Troianos & Latinos. Inde, quæ ex Apollonio & Pindaro traduxerit. Quamq; Græcorũ cùm uocabulis, tum inflexione etiam sit delectatus. CAP. XVII.

QVid Vergilio cõtulerit Homerus, hinc maximè liquet: quòd ubi rerum necessitas exegit à Marone dispositionẽ inchoandi belli, quam non habuit Homerus, quippe qui Achillis iram exordium sibi fecerit, quæ decimo demum belli anno contigerit, laborauit ad rei nouæ partum, ceruum fortuito saucium fecit causam tumultus. Sed ubi uidit hoc leue, nimisque puerile, dolorem auxit agrestium: ut impetus eorũ sufficeret ad bellum. Sed nec seruos Latini, & maximè stabulo regio curantes, atque ideo quid fœderis cũ Troianis Latinus icerit: ex muneribus equorum & currus iugalis non ignorantes, bellum generi Deũm oportebat inferre. Quid igitur? Deorum maxima deducitur è cœlo, & maxima furiarum de Tartaris asciscitur. Sparguntur angues uelut in scena parturientes furorem. Regina non solùm de penetralibus reuerentiæ matronalis educitur, sed & per urbem mediam cogitur facere discursus. Nec hoc cõtenta, syluas petit, accitis reliquis matribus in societatẽ furoris. Bacchatur chorus quondam pudicus, et Orgia insana celebrantur. Quid plura? Maluissem Maronem & in hac parte apud autorem suum, uel apud quemlibet Græcorum alium, quod sequeretur, habuisse.

Alium non frustra dixi, quia non de unius racemis uindemiam sibi fecit, sed bene in rem suam uertit, quicquid ubicunq; inuenit imitandum: adeò, ut de Argonauticorũ quarto, quorum scriptor est Apollonius, librum Aeneidos

ſuæ quartum totum penè formauerit: ad Didonem uel Aeneam, amatoriam continentiam Medeæ circa Iaſonem transferendo. Quod ita elegantius autore digeſſit, ut fabu la laſciuiẽtis Didonis, quam falſam nouit uniuerſitas, per *uera tot tamen ſecula ſpeciem ueritatis obtineat: & pro *uero per ora omnium uolitet: ut pictores fictoresque, qui figmentis liciorum cõtextas imitantur effigies, hac materia uel maximè in efficiendis ſimulachris tanquam unico argumento decoris utantur. Nec minus hiſtrionum perpetuis & geſtibus & cantibus celebratur. Tantum ualuit pulchritudo narrandi, ut omnes Phœniſſæ caſtitatis conſcij, nec ignari manum ſibi inieciſſe reginã, ne pateretur damnum pudoris, cõniueant tamen fabulæ: & intra conſcientiam ueri fidẽ prementes, malint pro uero celebrari, quod pectoribus humanis dulcedo fingentis infudit. Videamus utrum attigerit & Pindarum, quẽ Flaccus imitationi inacceſſum fatetur. Et minuta quidem atq; rorantia quæ inde ſubtraxit, relinquo: unum uerò locum, quẽ tentauit ex integro penè tranſcribere, uolo cõmunicare uobiſcum, quia dignus eſt, ut eum uelimus altius intueri.

Gel. li. 17. cap. 10.

Cum Pindari carmen, quod de natura atque flagrantia montis Aetnæ compoſitum eſt, æmulari uellet, eiuſmodi ſententias & uerba molitus eſt: ut Pindaro quoq; ipſo, qui nimis opima & pingui facundia exiſtimatus eſt, inſolentior hoc quidem in loco tumidiorque ſit. Atque uti uoſmetipſos eius quod dico arbitros faciam, carmen Pindari quod eſt ſuper monte Aetna, quantulum mihi eſt memoriæ, dicam.

Pindarus in Pythijs.

Κίων μὲν ἀρανία σωίχει
Νιφόεσσ' Αἴτνα πάντετες
Χιόνος ὀξείας πόθεν,

Tãs

Τᾶς, ἐρείνουν μὲν ἀπλά-
Του πυρὸς ἀγνώτατ᾽
Ἐκ μυχῶν παγαὶ, ποταμοὶ
Δ᾽ ἀμίραισι μὲν προχέοντι, ῥόον καπνῶ
Αἴθωνα. ἀλλ᾽ ἐν ὄρφναισι πέπρας
Φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ, ἐς βάθη-
Αν φέρει πόντ᾽ πλάκας σὺν πατάγῳ
Κεῖνο δ᾽ ἀφαίστοιο χρυνὸς ἑρπετὸν
Δεινοτάτ᾽ ἀναπέμπει.

Audite nunc Vergilij uersus, ut inchoasse eũ uerius quàm perfecisse dicatis.

Portus ab accessu uentorum immotus, & ingens
Ipse, sed horrificis iuxtà tonat Aetna ruinis.
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo, & candente fauilla:
Attollitq; globos flammarum, & sidera lambit.
Interdum scopulos, auulsaq; uiscera montis
Erigit eructans: liquefactaq; saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoq; exæstuat imo.

Iam principio Pindarus ueritati obsecutus, dixit quod res erat, quodq; illhic oculis deprehenditur, interdiu fumare Aetnã, noctu flammigare. Vergilius autem dum in strepitu sonituq; uerborum conquirendo laborat, utrunq; tempus nulla discretione facta cõfundit. Atq; ille Græcos quidem fontes imitatus, ignes eructare, & fluere amnes fumis, & flammarum fulua & tortuosa uolumina in plagas maris ferri, quasi quosdam igneos angues luculentè dixit. At hic uester atram nubem turbine piceo, & fauilla fumante, ῥόον καπνῶ αἴθωνα, interpretari uolens, craßè & immodicè congeßit: globos quoque flammarum, quod ille χρυνὸς dixerat, duriter posuit, & ἀκύρως. Hoc uerò

inenarrabile est, quòd nubem atram fumare dixit turbine piceo, & fauilla candente. Non enim fumare solent, neque atra esse, quæ sunt candentia: nisi fortè candente dixit peruulgatè & impropriè pro feruenti, non pro relucenti. Nam candens est à candore, non à calore dictum.

*erectari Quòd autem scopulos *eructari & erigi, eosdemq; ipsos statim liquefieri & gemere, atque glomerari sub auras dixit: hoc nec à Pindaro scriptum, nec unquam fando auditum: & omnium, quæ monstra dicuntur, monstrosissimum est. Postremò, Graiæ linguæ quàm se libenter addixerit, de crebris, quæ usurpat, uocabulis, æstimate: Dirus Vlysses, Spelæa ferarũ, Dedala tecta, Rhodopeiæ arces, Altaque Panchæa, atque Getæ, atque Hebrus, atque Actias Orithyïa. Et,

Thyas ubi audito stimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnusq; uocat clamore Cytheron. Et,
Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ. Et,
Ferte simul Faunique pedem, Dryadesq; puellæ. Et,
Hinc atque hinc glomerantur Oreades. Et,
Pars pedibus plaudunt choreas. Et,
–Milesia uellera nymphæ
Carpebant, hyali saturo fucata colore. Et,
Drymoq;, Xantoq;, Lygeaq;, Phyllodoceq;. Et,
–Melite Panopæaq; uirgo,
Nesea, Spioq;, Thaliaq;, Cymodoceq;. Et,
Alcandrumq;, Haliumq;, Noëmonaq;, Prytaninq;. Et,
Amphion Dyrcæus in Actæo Aracintho.
Et, Senior Glauci chorus, Inousq; Palæmon.

Versus est Parthenij, quo grammatico in Græcis Vergilius usus est,

Γλαύκῳ καὶ Νηρῆϊ καὶ Ἰνὼ Μελικέρτῃ.

Hic

Hic ait:

Glauco, & Panopee, & Inoo Melicertæ. Et,
Tritonesq; citi. Immania cete.

Adeò autem & declinationibus Græcis delectatur, ut Mneſthea dixerit pro Mneſtheum. Sicut ipſe alibi: Nec fratre Mneſtheo. Et pro Orpheo dicere malucrit Orphi, Græcè declinando: ut,

Orphi Calliopea, Lino formoſus Apollo. Et,
–Vidimus ô ciues Diomede. Et talium nominum accuſatiuus Græcus eſt in e, deſinẽs. Nam ſi quis eum putat Latinè dixiſſe Diomedem, ſanitas metri in uerſu deſiderabitur. Denique omnia carmina ſua Græcè maluit inſcribere, Bucolica, Georgica, Aeneis, cuius nominis figuratio à regula Latinitatis aliena eſt.

Quæ Vergilius tam occultè à Græcis traduxerit, ut uix unde ducta ſint, poſsit agnoſci. CAP. XVIII.

SEd de his hactenus, quorum plura omnibus, aliqua nonnullis Romanorum nota ſunt. Ad * alia uenio, * illa quæ de Græcarum literarum penetralibus eruta, nullis cognita ſunt: niſi qui Græcam doctrinam diligenter hauſerunt. Fuit enim hic poëta ut ſcrupuloſè & anxiè, ita diſſimulanter & quaſi clanculò doctus: ut multa tranſtulerit, quæ unde translata ſint, difficilè ſit cognitu. In exordio Georgicorum poſuit hos uerſus:

Liber & alma Ceres, ueſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta,
Poculáq; inuentis Acheloïa miſcuit uuis.

Nihil in his uerſibus grammaticorum cohors diſcipulis ſuis amplius tradit, niſi illud: opera Cereris effectum, ut homines ab antiquo uictu deſisterent, & frumento pro glandibus uterentur. Liberum uerò uitis repertorem,

præstitisse humano potui uinum, cui aqua admiscere-tur. Cur autem Acheloum amnem potißimum Vergi-lius, cum aquam uellet intelligi, nominarit: nemo uel quæ-rit, uel omnino subesse aliquid eruditius suspicatur. Nos id altius scrutati, animaduertimus doctum poëtam, anti-quißimorum Græcorum more, sicut docebit autoritas, elocutum: apud quos propriè in aquæ significatione po-nebatur Achelous. Neque id frustra, nam causa quoque eius rei cum cura relata est. Sed priusquàm causam pro-pono, illud antiquo poëta teste monstrabo, hunc morem loquendi peruagatum fuisse, ut Acheloum pro quauis aqua dicerent. Aristophanes uetus comicus in comœdia Cotalo sic ait:

Ἅμυν ἄκρατον βάρβαρ.

Ἤτειρε γάρ τοι μ' οἶνος ὁ μιγεὶς πόμα Ἀχελῴου.

Grauabar, inquit, uino, cui aqua non fuisset admista, id est, mero. Cur autem sic loqui soliti sint, Ephorus notißi-mus scriptor historiarũ libro secundo ostendit his uerbis: Τοῖς μὲν ἄλλοις ποταμοῖς οἱ πλησιόχωροι μόνον θύουσι, τὸν δὲ Ἀχελῶον μόνον ἅπαντας ὠφελοῦντος συμβέβηκε τιμᾶν, ὃ ποῖς κοινοῖς ὀνόμασιν ἀντὶ τῶν ἰδίων, τὸ Ἀχελῶον τὸν ἰδίαν ἐπωνυ-μίαν δὲ τὸ κοινὸν μεταφέροντας. τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ ὅλως, ὅπερ ἐστὶ κοινὸν ὄνομα, ἀπὸ τῆς ἰδίας ἐκείνου προσηγορίας Ἀχελῶον κα-λοῦμεν. τῶν δὲ ἄλλων ὀνομάτων τὰ κοινὰ πολλάκις ἀντὶ τῶν ἰδίων ὀνομάζομεν, τοὺς μὲν Ἀθηναίους Ἕλληνας, τοὺς δὲ Λακεδαι-μονίους Πελοποννησίους ἀποκαλοῦντες. τοῦτο δὲ τὸ ἀποῤῥήμα[τ]ον ἐδηλοῦτο ἔχομεν ἀκριβῶς ἐπῆλθον, ἢ τοὺς ἐκ Δωδώνης χρησμούς, σχε-δὸν γὰρ ἐφ' ἅπασιν αὐτοῖς προσάγειν ὁ θεὸς ἔωθεν Ἀχελῴῳ θύειν, ὡς τε πολλοὶ νομίζοντες τὸν ποταμὸν τὸν σχεδὸν Ἀκαρ-νανίας ῥέοντα, ἀλλὰ τὸ σύνολον ὕδωρ Ἀχελῶον ὑπὸ τῶν χρησμῶν

καλεῖσθαι

παλαιᾶς, ἰδιοῦται) τὰς τοῦ θείου προσηγορίας. σημαῖνον δὲ, ὅτι πρὸς τὸ θεῖον ἀναφέροντες οὕτω λέγειν ἐώθαμεν. μάλιστα γὰρ τὸ ὕδωρ Ἀχελῶον προσαγορεύομεν ἔν τοῖς ὅρκοις, καὶ ἐν ταῖς εὐχαῖς, καὶ ἐν ταῖς θυσίαις, ἅπερ πάντα περὶ τοὺς θεούς.

Potestne lucidius ostendi Acheloum à Græcis ueteribus pro quacunque aqua dici solitum? Vnde doctissimè Vergilius ait, uinum Acheloo Liberum patrem miscuisse. Ad quam rem etsi satis testium est, cum Aristophanis comici, & Ephori historici uerba prodiderimus: tamē ultrà progrediemur. Didymus enim grammaticorum facilè eruditissimus, posita causa, quam superius Ephorus dixit, alteram quoque adiecit his uerbis: Ἄμεινον ὁ ἐκεῖνο λέγειν ὅτι σχεδὸν τὸ πάντων ποταμῶν πρεσβύτατον εἶναι Ἀχελῶον, πιθανὸν ἀπονέμοντας αὐτῷ τοὺς αὐτόχθονας πάντα ἁπλῶς τὰ νάματα τοῦ ἐκείνου ὀνόματι προσαγορεύειν, ὁ μοῦσα Ἀγησίλαος σχεδὸν πρώτης ἱστορίας ἐπιλήψεται, ὅτι Ἀχελῶος πάντων τῶν ποταμῶν πρεσβύτατος, ἔφη γάρ, Ὠκεανὸς γαμεῖ Τηθὺν ἑαυτοῦ ἀδελφήν, τῶν δὲ γίνονται τρισχίλιοι ποταμοί, Ἀχελῶός δὲ αὐτῶν πρεσβύτατος καὶ τελειότατος μάλιστα.

Licet abunde ista sufficiāt, ad probationem moris antiqui, quo ita loquendi usus fuit, ut Achelous commune omnis aquæ nomen haberetur: tamen his quoque & Euripidis nobilissimi tragœdiarum scriptoris addetur autoritas, quam idem Didymus grammaticus in his libris quos πραγματευμένης λέξεως *scripsit, posuit his uerbis:* Ἀχελῶον πᾶν ὕδωρ Εὐριπίδης φησὶν ἐν Ὑψιπύλῃ, λέγων γὰρ περὶ ὕδατος ὄντος σφόδρα πόρρω τῆς ἀκδρυανίας, ἐν ᾗ ἐστι ποταμὸς Ἀχελῶος φησὶ δεξιὸν μὲν ὀργυιοῦσιν Ἀχελῶος ῥόον.

Sunt in libro septimo illi uersus, quibus Hernici populi, & eorum nobilissima, ut tunc erat, ciuitas Anagnia enumerantur:

Aeneid. 7. -Quos diues Anagnia pascit,
Quos Amasene pater: non illis omnibus arma,
Nec clypei, currus ue sonant. pars maxima glandes
Liuentis plumbi spargit: pars spicula gestat
Bina manu: fuluos q; lupi de pelle galeros
Tegmen habent capiti: uestigia nuda sinistri
Instituere pedis, crudus tegit altera pero.

Hunc morem in Italia fuisse, ut uno pede calceato, altero nudo iretur ad bellum, nusquam adhuc quod sciam reperi: sed eam Græcorum nonnullis consuetudinem fuisse, locupleti autore iam palàm faciam. In qua quidem re mirari est poëtæ huius occultißimam diligentiam. Qui cùm legisset Hernicos, quorum est Anagnia, à Pelasgis oriundos, appellatosq; ita à Pelasgo quodam duce suo, qui Hernicus nominabatur: morem, quem de Aetolia legerat, Hernicis aßignauit, qui sunt uetus colonia Pelasgorum. Et Hernicum quidem hominem Pelasgum ducem Hernicis fuisse Iulius Higinus in libro secundo urbium, non paucis uerbis probat. Morem ucrò Aetolis fuisse uno tantummodo pede calceato in bellum ire, ostendit clarißimus Euripides, scriptor tragicus. In cuius tragœdia quæ Meleager inscribitur, nuntius inducitur describens, quo quisque habitu fuerit ex ducibus, qui ad aprum capiendum conuenerant. In eo hi uersus sunt:

Τελαμὼν ὁ χρυσοῦ ἀετὸν πέλτης ἔπι
Προβλημα θηρὸς, βόστρυσι δ' ἔστεφεν κάρα,
Σαλαμῖνα κοσμῶν πατρίδα τὴν δισλαίμονα.
Καὶ πρὸς ὁ μίσημ' ὀρκὰς ἀταλάντη κύνας.
Καὶ τοξ' ἔχουσα, πελέκεως ὁ δίσομος
Γένυ, πέπλ' ἀλλαχάταιθ'. οἱ δὲ θεσίᾳ
Πᾶσις τὸ λαιὸν ἴχνος ἀνάρβυλος ὠδλίος

Τὸν

Τὸν δ' ἐν πεδίλοις, ὡς ἐλαφρίζον γόνυ
Ἔχοιεν, ὅς δὴ πᾶσιν Αἰτωλοῖς νόμος.

Animaduertis diligentißimè uerba Euripidis à Marone ſeruata? Ait enim ille:

Τὸ λαιὸν ἴχνος ἀνάρβυλοι πόδος.

Et eundem pedem nudum Vergilius quoq; dixit, Veſtigia nuda ſiniſtri Inſtituere pedis. In qua quidem re, quòd uobis ſtudium noſtrum magis comprobetur, non reticebimus rem pauciſſimis notam, reprehenſum Euripidem ab Ariſtotele, qui ignorantiam iſtud Euripidis fuiſſe contendit. Aetolos enim non læuum pedem habere nudum, ſed dextrum. Quod ne affirmem potius quàm probem, Ariſtotelis uerba ponam ex libro, quem de poëtis ſecundo ſuprà ſcripſit, in quo de Euripide loquens, ait:

Τὰς δὲ θέσεις κοὐρέας τὸν μὲν ἀριστοφῶντα πόδα, φησὶν Εὐριπίδης ἐλθεῖν ἔχοντας ἀνυπόδητον, λέγει γοῦν ὅτι τὸ λαιὸν ἴχνος ἦσαν ἀνάρβυλοι· ὥστε λαιὸς, ἐν δ' ἐν πεδίλοις ὃς ἐλαφρίζον γόνυ ἔχοιεν, ὡς δὴ πᾶσι τοῦναντίον ἔθος τοῖς Αἰτωλοῖς, τὸν μὲν γὰρ δεξιὸν ὑποδοῦνται, τὸν δ' ἀριστερὸν ἀνυπόδητον, δῆλον γὰρ οἶμαι τὸν ἡγούμενον ἔχειν ἐλαφρὸν ἀλλ' ὃ τὸν ἐμμένοντα.

Cum hæc ita ſint, uidetis tamen, Vergilium Euripide autore, quàm Ariſtotele uti maluiſſe. Namut hæc ignorauerit, uir tam anxiè doctus, minimè crediderim. Iure autem prætulit Euripidem. Eſt enim ingens ei cum Græcarum tragœdiarum ſcriptoribus familiaritas: quod uel ex præcedentibus licet, uel ex his quæ mox dicẽtur, opinari.* * Ariſtoteli

De aliis locis, quos Vergilius à Græcis ſumpſerit, quarto & nono Aeneidos. CAP. XIX.

IN libro quarto in deſcribenda Eliſſæ morte, ait quod ei crinis abſciſſus eſſet, his uerſibus: Aeneid. 4.

Nondum illi flauum Proſerpina uertice crinem

Abſtul

Abstulerat, Stygioq; caput damnauerat Orco.

Deinde Iris à Iunone missa abscidit ei crinem, & ad Orcum refert. Hanc Vergilius non de nihilo fabulam fingit, sicut Aurelius, uir aliàs doctißimus, Cornutus extimat, qui adnotationem eiusmodi apposuit, his uersibus: Vnde haec historia, ut crinis auferendus sit morientibus, ignoratur. Sed assueuit poëtico more aliqua fingere, ut de aureo ramo. Hæc Cornutus. Sed me pudet quòd tantus uir, Graecarum etiam doctißimus literarum, ignorauit Euripidis nobilißimam fabulam Alcestim. In hac enim fabula, in scenam * Orcus inducitur gladium gestans, quo crinem abscidit Alcestidi, & sic loquitur:

* al. Charon

Loquitur Charon.

Πολλ' ἂν σὺ λέξας, ὠδίην' ἂν πλέον λάβοις.
Ἥδ' ἦν γυνὴ κάτεισιν εἰς ἅιδου δόμους.
Στείχω δ' ἐπ' οὐτῶ, ὡς κατάρξωμαι ξίφει.
Ἱερὸς γὰρ ὅστις τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν,
Ὅτῳ τόδ' ἔγχος κρατὸς ἀγνίσῃ τρίχα.

Proditum est, ut opinor, quem secutus Vergilius, fabulam abscindendi crinis induxerit: ἁγνίσαι autem Graecè dicũt Dijs consecrare. Vnde poëta uester ait, ex Iridis persona:

—Hunc ego Diti
Sacrum iussa fero, teq; isto corpore soluo.

Nunc quia pleraq; omnia, quæ suprà dixi, instructa autoritate Tragicorum probaui: id quoq;, quod à Sophocle tractũ est, annotabo. In libro enim quarto Vergilius Elissam facit, postquàm ab Aenea relinquitur, uelut ad Sacricolarum Sagarumq; carmina, & deuotiones fugientem: & inter cætera ait, sedandi amoris gratia herbas quæsitas, quæ æneis falcibus secarẽtur. Hæc res non ne quæstione digna est, unde Vergilio æneæ falces in mentem uenerint? Ponam itaque Vergilianos uersus, mox & inde Sophoclis,

Sophoclis, quos Maro æmulatus est:

Falcibus & messæ ad lunam quæruntur ahenis,
Pubentes herbæ, nigri cum lacte ueneni.

Sophoclis autem tragœdia id de quo quærimus, etiam titulo præfert. Inscribitur enim ῥιζοτόμοι: in qua Medeam describit maleficas herbas secantẽ: sed auersam, ne ui noxij odoris ipsa interficeretur: & succum quidem herbarum in cados æneos refundentem, ipsas autem herbas æneis falcibus execantem. Sophoclis uersus hi sunt:

Ἦ δ' ἐξοπίσω χερὸς ὄμμα πρέπουσα
Ὁπόρ' ἀρχνεφῆ σάλοντα τομῆς
Καλκείοισι κάλδοις δέχεται. Et paulò pòst:
Αἶδε καλύπτραι κίσσαι ῥιζῶν κρύπτουσι τομὰς,
Ἃς ἢ δὲ βοῶσα ἀλαλαζομένη γαμψὰ
Καλκείοισιν ὄμμα φερπάνοις.

Hæc Sophocles: quo autore sine dubio Vergilius protulit æneas falces. Omnino autem ad rem diuinam pleraque ænea adhiberi solita, multa indicio sunt: & in his maximè sacris, quibus delinire aliquos, aut deuouere, aut denique exigere morbos uolebant. Taceo illud Plautinum, cum ait: Mecum habet pagus, morbus, æs: & quod alibi Vergilius,

_Curetum sonitus, crepitantiaq; æra.

Sed Carminij curiosissimi, & docti uerba ponam: qui in libro de Italia secundo sic ait: Prius itaq; & Tuscos æneo uomere uti, cum conderentur urbes, solitos, in traiectitijs eorum sacris inuenio: & in Sabinis ex ære cultros, quibus sacerdotes tonderentur. Post hæc Carminij uerba, longum fiat, si uelim percensere, quàm multis in locis Græcorum uetustissimi æris sonos, tanquam rem ualidissimã, adhibere soliti sunt. Sed præsenti opere docuisse nos sufficit, falces

æneas

* Maroni æneas * Maronis, exemplo Græci autoris inductas.

In libro nono Vergilius posuit hos uersus:

Stabat in egregijs Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera,
Insignis facie: genitor quem miserat Arcens,
Eductum matris luco Symetia circum
Flumina, pinguis ubi implacabilis ara Palici.

Quis hic Palicus Deus, uel potius qui dij Palici, nam duo sunt, apud nullum penitus autorem Latinum quod sciam reperi: sed de Græcorum penitißimis literis hãc historiam eruit Maro. Nam primum ut Symetus fluuius, cuius in his uersibus meminit, in Sicilia est, ita & dij Palici in Sicilia coluntur: quos primum omnium Aeschylus tragicus, uir utiq; Siculus, in literas dedit. Interpretationem quoq; nominis eorum, quam Græci ἐτυμολογίαν uocant, expreßit uersibus suis. Sed priusquàm uersus Aeschyli ponam, paucis explananda est historia Palicorum. In Sicilia Symetus fluuius est. Iuxta hunc Nympha Thalia compressu Iouis grauida, metu Iunonis optauit, ut sibi terra dehisceret: quod & factum est. Sed ubi uenit tempus maturitatis infantum, quos aluo illa gestauerat, reclusa terra est, & duo infantes de aluo Thaliæ progreßi, emersérunt: appellatiq; sunt Palici, ἀπὸ τοῦ πάλιν ἰκέσθαι, quoniam prius in terram mersi, denuo inde reuersi sunt. Nec longè inde lacus breues sunt, sed immensùm profundi, aquarum scaturigine semper ebullientes, quos incolæ Crateras uocant, & nomine Dellos appellant, fratresq; eos Palicorum extimant, & habentur in cultu maximo. Præcipueq; circa exigẽdum iuxta eos iusiurandum, præsens & efficax numen ostenditur. Nam cùm furti negati, uel eiuscemodi rei fides quæritur, & iusiurandum à

suspec

ſuſpecto petitur: uterq; ab omni contagione mundi ad crateras accedũt, accepto prius fideiuſſore à perſona quæ iuratura eſt, de ſoluendo eo quod peteretur, ſi addixiſſet cuĕtus. Illhic inuocato loci numine, teſtatũ faciebat eſſe iurator, de quo iuraret. Quòd ſi fideliter faceret, diſcedebat illæſus: Si uerò ſubeſſet iureiurando mala conſciĕtia, mox in lacu amittebat uitam falſus iurator. Hæc res ita religionem fratrum commendabat, ut crateres quidem implacabiles uocarentur. Nec ſine diuinatione eſt Palicorũ templum. Nam cùm Siciliam ſterilis annus arefeciſſet, diuino Palicorum reſponſo admoniti Siculi, heroi cuidam certum ſacrificium celebrauerunt, & reuertit ubertas. Qua gratia Siculi omne genus frugum congeſſerunt in aram Palicorum. Ex qua ubertate ara ipſa pinguis uocata eſt. Hæc eſt omnis hiſtoria, quæ de Palicis eorumq; fratribus in Græcis tantummodo literis inuenitur: quas Maro, non minus quàm Latinas, hauſit. Sed hæc quæ diximus, autoritatibus approbãda ſunt. Aeſchyli tragœdia eſt, quæ inſcribitur Aetna. In hac cum de Palicis loqueretur, ſic ait:

Τί δ' ἤθεν οὐποτ' ὄνομα πέθενται βροτοί;
Σεμνὸς παλικὸς ἐνὸς ἐφίεται καλῶν.
Ἢ καὶ παλίκων εὐλόγως μένει φάτις.

Πάλιν γὰρ ἵκου' ἐκ σκότου πῦρ' ἐς φάος. Hæc Aeſchylus. Callias autĕ in ſeptima hiſtoria de rebus Siculis ita ſcribit: Ἡ δ' ἐρύκη δ' μὴν Γελῶας ὅσον ἐνενήκοντα σάδια διέσηκεν. ἐπιεικῶς δὲ χερῤῥός ἐστι τό τ' ὄρος καὶ τὸ πεδιὸν σκελῶν γεγωνυμένη πόλις, ὑφ' ἣ καὶ τὰς Συέλλας καλουμένας ἂν συμβέβηκεν. ὅτοι δὲ κρατῆρές δύο εἰσίν, οὓς ἀδελφοὺς τῶν παλίκων οἱ σικελιῶται νομίζουσι. τὰς δὲ ἀναφορὰς τῶν συμφολύγων παραπλησίας βραζούσαις ἔχουσι. Hactenus Callias. Polemon uerò in libro qui inſcribitur περὶ τῶν ἐν σικελίᾳ θαυμαζομένων

μαζομένων σωτακμῶν, sic dit: Οἱ δὲ παλίκοι προσαγορδύμμοι παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις, αὐτόχθονοι θεοὶ νομίζονται. ὑπάρχουσι δὲ τούτων ἀδελφοὶ κρατῆρες χαμαίζηλοι, προστίναι δὲ ἀγισδύοντας χρὴ πρὸς αὐτοὺς ἀπόστε παντὸς ἁγνοὺς καὶ σωφρόσας, ἔκτε καινῶν ἐνδυμάτων. Φέρεται δ' ἀπ' αὐτῶν δσμὴ βαρεῖα θεῖα, καὶ τοῖς πλησίον ἱσταμένοις καρηβάρησιν ἐμποιοῦσα δσύνην. τὸ δὲ ὕδωρ ἐσί θολερὸν, καὶ τῷ χρόᾳ ὁμοιότατον χαμαρύπῳ λοβακῷ. Φέρεται δὲ κολωνυμένου τε καὶ παφλάζοντος, οἷαι εἰσὶν αἱ δίναι τῶν ζεόντων ἀναβολάδην ὑδάτων. Φασὶ δ' εἶναι καὶ τὸ βάθος ἀπέραντον τῶν κρατήρων τούτων, ὥστε καὶ βύας ἐπτεσόντας ἠφανίδη, καὶ ζόλυγος ὁρικὸν ἐλαυνόμενον, ἐπὶ δὲ φορβάδας ἐναλλομένας ὅρκος δέ ἐσι τοῖς σκελιώτας μίσος καθημένων τῶν προκληθέντων. οἱ δὲ ὁρκωταὶ γραμμάτων ἔχοντες, ἀγορεύουσι τοῖς ὁρκυμένοις περὶ ὧν ἀπατήσουσι τὸν ὅρκον, ὁ δ' ὁρκούμενος θαλλὸν κραδαίνων, ἐστεμμένος, ἀζώνος καὶ μονοχίτων, ἐφαπτόμενος τοῦ κρατῆρος ἐξ ὑποβολῆς δίκης τὸν ὅρκον, καὶ ἂν μὴ ἐμπελῶσι τὰς ῥηθέντας ὅρκους, ἀσινὴς ἀπέισιν οἴκαδε. παραβάτης δ' γενόμενος τῶν θεῶν, ἐμποδὼν τελευτᾷ. τούτων δὲ γινομένων ἐγγυητὰς ὑπιχνοῦνται κατασήσειν τοῖς ἱερεῦσιν, ἐὰν τί νεαρὸν γένηται κάθαρσιν ὀφλισκάνουσι τοὺς περιγινομένους, περὶ δ' ὧν τούτων τοῦτον ἔκησαν παλικαινοὶ πόλιν ἐνώνυμον τούτων τῶν δαιμόνων παλικαινήν.

Hæc Polemon. Sed & Xenagoras in tertia historia sua de loci diuinatione ita scribit: Καὶ σκελῶν τ' γῆς ἀφορούσης, ἔθυσάν τινι ἥρωϊ, προστάξαντος αὐτοῖς τοῦ ἐκ παλικῶν χρησηρίου, καὶ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τ' εὐφορίας, πολλοῖς δώροις κρατῆρα βωμὸν τῶν παλικῶν ἐνέπλησαν.

Absoluta est (existimo) & autoribus idoneis asserta explanatio Vergiliani loci: quem literatores nostri nec obscurum putant, contenti uel ipsi scire uel insinuare discipulis, Palicum Dei esse cuiusdam nomen. Quis sit autem

Deus

Deus iste, uel unde sit dictus, tam nesciunt, quàm scire nolunt: quia nec ubi quærant suspicantur, quasi Græcæ lectionis expertes.

De Gargaris & Mysia ex primo Georgicon.

CAPVT XX.

NEc illos uersus relinquemus intactos, qui sunt in primo γεωργικῶν:

Humida solstitia, atq; hyemes orate serenas,
Agricolæ, hyberno lætissima puluere farra,
Lætus ager, nullo tantum se Mysia cultu
Iactat, & ipsa suas mirantur Gargara messes.

Sensus hic cum uideatur obscurior, pauloq; perplexius, quàm poëtæ huius mos est, pronuntiatus, tamen habet in se animaduertendam quæstionem ex Græca antiquitate uenientem, quæ sint ista Gargara, quæ Vergilius esse uoluit fertilitatis exemplar. Gargara hæc igitur sunt in Mysia, quæ est Hellesponti prouincia. Sed significatio nominis, & loci duplex est. Nam & cacumen montis Idæ, & oppidum sub eodem mõte hoc nomine uocantur. Homerus significationem cacuminis ita posuit:

Ἴλιην δ' ἱκάνεν πολυπίδακα μητέρα θηρῶν Iliad. 8
Γάργαρον.

Hic Gargarum pro excellentissimo montis loco accipi conuenire & ipse sensus indicium facit, nam de Ioue loquitur. Sed & alibi, eodem Homero teste, manifestius exprimitur.

Ὣς ὃ μὲν ἀτρέμας εὗδε πατὴρ ἐν χερσὶν ἄκρῃ,

Et Epicharmus uetustissimus poëta in fabula quæ inscribitur, Troës, ita posuit:

Ζεὺς ἄνα ναιὼν γάργαρ' ἀγάννιφα.

Ex his liquidò claret, Gargara cacumen Idæmontis appellitari.

pellitari. Pro oppido autem Gargara qui dixerint, enumerabo. Ephorus notißimus historiarum ſcriptor, in libro quinto ſic ait:

Μετὰ δὲ τοῦτον ἔστι Γάργαρα πλησίον πόλις.

Nec Ephorus ſolus, ſed etiam Phileas uetus ſcriptor, in eo libro qui inſcribitur Aſia, ita meminit:

Μετὰ δὲ Κάσον πόλις ἐστὶν ὄνομα Γάργαρα,
Ταύτης ἔχεται Ἄνταν δρος.

Arati etiam liber Elegion fertur, in quo de Diotimo quodam poëta ſic ait:

Αἰνίζω Διότιμον ὃς ἐν πετρῆσι κάθηται
Γαργαρέων παῖσι βίοτα καὶ ἄλφα λέγων.

Ex his uerſibus etiam cuium nomen innotuit, quia Gargares uocantur. Cùm igitur conſtet, Gargara nunc pro montis cacumine, nunc pro oppido ſub eodem monte poſito accipienda: Vergilius non de ſummo monte, ſed de oppido loquitur. Cur tamen Gargara poſuerit, ut locum frugum feracem, requiramus. Et omnem quidem illam Myſiam opimis ſegetibus habitam ſatis conſtat, ſcilicet ob humorem ſoli. Vnde Vergilius in ſupradictis uerſibus cum dixiſſet, Humida ſolſtitia, intulit, Nullo tantum ſe Myſia cultu Iactat: * atque diceret: Omnis regio quæ opportunos habuerit humores, æquiparabit fœcunditates aruorum Myſiæ. Sed Homerus cùm ait: Ἴδην δ' ἱκανε πολυπίδακα: humidum deſignat ſubiacentem monti agrum. Nam polypidaca ſignificat fontibus abundantem. Vnde hæc Gargara tanta frugum copia erant: ut qui magnum cuiuſque rei numerum uellet exprimere, pro multitudine immenſa, Gargara nominaret. Teſtis Alcæus, qui in Cœlo tragœdia ſic ait:

Ἐπύγχανον μὲν ἀχθόεν πλέϊστος φέρων

* atq; ſi dicceret

Εἰς τὸν

Εἰς πῶν ἐφρτῶν ὅσσον οἷον εἰκασαι
Ὄρῶ δ' ἄνωθεν γάργαρ' ἀνθρώπων κυκλῶ.

Gargara (ut uidetis) manifestè posuit, pro multitudine. Nec aliter Aristomenes ἐν μύθοις, ἐνδὲν γὰρ ἡμῖν ἐστὶν οὐσ-φδὲν γάργαρα. Aristophanes autem comicus composito nomine ex arena & Gargaris, innumerabilem (ut eius lepos est) numerum conatur exprimere. In fabula enim Acharnensium ait:

Ὅσα δὴ δέδηγμαι πῶν ἐμαυτὸν καρδίαν.
Ἥδιω δὲ βαιὰ. πάνυ δὲ βαιά. τέτταρα.
Ἄ δ' ὠδωνήθην, ψαμμοκισποτάργαρα.
Φέρ' ἴδω πόσ' ἡδίω ἄξιον χαρησόν.

*Arenam autẽ seorsum pro multis Varro sæpe in Menip peis suis posuit. Sed Aristophanes adiecit Gargara, ad significationem numerositatis innumeræ. Est ergo secundum hæc sensus horum uersuum talis: Cum ea sit anni temperies, ut hyems serena sit, solstitium uerò imbricum: fructus optimè proueniunt. Hæc autem adeò agris necessaria sunt: ut sine ijs, nec illi natura fœcundissimi Mysiæ agri responsuri sint opinioni fertilitatis, quæ de his habetur. Addit Mysiæ nominatim Gargara: quòd ea urbs posita in imis radicibus Idæ montis, defluentibus inde humoribus irrigetur: positóq; uideri, solstitiales imbres non magnopere desiderare. Hoc in loco ad fidem sensui faciendam, quòd uliginosa sint non sola Gargara prouinciæ montis, sed & uniuersæ Mysiæ arua, adhiberi potest testis Aeschylus: Μύσοι ἐπιῤῥοαί. Quid de Græcis in hoc loco traxerit, diximus. Addemus præterea hoc cum iucunditatis gratia: & ut liqueat Vergilium nostrum undique ueterum sibi ornamenta traxisse, unde hoc dixerit:

*ψαμμακόσια

–Hyberno lætissima puluere farra.

In libro enim uetustißimorum carminum, qui ante omnia quæ à Latinis scripta sunt, compositus ferebatur, inuenitur hoc rusticum uetus canticum: Hyberno puluere, uerno luto, grandia farra Camille metes.

De poculorum generibus. CAP. XXI.

Ex diuersis Vergilij locis.

NOmina poculorum Vergilius plerunq; Græca ponit, ut carchesia, ut cymbia, ut cantharos, scyphos.

De carchesijs ita:

–Cape Mæonij carchesia Bacchi,
Oceano libemus, ait. Et alibi:
Hic duo rite mero libans carchesia Baccho.

De cymbijs:

Inferimus tepido spumantia cymbia lacte.

De cantharo:

Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.

De scyphis:

Et sacer impleuit dextram scyphus.

Poculorũ uaria genera.

Ea autem cuius figuræ sint, quis ue eorum fecerit mentionem, nemo quærit: contenti scire, huiusmodi esse pocula. Et scyphos quidem, cantharosq; consueta uulgi nomina, ferendum si transeant. Sed de carchesijs, cymbijsque quæ apud Latinos haud scio an unquam reperias, apud Græcos autem sunt rarißima, non uideo cur non cogantur inquirere, quid sibi noua, & peregrina Græca nomina uelint. Est autem carchesium poculum Græcis tantummodo notum. Meminit eius Pherecydes in libris historiarũ: aitq; Iouem Alcumenæ pretium cõcubitus carchesium aureum dono dedisse. Sed Plautus insuetum nomen reliquit, aitq; in fabula Amphitryone, paterã datam: cùm longè utriusq; poculi figura diuersa sit. Patera enim, ut & ipsum nomẽ indicio est, planum ac patens est, Carchesium uerò procerum.

Carchesium.

Patera.

rum, & circa mediam partem compressum, ansatum mediocriter, ansis à summo ad infimum pertingẽtibus. Asclepiades autẽ, uir inter Græcos apprimè doctus ac diligẽs, carchesia à nauali re existimat dicta. Ait enim naualis ueli partem inferiorem Pateram uocari: at circa mediam ferme partem πάχηλον dici, summam uerò partem Carchesium nominari: & inde diffundi in utrunq; ueli latus, eaq; cornua uocantur. Nec solus Asclepiades meminit huius poculi, sed & alij illustres poëtæ, ut Sappho, quæ ait:

Κοινᾶ δ' ἄρα πάντες καρχήσι' ἔχον,
Καὶ ἔλειβον. ἐράσανθ' ὐμμέων

Εσλὰ γὰμβρῶ. Cratinus:

Θύρσον, κροκωτὸν ποικίλον καρχήσιον.

Sophocles, in fabula quæ inscribitur Tyro:

Πρὸς τῷ πράπεζαν φάσκων
Προσελήλυθέναι τὸν ἐράσνοντας καὶ
Γένεσθ' περὶ τὰ σπλᾶ καὶ τὰ
Καρχήσια.

Hæc de carchesijs ignoratis Latinitati, & à sola Græcia celebratis. Sed nec cymbia in nostro sermone reperies. Est enim à Græcorum paucis relatum. Philemon notißimus comicus in Phasmate ait:

Επεὶ δ' ὑπόλιθ' κυμβύον ἀκράτου
Κατασίσεκεν ὑμῖν ἄνω.

Anaxandrides etiam comicus in fabula ἐν ἀγροίκοις:

Μεγάλ' ἴσως ποτήρια, προπινόμενα
Καὶ μετ' ἀκράτου
Κυμβί' ἐκάρωσεν ὑμᾶς. *ἐκάκωσεν

Meminit eius & Demosthenes in oratiõe, quæ est ῑ Midiã: ἐπ' ἀσράβης δ' ὀχούμενοι ἐξ ἀργυρᾶς εὐβοϊκὰς χλανίδας λέ καὶ κύμβια ἔχον, ὧν ἐπελαμβάνουθ' οἱ πενπκοσολόγοι.

Cymbia autem hæc (ut ipsius nominis figura indicat) diminutiuè à cymba dicta: quod & apud Græcos, & apud nos ab illis trahentes, nauigij genus est. Ac sanè animaduerti ego apud Græcos multa poculorum genera à re nauali cognominata, ut carchesia suprà docui, ut hæc cymbia, pocula procera, ac nauibus similia. Meminit huius poculi Eratosthenes, uir lōgè doctissimus, in epistola ad Agetorem Lacedæmonium, his uerbis:

In antiquo sequētia citantur in hūc modum: κρατῆρα παρέσχοσαν οὐκ ἀργυροῦν οὐδὲ λιθοκόλλητον, ἀλλὰ τῆς καλλιάδος ξύλου τορνεύσαντες ἐπὶ πολὺ δὲ ὁ σάκις ἐπὶ πολὺ μὲν ἐποιήσαντο ἀφ' οὗ θεοῖς ἀνεκόσμουν ἀφ' οὗ δὲ βάπτουσι τὸ κυμβίον. Est autem totus locus expositū ab Athenæo in 11.

Θαυμάζουσι δ' οἱ ἀμφὶ καὶ πῶς κύαθον μὴ κεκτημένῳ, ἀλλὰ κυμβίον μόνῳ φιάλῃ προσεκέκτητο, δοκεῖ δή μοι, ἃ μὲν τῆς τ' ἀνθρώπων χρείας ἕνεκα, ἃ δ' τῆς τ' θεῶν τιμῆς ἐς τὰ κτῆσιν πρόφελη φέναι. Fuerūt qui cymbium à cissymbio per syncopam dictum extimauerunt. Cissymbij autem (ut de Homero taceam, qui hoc poculum Cyclopi ab Vlysse datum memorat) multi faciunt mētionem: uoluntq; nonnulli propriè cissymbium ligneū esse poculum ex hedera, id est, κυανοῦ. Et Nicāder qdā Colophonius in 1. *Aetolicō sic ait:

Ἐν τῇ ἱστοσοφίᾳ τοι διδυμαίης Διὸς κισσοῦ ἀπονοσφισθέντος πετάλοισιν. Ὅτεν τὰ λοιχαῖα ἐκπώματα κισσύβια φωνέατ.

*Hyalicon Sed & Callimachus memnit huius poculi:

Καί γάρ ὁ θρηϊκίλιν μὲν ἀπήνατο χαυλιόν ἄμυσιν
Ζωροποτεῖν. ὀλίγῳ δὲ ἥλιξο κισσυβίῳ
Τῷ μὲν ἐγὼ τό δ' ἔλεξα περισσέχονθος ἀλείσῃ
Τὸ πρίαμον.

Qui autem cissymbium ex hedera factum poculum οἰονεὶ κισσινὸν dici arbitrantur, Euripidis autoritate niti uidentur, qui in *Andromeda sic ait:

* Andromacha

Πᾶς ὁ ῳκισμένων ἔρρει λεώς
Ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφον,
Πόνων ἀναψυκτῆρ', ὁ δ' ἀμπέλων γάνος.

Cantharus. Hæc de cymbio. Sequitur ut quando cantharū & poculi, & naui

& nauigij genus esse suprà diximus, probetur exẽplis. Et pro poculo quidem nota res est, uel ex ipso Vergilio, qui aptißimè propriũ Liberi patris poculum aßignat Sileno. Sed id, ut suprà polliciti sumus, etiam pro nauigio poni solitum, debemus ostendere. Menander in Nauclero:

Ηκει λιπὼν ἀιγιάλων ἅλμυρὸν βάθος
Θεόφιλος, ἡμῖν ὦ στρατων, ὡς ἐγκαλόν,
Τὸν ἦθον εὐπνχοῦντα καὶ σεσωσμένον
Προδοὺς δ' ἐγὼ θι πόν δ' ἐχρύσων κάνθαρον,
Ποῖον, πλοῖον, ὃ μ' οἶδα σ' ἀθλιε.

Et sacer impleuit dextram scyphus. Scyphus Herculis poculum est, ita ut Liberi patris cantharus. Herculem uerò fictores ueteres non sine causa cum poculo fecerunt: & nonnunquam quassabundum, & ebrium: non solum quòd is heros bibax fuisse perhibetur, sed etiam quòd antiqua historia est, Herculem poculo tanquam nauigio uentis immensa maria transisse. Sed de utraque re pauca ex Græcis antiquitatibus dicam. Et multibibum heroa istum fuisse, ut taceam quæ uulgo nota sunt, illud non obscurum argumentum est, quòd Ephippus in Busiride inducit Herculem sic loquentem: ὃς οἶδα μ' ὄντα πρὸς θεῶν, πρύνθιον, ὀργᾶδος, οἱ μεθύοντες ἀιὲν τὰς μάχας πάσας μάχον. Scyphus.

Est etiam historia nõ adeò notißima: nationem quandam hominum fuisse prope Heracleam ab Hercule constitutam Cylicranorum: compoßito nomine, ἀπὸ τ κύλικος, quod poculi genus nos una litera immutata calicem dicimus. Poculo autem Herculem uectum, ad Ἑσπερίαν Hißpaniæ insulã nauigaßse, & *Panyasis egregius scriptor Græcorum dicit, & Pherecides autor est: quorum uerba subdere superfedi, quia propiora sunt fabulæ, quàm historiæ. Ego tamen arbitror nõ poculo Herculem maria transCalix. *Pimastis

uectum, sed nauigio cui scypho nomen fuit: ita ut suprà cantharum, & carchesium, & à cymbis deriuata cymbia, omnia hec asseruimus esse nauigiorum uocabula.

De aliis quibusdam locis Vergilii. CAP. XXII.

NOmina quoq; Vergilius nonnunquam & ex antiquissimis Græcorum historijs mutuatur. Scitis apud illum unam ex comitibus Dianæ Opin uocari. Quod nomen uulgò fortasse temere impositum, uel etiã fictum putatur ab ignorantibus, ingeniosum poëtam, cognomen, quod à ueteribus Græcis scriptoribus ipsi Dianæ fuerat impositum, comiti eius assignare uoluisse: Sed Vergilius sic ait:

Velocem interea superis in sedibus Opin
Vnam ex uirginibus socijs sacraq; caterua
Compellabat, & has tristis Latonia uoces
Ore dabat. Et infrà:
At triuiæ custos iandudum in montibus Opis.

Opin, inquit, comitem & sociam Dianæ. Sed audite unde Vergilius hoc nomen acceperit: qui (ut dixi) quod epitheton ipsius sæ legerat, sociæ eius imposuit. Alexander Aetolus, poëta egregius, in libro qui inscribitur Musæ, refert quanto studio populus Ephesius dedicato templo Dianæ curauerit præmijs propositis, ut qui tunc erant poëtæ ingeniosissimi, in Deam carmina diuersa componerent. In his uersibus Opis non comes Dianæ, sed Diana ipsa uocata est. Loquitur autem (ut dixi) de populo Ephesio.

Αλλ' ὅτε πευθόμην πάγχυ γραυχθίσι μελέσσι
Τιμόθεον κιθάρης ἴδμονα καὶ μελέων
Ἰὸν θερσάνορον τὸν ἤνεσεν αὐέρα σήλων
Χρυσείων ἱερὴν πάντοτε χιλιάδα
Ὑμνῆσαι ταχέων ὤπιν ῥητῆρα ὀϊστῶν.

Appa

Apparuit, ni fallor, Opin Dianam dictam, & Vergilium de nimia doctrina hoc nomen in eius comitem transtulisse.

Excessere omnes adytis arisq; relictis Dij.

Hoc unde Vergilius dixerit, nullus inquirit, sed constat illum de Euripide traxisse, qui in fabula Troadibus inducit *Apollinem, cùm Troia capienda esset, ista dicentem: *Neptunum

Εγὼ μὲν νικῶμαι χὰρ ὀργείας θεᾶς
Ηρας, ἀθάνας θ' ἁὶ σωτεξεῖλον φρύγας,
Λείπω τὸ κλεινὸν Ἴλιον, βωμούς τ' ἐμούς.
Ερημία χὰρ πόλιν ὅταν λάβῃ κακή,
Νοσεῖ τὰ τ' θεῶν, ὅλὲ τιμᾶσθ' θέλει.

In antiq. citatur initiũ modo tertij uersus: λείπω τὸ κλεινὸν Ἴλιον, quæ sunt Neptuni uerba apud poëtam.

Qui uersus docent unde Vergilius usurpauerit discessisse Deos à ciuitate iam capta. Nec hoc sine autoritate Græcæ uetustatis est, quod ait:

Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem.

Euripides enim inducit Mineruam uentos contra Græcorum classem à Neptuno petentem, dicentemq; debere illum facere, quod Iupiter fecerit, à quo in Græcos fulmen acceperit.

Apud Vergilium Pan niueo lanæ munere Lunam illexisse perhibetur, in nemora alta uocans: Munere sic niueo lanæ, si credere dignum est, & reliqua. In hoc loco Valer. Probus, uir perfectißimus notat, nescire se hanc historiam siue fabulam, quo referat autore. quod tantum uirum fugisse miror. Nam Nicander huius est autor historiæ, poëta, quem Didymus grãmaticorum omnium quiq; sint, quiq; fuerint, instructißimus, fabulosum uocat. Quod sciẽs Vergilius adiecit, Si credere dignũ est: adeò se fabuloso usum autore fatetur. In tertio libro cursim legitur, neq; unde translatum sit, quæritur:

Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo

Prædixit, &c.

In talibus locis grãmatici excusantes imperitiam suam, inuentiones has ingenio magis, quàm doctrinæ Maronis assignant: nec dicunt eum ab alijs mutuatum, nec nominare autores cogantur. Sed affirmo doctissimum uatẽ etiam in hoc Aeschylum eminentissimum tragœdiarum scriptorem secutum, qui in fabula, quæ Latina lingua Sacerdotis inscribitur, sic ait:

Στέλλου ὅπως τάχιστα ταῦτα γὰρ
Ζεὺς ἐγκαθίει λῃξία θεσπίσματα. Et alibi:
Πατρὸς προφήτης ἐσὶ λῃξίας Διός.

Ecquid clarum factum, inde sumpsisse Vergilium, quod Apollo ea uaticinetur, quæ sibi Iupiter fatur? Probatum'ne uobis est, Vergilium, ut ab eo intelligi non posset, qui sonum Latinæ uocis ignorat: ita nec ab eo posse, qui Græcam non hauserit, extremæ satietate, doctrinam? Nam si fastidium facere non timerem, ingentia poteram uolumina his quæ à penitissima Græcorũ doctrina transtulisset, implere. Sed ad fidem rei propositæ, relata sufficient.

FINIS LIBRI QVINTI.

MAC

MACROBII AV.
RELII THEODOSII
uiri consularis & illustris, Saturnaliorum liber sextus.

Quos uel ex dimidio sui, uel solidos etiã uersus, ab antiquis Latinis poëtis sit mutuatus Vergilius. CAP. I.



HIC Prætextatus: Mirum, inquit, in modum digessit Eustathius, quæ de Græca antiquitate carmini suo Vergilius inseruit. Sed meminimus uiros inter omnes nostra ætate longè doctissimos, Furium, Cecinnamq; Albinum, promisisse se prodituros, quid idem Maro de antiquis Romanis scriptoribus traxerit. Quod nunc ut fiat, tempus admonet. Cumq; omnibus idem placeret, tum Furius Albinus: Etsi uereor, ne dum ostendere cupio, quantum Vergilius noster ex antiquorum lectione profecerit: & quos ex omnibus flores, uel quæ in carminis sui decorem ex diuersis ornamenta libauerit: occasionem reprehendendi uel imperitis, uel malignis ministrem: exprobrantibus tanto uiro alieni usurpationem: nec considerantibus, hunc esse fructum legendi, æmulari ea quæ in alijs probes: & quæ maximè inter aliorum dicta mireris, in aliquem usum tuum opportuna deriuatione conuertere: quod & nostri tam inter se, quàm à Græcis, & Græcorum excellentes inter se sæpe fecerũt. Et ut de alienigenis taceã, possem pluribus edocere, quantum se mutuò compilarint bibliothecæ ueteris autores. Quod tamen opportunè aliâs (si uolentibus uobis erit) probabo. Vnum nunc exemplum proferam, quod ad probanda

banda, quæ asſero, penè ſufficiet. Afranius enim togatarũ ſcriptor, in ea togata, quæ Compitalia inſcribitur, non inuerecundè reſpondens arguentibus, quòd plura ſumpſiſſet à Menandro: Fateor, inquit, ſumpſi, non ab illo modò, ſed ut quiſq; habuit, quod conueniret mihi, quodq; me nõ poſſe melius facere credidi: etiam à Latino. Quòd ſi hæc ſocietas, & rerum communio, poëtis, ſcriptoribusq; omnibus inter ſe exercenda conceſſa eſt, quis fraudi Vergilio uortat, ſi ad excolendum ſe quædam ab antiquioribus mutuatus ſit? Cui etiam gratia hoc nomine eſt habenda, quòd nõnulla ab illis in opus ſuum, quod æternò manſurum eſt, transferendo, fecit ne omnino memoria ueterum deleretur: quos (ſicut præſens *tempus oſtendit) non ſolum neglectui, uerùm etiam riſui habere iam cœpimus. Deniq; & iudicio transferendi, & modo imitandi, conſecutus eſt: ut quod apud illum legerimus alienum, aut *illius eſſe malimus: aut melius hîc quàm ubi natum eſt, ſonare mireamur. Dicam itaq; primum, quos ab alijs traxit uel ex dimidio ſui uerſus, uel penè ſolidos: poſt hoc locos integros cum parua quadam mutatione translatos: ſenſus ue ita tranſcriptos, ut unde eſſent eluceret: immutatos alios, ut tamen origo eorum non ignoraretur. Poſt hæc, quædam de his, quæ ab Homero ſumpta ſunt, oſtendam non ipſum ab Homero tuliſſe, ſed prius alios inde ſumpſiſſe: & hunc ab illis, quos ſine dubio legerat, tranſtuliſſe.

*ſenſus

*aliud

Vergilius:

Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox.

Ennius in ſexto:

Vertitur interea cœlum cum ingentibus ſignis.

Vergilius:

Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Ennius

Ennius in primo:

Qui cœlum uersat stellis fulgentibus aptũ. Et in tertio:
Cœlum prospexit stellis fulgentibus aptũ. Et in *nono: *decimo
Hic nox præcesßit stellis ardentibus apta.

Vergilius:

Conciliumq; uocat Diuûm pater atq; hominum rex.

Ennius in sexto:

Tum cum corde suo Diuûm pater atq; hominum rex,
Effatur.

Vergilius:

Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt.

Ennius in primo:

Est locus, Hesperiam quam mortales perhibebant.

Vergilius:

Tuq; ô Tybri tuo genitor cum flumine sancto.

Ennius in primo:

Teq; pater Tyberine tuo cum flumine sancto.

Vergilius:

Accipe, daq; fidem. sunt nobis fortia bello Pectora.

Ennius in primo:

Accipe, daq; fidem, fœdusq; feri bene firmum.

Vergilius:

Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

Ennius in primo:

Cum Superûm lumen nox intempesta teneret.

Vergilius:

Tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas
Persolues.

Ennius in primo:

Nec pol homo quisquam faciet iam impunè animatus
Hoc, nisi tu: nam mi calido das sanguine pœnas.

Vergil

Vergilius:

_Concurrunt undiq; telis Indomiti agricolæ.

Ennius in tertio:

Postquàm defessi sunt, stant, & spargere sese
Hastis, ansatis concurrunt undiq; telis.

Vergilius:

_Summa nituntur opum ui.

Ennius in quarto:

Romani scalis summa nituntur opum ui. Et in XVI.
Reges per regnum, statuasq; sepulchraq; quærunt.
Aedificant nomen, summa nituntur opum ui.

Vergilius:

Et mecum ingentis oras euoluite belli.

Ennius in sexto:

Quis potis ingentis oras euoluere belli?

Vergilius:

Nequa meis dictis esto mora, Iuppiter hac stat.

Ennius in septimo:

Non semper uestra euertit, nunc Iuppiter hac stat.

Vergilius:

Inuadunt urbem somno, uinoq; sepultam.

Ennius in octauo:

Nunc hostes uino domiti, somnoq; sepulti.

Vergilius:

Tollitur in cœlum clamor, cunctiq; Latini.

Ennius in decimoseptimo:

Tollitur in cœlum clamor tum exortus utrisq;.

Vergilius:

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

Ennius in sexto:

Explorant Numidæ, totam quatit ungula terram.

Et in

Et in octauo:

Cùm sequitur, summo sonitu quatit ungula terram.

Et in decimoseptimo:

It eques, & plausu caua concutit ungula terram.

Vergilius:

Vnus qui nobis cunctando restituit rem.

Ennius in duodecimo:

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Vergilius:

Corruit in uulnus, sonitum super arma dederunt.

Ennius in decimosexto:

Concidit, & sonitum simul insuper arma dederunt.

Vergilius:

Et iam prima nouo spargebat lumine terras.

Lucretius in secundo:

Cùm primum aurora respergit lumine terras.

Vergilius:

Flammarum longos à tergo inuoluere tractus.

Lucretius in secundo:

Non'ne uides longos flammarum ducere tractus?

Vergilius:

_Ingeminant abruptis nubibus ignes.

Lucretius in secundo:

Nunc hinc, nunc illhinc abruptis nubibus ignes.

Vergilius:

_Belli simulachra ciebat.

Lucretius in secundo:

Componunt, complent, belli simulachra cientur.

Vergilius:

_Simulachraq; luce carentum.

Lucret

Lucretius in quarto:

–Cùm sæpe figuras
Contuimur miras, simulachráq; luce carentum.

Vergilius:

Asper acerba tuens retrò redit.

Lucretius in quinto:

Asper acerba tuens immani corpore serpens.

Vergilius:

Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Furius in primo Annalium:

Interea Oceani linquens Aurora cubile.

Vergilius:

Quod genus hoc hominũ? quæue hunc tam barbara morẽ
Permittit patria?

Furius in sexto:

Quod genus hoc hominum Saturno sancte create?

Vergilius:

Rumoresq; serit uarios, ac talia fatur.

Furius in decimo:

Rumoresq; serunt uarios, ac multa requirunt.

Vergilius:

Nomine quenq; uocans, reficitq; in prælia pulsos.

Furius in decimo:

quenq; Nomine quoq; ciet, dictorum tempus adesse
Commemorat. Deinde infrà:
Confirmat dictis, simul atq; excuscitat acreis
Ab bellandum animos, reficitq; ad prælia mentes.

Vergilius:

Dicite Pierides, non omnia possumus omnes.

*Lucilius *Lucretius in quinto:

Maior erat natu, non omnia possumus omnes.

Verg

Vergilius:

Diuersi circunspiciunt, hoc acrior idem.

Pacuuius in Medea.

Diuersi circunspicimus, horror percipit.

Vergilius:

Ergo iter incœptum peragunt rumore secundo.

Sueuius in libro quinto:

Redeunt, referuntq; petita rumore secundo.

Vergilius:

Nunquàm hodie effugies, ueniam quocunq; uocaris.

Næuius in equo Troiano:

Nunquàm hodie effugies, quin mea manu moriare.

Vergilius:

Vendidit hic auro patriam, dominumq; potentem
Imposuit: fixit leges pretio, atq; refixit.

Varius de Morte:

Vendidit hic Latium populis, agrosq; Quiritum
Eripuit: fixit leges pretio, atq; refixit.

Vergilius:

Vt gemma bibat, & Sarano dormiat ostro.

Varius de Morte:

Incubet & Tyrijs, atq; ex solido bibat auro.

Vergilius:

Talia secla suis dixerunt currite fusis.

Catullus:

Currite ducentes subtegmina, currite fusi.

Vergilius:

Felix heu, nimium felix *ni littora tantum *si
Nunquàm Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.

Catullus:

Iuppiter omnipotens, utinam non tempore primo

Gnosia Cecropiæ tetigissent littora puppes.

Vergilius:

–Magna ossa, lacertosq; Extulit.

*Lucilius *Ennius in decimoseptimo:

–Magna ossa, lacertiq; Apparent homini.

Vergilius:

–Placidam per membra quietem Irrigat.

Furius in primo:

–Mitemq; rigat per pectora somnum. Et,

Lucretius in quarto:

Nunc quibus ille modis somnus per mẽbra quietẽ Irrigat.

Vergilius:

–Camposq; liquentes.

Lucretius in sexto de mari simile:

–Et liquidam molem, camposq; natantes.

Vergilius:

–Et geminos duo fulmina belli Scipiadas.

Lucretius in tertio:

Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror.

Vergilius:

–Et ora Tristia tentantum sensu torquebit amaror.

Lucretius in secundo:

–Fœdo pertorquent ora sapore.

Vergilius:

Morte obita qualeis fama est uolitare figuras.

Lucretius in primo:

Cernere uti uideamur eas, audireq; coràm,
Morte obita, quorum tellus amplectitur ossa.

Hinc est & illud Vergilianum:

Et patris Anchisæ gremio complectitur ossa.

Verg

Vergilius:

-Ora modis attollens pallida miris.

Lucretius in primo:

Sed quædam simulachra modis pallentia miris.

Vergilius:

Tum gelidus toto manabat corpore sudor.

Ennius in decimosexto:

Tunc timido manat ex omni corpore sudor.

Vergilius:

Labitur uncta uadis abies.

Ennius in decimoquarto:

Labitur uncta carina, uolat super impetus undas.

Vergilius:

-Ac ferreus ingruit imber.

Ennius in octauo:

Hastati spargunt hastas, fit ferreus imber.

Vergilius:

-Apicem tamen incita summum Hasta tulit.

Ennius in decimosexto.

Tamen inde uolans secum abstulit hasta Insigne.

Vergilius.

Puluerulentus eques furit, omnes arma requirunt.

Ennius in sexto.

Balatum pecudes quatit, omnes arma requirunt.

Vergilius.

Nec uisu facilis, nec dictu affabilis ulli.

Actius in Philoctete.

Quem neq; tueri contrà, neq; affari queas.

Vergilius.

Aut spolijs ego iam raptis laudabor opimis,
Aut leto insigni.

Accius in armorum iudicio.

Nam trophæum ferre me à forti uiro, pulchrum est.
Si autem & uincar: uinci à tali, nullum est probrum.

Vergilius.

_Nec, si miserum fortuna Sinonem
Finxit: uanum etiam mendacemq; improba finget.

Accius in Telepho.

Nam si à me regnum fortuna, atq; opes
Eripere quiuit, & uirtutum nequiuit.

Vergilius.

Disce puer uirtutem ex me, uerumq; laborem:
Fortunam ex alijs.

Accius in armorum iudicio.

Virtuti is par, dispar fortunis patris.

Vergilius.

_Iamiam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.

Actius in Antigona.

Iamiam neq; Dij regunt,
Neq; profectò Deûm summus rex omnibus curat.

Vergilius.

Nũ capti potuere capi? num incẽsa cremauit Troia uiros?

Ennius in 10. cum de Pergamis loqueretur.

Quæ neq; Dardanijs campis potuere perire:
Nec cùm capta, capi: nec cùm combusta, cremari.

Vergilius.

Multi prætereà, quos fama obscura recondit.

Ennius in Alexandro.

Multi alij aduentant, paupertas quorum obscurat nomina.

Vergilius.

Audentes fortuna iuuat.

Ennius

Ennius in septimo.

Fortibus est fortuna uiris data.

Vergilius.

Recoquunt patrios fornacibus enses:
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.

Lucretius in 5.

Inde minutatim processit ferreus ensis,
Versaq; in *obscurum species est falcis ahenæ. *obscœnum

Vergilius.

Pocula sunt fontes liquidi, atq; exercita cursu Flumina.

Lucretius in 5.

Ad sedare sitim fluuij fontesq; uocabant.

Vergilius.

Quos rami fructus, quos ipsa uolentia rura
Sponte tulere sua, carpsit.

Lucretius in 5.

Quod sol, atq; imbres dederant, quod terra crearat
Sponte sua: satis id placarat pectora donum.

Quos locos aut integros, aut paucis admodum immutatis, ex antiquis Latinis scriptoribus Vergilius transtulerit: quosq; ita mutauerit, ut origo tamen eorum facilè deprehendatur. CAP. II.

POst uersus ab alijs, uel ex integro, uel ex parte translatos: uel quædam immutando uerba, tanquam succo alio tinctos: nunc loculos locis componere sedet animo: ut unde formati sint, quasi de speculo, cognoscas.

Vergilius.

Nec sum animi dubius, uerbis ea uincere magnum
Quàm sit, & angustis hunc addere rebus honorem.
Sed me Parnasi deserta per ardua dulcis
Raptat amor: iuuat ire iugis, quà nulla priorum

Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo.

Lucretius in 1.

Nec me animi fallit, quàm ſint obſcura, ſed acri
Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor:
Et ſimul incuſſit ſuauem mi in pectus amorem
Muſarum, quo nunc inſtinctus mente uigenti,
Auia Pieridum peragro loca, nullius antè Trita ſolo.

Accipe & alterum locũ Maronis, illi unde traxerat comparandum: ut eundem colorem, ac penè ſimilem ſonum loci utriuſque reperias.

Vergilius:

Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis
Manè ſalutantum totis uomit ædibus undam:
Nec uarios inhiant pulchra teſtudine poſtes. Et mox:
At ſecura quies, & neſcia fallere uita,
Diues opum uariarum: at latis otia fundis,
Speluncæ, uiuiq; lacus: at frigida Tempe,
Mugituſq; boum, mollesq; ſub arbore ſomni.
Non abſunt illhic ſaltus, ac luſtra ferarum:
Et patiens operum paruoq; aſſueta iuuentus.

Lucretius in 2.

Si non aurea ſunt iuuenum ſimulachra per ædes,
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis ut ſuppeditentur,
Nec domus argento fulgens, auroq; renidens,
*tecta Nec citharam reboant laqueata, auratáq; *templa:
Cùm tamen inter ſe proſtrati in gramine molli,
Propter aquæ riuum, ſub ramis arboris altæ,
Non magnis opibus iucundè, corpora curant:
Præſertim cum tempeſtas arridet, & anni
Tempora conſpergunt uiridanteis floribus herbas.

Vergil

Vergilius in Georg.

Non umbræ altorum nemorum, non mollia possunt
Prata mouere animum: non qui per saxa uolutus
Purior electro campum petit amnis.

Lucretius in 2.

Nec teneræ salices, atq; herbæ rore uigentes,
Fluminaq; ulla queunt summais labentia ripis
Oblectare animum, subitamq; auertere curam.

Ipsius uerò pestilentiæ, quæ est in tertio Georgicon, color totus, & liniamenta penè omnia tracta sunt de descriptione pestilentiæ, quæ est in sexto Lucretij. Nam Vergiliana incipit:

Hic quondam morbo cœli miseranda coorta est
Tempestas: totoq; autumni incanduit æstu:
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum.

Lucretij uerò sic incipit:

Hæc ratio quondam morborum, & mortifer æstus
Finibus in Cecropis funestos reddidit agros:
Vastauitq; uias, exhausit ciuibus urbem.

Sed quatenus totum locum utriusque ponere, satis longum est: excerpam aliqua, ex quibus similitudo geminæ descriptionis apparet. Vergilius:

Tum uerò ardentes oculi, atq; attractus ab alto
Spiritus interdum gemitu grauis: imaq; longo
Ilia singultu tendunt: it naribus ater
Sanguis, & oppressas fauces premit aspera lingua.

Lucretius.

Principiò caput incensum feruore gerebant,
Et duplices oculos suffusa luce rubentes.
Sudabant etiam fauces intrinsecus atro
Sanguine, & ulceribus uocis uia septa coibat.

Atq; animi interpres manabat lingua cruore,
Debilitata malis, motu grauis, aspera tactu.

Vergilius sicat.

Hæc ante exitium primis dant signa diebus. Et quæ
darent signa, suprà retulit idem.
—Demissæ aures, insertus ibidem
Sudor, & ille quidem morituris frigidus: aret
Pellis, & attactu tractanti dura resistit.

Lucretius.

Multaq; prætereà mortis tunc signa dabantur.
Perturbata animi mens in mœrore metuq;:
Triste supercilium: furiosus uultus, & acer:
Sollicitæ porrò, plenæq; sonoribus aures:
Creber spiritus, ac ingens, raroq; coortus:
Sudorisq; madens per collum splendidus humor.
*contacta Tenuia sputa minuta croci *contracta colore:
Salsaq; per fauces raucas uix edita tussis.

Vergilius in Georg.

Profuit inserto latices infundere cornu
Lenæos, ea uisa salus morientibus una.
Mox erat hoc ipsum exitio.

Lucretius.

Nec ratio remedi communis certa dabatur.
Quod nam alijs dederat uitalis aëris auras
Voluere in ore licere, & cœli templa tueri,
Hoc alijs erat exitio, lætumq; parabat.

Vergilius.

Prætereà nec iam mutari pabula refert,
Quæsitæq; nocent artes, cessere magistri.

Lucretius.

Nec requies erat ulla mali; defessa iacebant

Corpora

Corpora: mussabat tacito medicina timore.
Vergilius.
Ipsis est aër auibus non æquus: & illæ
Præcipites alta uitam sub nube relinquunt.
Lucretius.
Nec tamen omnino temere illis sedibus ulla
Comparebat auis: nec tristia secla ferarum
Exibant syluis: languebant pleraq; morbo,
Et moriebantur.
Non'ne uidentur* nobis membra descriptionis ex uno fonte manasse? Sed rursus locos alios comparemus. * uobis hæc membra
Vergilius.
–Gaudent perfusi sanguine fratrum:
Exilio q; domos, & dulcia limina mutant.
Lucretius in tertio.
Sanguine ciuili rem conflant, diuitias q;
Conduplicant auidi, cædem cæde accumulantes,
Crudeles gaudent in tristi funere fratris.
Vergilius.
–Multa dies, uarius q; labor mutabilis æui
Rettulit in melius: multos alterna reuisens
Lusit, & in* solido rursus fortuna locauit. * solio
Ennius in octauo.
–Multa dies in bello conficit unus.
Et rursus multæ fortunæ fortè recumbunt.
Haudquaquam quenquam semper fortuna secuta est.
Vergilius Aeneid. 12.
O præstans animi iuuenis, quantùm ipse feroci
Virtute exuperas, tantò me impensius æquum est
Consulere, atq; omneis metuentem expendere casus.

Actius in Antigona.

Quantò magis te istiusmodi esse intelligo,
Tantò Antigona magis me par est tibi
Consulere, & parcere.

Vergilius.

O lux Dardaniæ, spes ô fidissima Teucrûm. & reliqua.

Ennius in Alexandro.

O lux Troiæ germane Hector,
*Quò *Quid ita cum tuo lacerato corpore miser?
Aut qui te sic respectantibus tractauere nobis?

Vergilius Georg. 3.

Fræna Pelethronij Lapythæ gyrosq; dedêre
Impositi dorso, atq; equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

Varius de Morte.

Quem non ille finit lentæ moderator habenæ,
Quà uelit ire, sed angusto prius ore coërcens,
Insultare docet campis, fingitq; morando.

Vergilius in Bucol.

Talis amor Daphnin, qualis cùm fessa iuuencum
Per nemora, atq; altos quærendo bucula lucos,
Propter aquæ riuum uiridi procumbit in ulua
Perdita, nec seræ meminit decedere nocti.

Varius de Morte.

Ceu canis umbrosam lustrans Cortynia uallem,
Si ueteris potuit ceruæ comprendere lustra,
Sæuit in absentem, & circum uestigia lustrans,
Aethera per nitidum tenues sectatur odores.
Non amnes illam medij, non ardua tardant,
Perdita nec seræ meminit decedere nocti.

Vergil

Vergilius.

_Nec te tua funera mater
Produxi, preßi'ue oculos, aut uulnera laui.

Ennius in Cteſiphonte.

Neq; terram inijcere, neq; cruenta
Conueſtire mihi corpora licuit,
Neq; miſeræ lauêre lachrymæ ſalſum ſanguinem.

Vergilius in Bucol.

Nanq; canebat uti magnum per inane coacta
Semina terrarumq;, animæq;, maris q; fuiſſent,
Et liquidi ſimul ignis, ut ijs exordia primis
Omnia, & ipſe tener mundi concreuerit orbis.
Tum durare ſolum, & diſcludere Nerea ponto
Cœperit, & rerum paulatim ſumere formas.
Iamq; nouum terræ ſtupeant luceſcere ſolem.

Lucretius in quinto, ubi de confuſione orbis ante hunc ſtatum loquitur.

His neq; tum ſolis rota cerni lumine claro
Altiuolans poterat, neq; magni ſidera mundi,
Nec mare, nec cœlum, nec deniq; terra, nec aêr,
Nec ſimilis noſtris rebus res ulla uideri.
Sed noua tempeſtas quædam, moles q; coorta.
Diffugere inde loci partes cœpere, pares q;
Cum paribus iungi res, & diſcludere mundum,
Membraq; diuidere, & magnas diſponere partes.

Et infrà:

Hoc eſt à terris magnum ſecernere cœlum,
Et ſeorſum mare uti ſecreto humore pateret,
Seorſum item puri ſecretiq; ætheris ignis.

Et infrà:

Omnia enim magis hæc ex leuibus, atq; rotundis.

Verg

Vergilius Aeneidos 2.

Cum fatalis equus saltu super ardua uenit
Pergama, & armatum peditem grauis attulit aluo.

Ennius in Alexandro.

Nam maximo saltu superauit
*Grauidus *Grauibus armatis equus,*
Qui suo partu ardua perdat Pergama.

Vergilius.

Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
Infit, eo dicente Deûm domus alta silescit,
Et tremefacta sõlo tellus, silet arduus æther.
Tum uenti posuere, premit placida æquora pontus.

Ennius in Scipione.

Mundus cœli uastus constitit silentia,
Et Neptunus sæuus undis asperis pausam dedit.
Sol equis iter represit ungulis uolantibus,
Consistere amnes perennes, arbores uento uacant.

Vergilius.

Itur in antiquam syluam, stabula alta ferarum:
Procumbunt piceæ, sonat icta securibus ilex,
Fraxineæq; trabes, cuneis & fissile robur
Scinditur, aduoluunt ingentes montibus ornos.

Ennius in sexto.

Incedunt arbusta per alta securibus cædunt,
Percellunt magnas quercus, exciditur ilex.
Fraxinus frangitur, atq; abies consternitur alta.
Pinus proceras peruertunt, omne sonabat
Arbustum in fremitu syluai frondosai.

Vergilius.

Diuersi magno ceu quondam turbine uenti
Confligunt, Zephyrusq;, Notusq;, & lætus Eois

Eurus

Eurus equis.

Ennius in 17.

Concurrunt ueluti uenti cum ſpiritus Auſtri
Imbricitor, Aquiloq; ſuo cum flamine contrà,
Inde mari magno fluctus extollere certant.

Vergilius.

Nec tamen, hæc cum ſint hominumq; boumq; labores
Verſando terram experti, nihil improbus anſer.

Lucretius in quinto.

Sed tamen interdum magno quæſita labore,
Cum iam per terras frondent, atq; omnia florent,
Aut nimijs torrens feruoribus æthereus Sol,
Aut ſubiti perimunt imbres gelidæq; pruinæ,
Flabraq; uentorum uiolento turbine uexant.

Sunt alij loci plurimorũ uerſuum, quos Maro in opus ſuum cum paucorũ immutatione uerborũ à ueteribus tranſtulit. Et quia longum eſt uniuerſos ex utroque tranſcribere, libros ueteres notabo, ut qui uolet illhic legẽdo æqualitatem locorum cõferendo miretur. In primo Aeneidos tempeſtas deſcribitur: & Venus apud Iouem queritur de periculis filij: & Iupiter eam de futurorum proſperitate ſolatur. Hic locus totus ſumptus à Næuio eſt, ex primo libro belli Punici. Illhic enim æquè Venus Troianis tempeſtate laborantibus cum Ioue queritur: & ſequuntur uerba Iouis filiam conſolantis ſpe futurorum. Item de Pandaro & Bitia aperientibus portas, locus acceptus eſt, ex libro quintodecimo Ennij, qui induxit Hiſtros duos in obſidione erupiſſe portam, & ſtragem de obſidente hoſte feciſſe. Nec Tullio compilando, dummodo undiq; ornamenta ſibi conferret, abſtinuit. O' fama ingens, ingẽtior armis Vir Troiane. Nempe hoc ait: Aeneam famam ſuam factis fortibus

ſuper

supergressum, cùm plerunq; fama sit maior rebus. Sensus hic in Catone Ciceronis his uerbis: Contingebat in eo, *quod plerisq; contrà solet, ut maiora omnia re, quàm fama uiderentur, id quod non sæpe euenit, ut expectatio cognitione, aures ab oculis uincerentur. Item:* Proximus huic longo, *sed proximus interuallo. Cicero in Bruto:* Duobus igitur *summis Crasso & Antonio L. Philippus proximus accedebat, sed longo interuallo, tamen proximus.*

Quos locos primum alii ex Homero transtulerint, inde Vergilius operi suo asciuerit. CAP. III.

SVnt quædam apud Vergilium, quæ ab Homero creditur transtulisse: sed ea docebo à nostris autoribus sumpta, qui priores hæc ab Homero in carmina sua traxerant: quod quidem summus Homericæ laudis cumulus est, quòd cùm ita à plurimis aduersus eum uigilatum sit, coactæq; omnium uires manum contrà fecerint: ille uelut pelagi rupes immota resistit. Homerus de Aiacis forti pugna ait:

Iliad. 16. Αἴας δ' ὄγε μίμνε, βιάζετο γὰρ βελέεσσι,
Δάμνα μὲν ἰνός τε νόῳ, καὶ Τρῶες ἀγαυοὶ
Βάλλοντες. σφενδὼ δ' περὶ κροτάφοισι φαεινὴ
Πήληξ βαλλομένη καναχὴν ἔχε βάλλετο δ' αὐτεὶ
Καπφάλα ῥῖνες δὲ διὰ στόμα. ὃ δ' ἀσφαλὲς ὦμον ἔχαμεν,
Ἔμπεδον αὐτὴν ἔχων σάκος. ἀόλλει δύνατο
Ἀμφ' αὐτῷ πελεμίξαι, ἐρείδοντες βελέεσσιν,
Αἰεὶ δ' ἀρχελάῳ ἔχετ' ἄσθμαδι. καλλὲ δι ἰφθὼς
Πάντοθεν ἐκ μελέων ῥωλὺς ἵδρεεν. οὐδέ πῃ εἶχεν
Ἀμπνεῦσαι. πάντῃ δ' κακὸν κακῷ ἐσήειπτο.

Hunc locum Ennius in decimoquinto ad pugnam Cælij Tribuni his uersibus transfert:

Vndiq; conueniunt, uelut imber, tela Tribuno
Configunt parmam, tinnit hastilibus umbo,

Aerato

Aerato sonitu galeæ, sed nec pote quisquam
Vndiq; nitendo corpus discerpere ferro.
Semper abundantes hastas frangitq; quatitq;.
Totum sudor habet corpus, multumq; laborat.
Nec respirandi fit copia præpete ferro.
Histri tela manu iacientes sollicitabant.

Hinc Vergilius eundem locum de incluso Turno gratia elegantiore composuit:

Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum,
Nec dextra ualet, obiectis sic undiq; telis
Obruitur: strepit assiduo caua tempora circum
Tinnitu galea, & saxis solida æra fathiscunt.
Discussæq; iubæ capiti, nec sufficit umbo
Ictibus: ingeminant hastis & Troës, & ipse
Fulmineus Mnestheus: tum toto corpore sudor
Liquitur, & piceum (nec respirare potestas)
Fulmen agit fessos, quatit æger anhelitus artus.

Homerus ait:

Φράξαντο δ' ὄρυ ἄμφι, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ Iliad. 13.
Ἀσπὶς δ' ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυθ', ἀνέρα δ' ἀνήρ.

Furius in quarto Annali:

Pressatur pede pes, mucro mucrone, uiro uir.

Hinc Vergilius ait:

-Hæret pede pes, densusq; uiro uir.

Homeri est:

Πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω Iliad. 2.
Οὔδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν
Φωνὴ δ' ἄρρηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.

Hũc secutus Hostius poëta in libro secũdo belli Histrici ait:

-Non si mihi linguæ
Centum, atq; ora sient totidem, uocesq; liquatæ.

Hinc

Hinc Vergilius ait:

Non mihi si linguæ centum sint, oráq; centum.

Homerica descriptio est equi fugientis, in hæc uerba:

Iliad. 6. Ὡς δ' ὅτε τις σταὶς ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ,
Δεσμὸν ἀπορρήξας, θείῃ πεδίοιο κροαίνων,
Εἰωθὼς λούεσθαι ὑπείρατα ποταμοῖο
Κυδιόων, ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται
Ὤμοις ἀΐσσονται, ὃ δ' ἀγλαΐῃφι πεποιθώς.

Ennius hinc traxit:

* fatus Et tum sicut equus, qui de præsepibus *actus,
Vincla suis magnis animis abrupit, & inde
Fert sese campi per cærula lætáq; prata
Celso pectore, sæpe iubam quassat simul altam,
Spiritus ex anima calida spumas agit albas.

Vergilius:

Qualis ubi abruptis fugit præsepia uinclis, &c.

Nemo ex hoc uiles putet ueteres poëtas, quòd uersus eorum scabri nobis uidentur. Ille enim stylus Enniani seculi auribus solus placebat: & diu laborauit ætas secuta, ut magis huic molliori stylo acquiesceretur. Sed ulterius non moror Cecinnam, quin & ipse prodat, quæ meminit Maronem ex antiquitate transtulisse.

De uocabulis Latinis, Græcis, Barbarisq;, quibus Vergilius primus usus esse uideri possit, cum tamen antè, & ueteres iisdem usi sint. CAP. IIII.

TVm Cecinna: In uersibus uel in locis, quantum sibi Maro ex antiquitate quæsierit, Furius ut memor & ueteris, & nouæ autorum copiæ disseruit. Ego conabor ostendere hunc studiosissimum uatem, & de singulis uerbis ueterum aptissimè iudicasse: & inseruisse lecta operi suo uerba, quæ nobis noua uideri facit incuria uetustatis. Vt

ecce

ecce Addita, pro inimica et infesta, quis nõ extimet poëtã arbitrio suo nouum uerbum sibi uoluisse fabricare? Sed non ita est, nam quod ait: Nec sæuis addita Iuno Vsque aderit, id est, affixa, & per hoc infesta, hoc iam dixerat Lucilius in libro 14. his uersibus: Additus.

Si mihi non prætor siet additus, atq; agitet me,
Non male sic ille, ut dico, me extenderat unus.

Vergilius.

Manè salutantum totis uomit ædibus undam. Vomere undã.

Pulchrè, Vomit undam, & antiquè: nam ait Ennius:

Et Tyberis flumen Vomit in mare salsum.

Vnde & nunc Vomitaria in spectaculis dicimus, unde homines glomeratim ingredientes, in sedilia se fundunt. Vomitaria.

Agmen pro actu, & ductu quodam ponere nõ inelegans est: ut, Leni fluit agmine Tybris: imò & antiquum est. Agmen.

Ennius enim in quinto ait:

Quod per amœnam urbem leni fluit agmine flumen.

Quod ait crepitantibus urere flammis, non nouum usurpauit uerbum, sed prior Lucretius in sexto posuit: Crepitantibus flammis.

Nec res ulla magis quàm Phœbi Delphica laurus
Terribili sonitu flamma crepitante crematur.

Tum ferreus hastis Horret ager. Horret mire se habet. Horret ager.

Sed & Ennius in decimoquarto:

Horrescit telus exercitus, asper utriq;.

Et in Erechtheo:

Arma rigent, horrescunt tela. Et in Scipione:

Sparsis hastis longis campus splendet & horret.

Sed & ante omnes Homerus:

Εφριξεν δὲ μάχη φθισίμβροτος ἐγχείῃσι Iliados. 13.

Μακρῇς, ἃς εἶχον ταμεσίχροας. Tremulum lumen.

–Splendet tremulo sub lumine pontus.

Tremulum lumẽ de imagine rei ipsius expressum est. Sed prior Ennius in Menalippe:

Lumine sic tremulo terra, & caua cærula candent.

Et Lucretius in sexto:

Prætereà Solis radijs iactatur aquai
Humor, & in lucem tremulo rarescit ab æstu.

Vmbracula. Hic candida populus antro Imminet, & lentæ texũt umbracula uires. Sunt qui extiment hoc uerbum umbracula, Vergilio autore compositum, cum Varro Rerum diuinarum libro 10. dixerit, nonnullis magistratibus in oppido id genus umbraculi cõcessum. Et Cicero in quinto de Legibus: Vis'ne igitur (quoniam Sol paululum à Meridie iam deuexus uidetur, neq; dũ satis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opacatur) descẽdatur ad Lirim: eaq; quæ restant, in illis alnorum umbraculis persequamur? Similiter in Bruto: Sed ut & Theophrasti doctißimi hominis umbraculis, & c.

Transmittere. Transmittunt cursu campos, atq; agmina cerui
Puluerulenta fuga glomerant.

Quod ait speciosè transmittunt pro transeunt. Sic & Lucretius in secundo:

Et circumuolitant equites, mediosq; repentè
Transmittunt ualido quatientes impete campos.

Sed & Pestanus Vibonensis sic ait: Pedibus equos transmisimus: quod est, transiuimus. Quam tota cohors imitata, relictis Ad terrã defluxit equis. Sic Furius in primo:

Defluere.

Ille graui subitò deuinctus uulnere habenas
Misit equi, lapsusq; in humum defluxit, & armis
Reddidit æratis sonitum.

Discludere. Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit. Ferit aures nostras hoc uerbum discludere,

ut

ut nouum. Sed prior Lucretius in quinto:

Diffugere inde loci partes cœpere, paresq́;
Cum paribus iungi res, & discludere mundum.

–Pastorem Tityre pingues
Pascere oportet oues, deductum dicere carmen:

Deductum carmen.

Deductum pro tenui & subtili eleganter positum est. Sic autẽ & Afranius in Virgine: Verbis pauculis respondit, tristis uoce deducta: malleq́; se non quieuisse, dixit. Item apud Cornificium: Deducta mihi uoce garrienti. Sed hæc ab illo fluxerũt, quod Pomponius in Atellana quæ Calendæ Martiæ inscribitur, ait: Vocẽ deducas oportet, ut mulierĭs uideãtur uerba: Iube modò afferatur unus, ego uocẽ reddã tenuẽ & tinnulã. et infrà: Etiam nũc uocẽ deducã.

Proiectus.

–Proiectaq́; saxa Pachyni Radimus. Proiecta, si secundum consuetudinem dicatur, intelligitur abiecta: si secundum ueteres, proiecta porrò iactata. Alibi ait:

–Proiecto dum pede læuo Aptat se pugnæ. Sed & Sisenna in secundo dixit: Et Marsi propius succedunt. Atque ita scutis proiectis, tectis saxa certatim lenta manibus conijciunt in hostes. Et in eodem: Vetus atq; ingens erat arbor ilex, quæ circum proiectis ramis maiorem partem loci summi tegebat. Et Lucretius in tertio:

Tempestiua pinus.

Quamlibet immani proiectu corporis extet.
Et tempestiuam syluis euertere pinum.

Hoc uerbũ de pino tempestiua à Catone sumpsit, qui ait: Pineam nucem cùm effodies, luna decrescẽte eximito, post meridiem, sine uento Austro. Tum uerò erit tempestiua, cum semen suum maturum erit. Inseruit operi suo & Græca uerba, sed non primus hoc ausus. Autorum enim ueterum audaciam secutus est. Dependent lychni laquearibus aureis. Sicut Ennius in 9. Lychnorum lu-

Lychni.

mina bis sex. Et Lucretius in quinto:

Quin etiam nocturna tibi terrestria quæ sunt
Lumina, pendentes lychni.

Lucil. in 1. Porrò chænopodas, clinopodas, lychnosq;, et Diximus cennos ante pedes lecti atq; lucernas. Et quod dixit, Nec lucidus æthra Siderea polus: Ennius prior dixerat in 16. Interea sax Occidit, Oceanũq; rubra tra-

Aethra. cti obruit æthra. Et Ilius in Theutrante: Flamineam per æthram altè feruidã ferri facem. Dædala Circe, quia Lu-

Dædalus. Reboare. cretius dixerat: Dedala tellus. Reboant syluæq; & magnus Olympus, quia est apud Lucretium: Nec cithara reboant laqueata auratáq; tecta. Sed hac licentia largius sunt usi ueteres, parcius Maro. Quippe illi dixerunt &

*acacian pausam, & machæram, & *acotiam, & malacem, & alia similia. Necnõ & Punicis Oscisq; uerbis usi sunt ueteres, quorũ imitatione Vergilius peregrina uerba nõ respuit,

Vri. ut in illo, Sylueſtres uri assidué. Vri enim Gallica uox est, qua feri boues significãtur. Et, Camuris hirtæ sub corni bus aures. Camuris peregrinũ uerbũ est, id est, in se redeũ-

Camurus. Camera. tibus. Et fortè nos quoq; hac ratione camerã figuramus.

Epitheta quæ apud Vergilium noua uidentur, uetustio ribus quoque in usu fuisse. CAP. V.

MVlta quoq; epitheta apud Vergilium sunt, quæ ab ipso facta creduntur: sed & hæc à ueteribus tracta monstrabo. Sunt autẽ ex his alia simplicia, ut Gradiuus,

Mulciber. Mulciber: alia cõposita, ut arcitenens, uitisator. Sed prius de simplicibus dicam: Et discinctos Mulciber Afros. Mulciber est Vulcanus: q. ignis sit, & omnia mulceat ac domet. Actius in Philoctete: Heu Mulciber arma ignauo inuicta es fabricatus & manu. Et Egnatius de Rer. na. li. 1. Deniq; Mulciber & ipse ferens altissima cœli cõtingũt.

Hædiq;

Hœdiq; petulci Floribus insultent. Lucret. in 2. Petulcus.
Præterea teneri tremulis in uocibus hœdi
Corniferas norunt matres, agniq; petulci.
Illud audaciæ maximæ uideri posit, qd' ait in Bucolicis:
Et liquidi simul ignis. pro puro uel lucido, seu pro effuso & abūdāti: nisi prior hoc epitheto Lucr. usus fuisset in 6. Liquidus ignis.
Hac etiam fit uti de causa mobilis ille
Deuolet in terram liquidi calor aureus ignis.
Tristis pro amaro translatio decens est. Vt, Tristesq; lupini. Et ita Ennius in li. Sabinarū 4. Neq; triste quæritat sinapi, neq; cepe mœstū. Auritos lepores nō Maro primus usurpat, sed Afranīū sequitur: qui in prologo ex persona Priapi ait: Nam quod uulgò prædicāt aurito me parente natum, non ita est. Et ut cōpositā subiungam, quod ait Verg. Vidi turicremis cum dona imponeret aris. Tristis pro amaro. Auritus lepus. Turicremus.
Iam Lucretius in secundo dixerat:
Nam sæpe ante deūm uitulus delubra decora,
Turicremas propter mactatus concidit aras.
Quā pius arcitenēs. Hoc epitheto usus est Næuius belli Punici lib. 2. Deinde pollens sagittis inclytus arcitenens, sanctusq; Delphis prognatus Pythius Apollo. Idem alibi: Arcitenens.
Cum tu arcitenens sagittis pollens dea.
Sed & Hostius libro secundo belli Histrici: Dia Minerua, simul autem inuictus Apollo, Arcitenens, Latonius. Syluicolæ.
Etiam Syluicolæ Fauni. Næuius lib. 1. belli Punici:
Syluicolæ homines belliq; inertes. Accius in Bacchis:
Syluicolæ ignota inuisentes loca. Veliuolum.
Despiciens mare ueliuolum. Liuius in Helena:
Tu q; permensus ponti maria alta ueliuola. Enn. in 14.
Cum procul aspiciunt hostes accedere uentis
Nauibus ueliuolis. Idem in Andromache:

Rapit & ex alto naues ueliuolas.

Vitisator. Vitisator seruans curuam sub imagine falcem.

Accius in Bacchis:

Noctiuagus. O Dionyse pater optime uitisator Semela genitus eu-
Almaq; curru noctiuago Phœbe. (chia.

Egnatius de Rerum natura libro primo:

Rosida noctiuagis astris labentibus Phœbe,
Pulsa loco cesßit concedens lucibus altis.

Bimembres. Tu nubigenas inuicte bimẽbres. Cornific. in Glauco:
Centauros fodêre bimembres.

Caprigenumq; pecus nullo custode per herbas.

Caprigenum. Pacuuius in Paulo:

Quamuis caprigeno pecori grandior greßio est.

Actius in Philoctete:

Caprigenûm trita ungulis. Idem in Minotauro:
Taurigeno semine ortum fuisse, an humano.

Decenter & his epithetis Vergilius usus est: pro sagitta, uolatile ferrum: & pro Romanis, gentem togatam: quorum altero Sueuius, altero Laberius usus est. Nam Sueuius in lib. 5. ait: uolucrumq; uolatile telum. Ac Laberius in Ephebo: Licentiam ac libidinem ut tollam petis togatæ stirpis. Idem infrà: Idcirco ope nostra dilatatum est domunium togatæ gentis.

De figuris illis, quæ ita sunt peculiares Vergilio, ut apud alios aut raro, aut nunquam reperiantur. CAP. VI.

FIguras uerò, quas traxit de uetustate, si uolẽtibus uobis erit, cum repentina memoria suggesserit, enumerabo. Sed nunc dicat uolo Seruius, quæ in Vergilio notauerit, ab ipso figurata, non à ueteribus accepta: uel ausu poëtico nouè quidẽ, sed decenter usurpata. Quotidie enim Romanæ indoli enarrando eundem uatem, necesse est habeat

beat huius annotationis scientiam promptiorem. Placuit uniuersis electio, in reliqua suffecti etiam adhortati sunt Seruiũ, ut quæ in se refusa sunt, annotaret. Ille sic incipit: Vates iste uenerabilis, uariè modò uerba, modò sensus figurãdo multũ Latinitati lepôris adiecit: qualia sunt hæc:

Suppositã de matre nothos furatã creauit:
ut ipsa creauerit, quos creari fecerit. Tepidaq; recentem
Cæde locum: cum locus recens cæde, nouè dictus sit. Et,

Hæc ait, & socij cesserunt æquore iusso. Pro eo quod iußi cesserunt. Et,

Cæso sparsurus sanguine flammas. Qui ex cæsis uidelicet profunditur.

Vota Deũm primò uictor soluebat Eoo. Pro, quæ Dijs uota sunt.

Et me consortem nati concede sepulchro.

Alius dixisset,

Et me consortem nato concede sepulchri. Et,

Illa uiam celerans per mille coloribus arcum. Id est, per arcum mille colorum. Et,

Hic alij spolia occisis directa Latinis
Conijciunt igni. Pro, in ignem. Et,

Corpore tela modo, atq; oculis uigilantibus exit.
Tela exit, pro uitat. Et,

Senior leto canentia lumina soluit. Pro, uetustate senilia.

Exesæq; arboris antro. Pro cauerna. Et,

Frontem obscœnam rugis arat. Arat, non nimiè, sed pulchrè dictum.

Ter secũ ærato circumfert tegmine syluã. Pro iaculis. Et, Vir gregis. Pro capro. Et illa quàm pulchra sunt: Aquæ mons, telorũ seges, ferreus imber, ut apud Homerũ:

Δαΐνὸν ἔασο χίτῶνα κακκῶν ἔνεκ᾽ ὄσσα ἔοργας. Et,

Dona laboratæ Cereris. Et,

Oculisq; aut pectore noctem Accipit. Et,

Vocisq; offensa resultat Imago. Et,

Pacemq; per aras Exquirunt. Et,

Paulatim abolere Sychæum Incipit.

Sæpe etiam uerba pro uerbis pulchre ponit.

Oraq; corticibus sumunt horrenda cauatis. Ora, pro personis. Et,

Discolor unde auri per ramos aura refulsit. Quid est enim aura auri? aut quemadmodũ aura refulget? Sed tamen pulchre usurpauit. Et,

Simili frondescit uirga metallo.

Quàm bene usus est: frondescit metallo? Et,

Nigri cum lacte ueneni.

Nigro imponere nomen lactis. Et,

Haud aliter iustæ quibus est Mezentius iræ.

Odio esse aliquem, usitatũ: iræ esse, inuentum Maronis est.

Item de duobus incipit dicere, & in unum desinit:

Interea reges, ingenti mole Latinus

ὅδυσ. ν. Quadrijugo inuehitur curru: Vt est apud Homerum:

οἱ ὃ δύω σκηπτελσὶ, ὃ μὲν θρανὸν ὄφρα ἵκανε

ὀξέη κεφαφὴ, νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε. Et,

Protinus Orsilochum et Buten, duo maxima Teucrûm

Corpora, sed. Buten aduersum cuspide fixit. & cæt.

Iuturnam misero, fateor, succurrere fratri

Suasi: cùm solitum sit dici, Iuturnæ suasi. Et,

Vrbem quam statuo uestra est. Et,

Tu modò quos in spem statues submittere gentis.

Præcipuum iam inde à teneris impẽde laborem. Pro, in eos impende.

Facit

Facit pulcherrimas repetitiones.

Nam neque Parnaſi uobis iuga, nam neque Pindi
Vlla moram fecere.

Quæ uobis quæ digna uiri pro talibus auſis?
Vidiſtis quo Turnus equo, quibus ibat in armis?

Nec interpoſitiones eius otioſæ ſunt.

Si te nulla mouet tantarum gloria rerum.
At ramũ hunc (aperit ramũ q ueſte latebat) Agnoſcas.
Vt ſceptrum hoc (dextra ſceptrum nam fortè gerebat)
Nunquam fronde leui.

Et illa mutatio elegantiſſima eſt, ut de quo loquebatur, ſubitò ad ipſum uerba conuertens.

Vt bello egregias idem diſiecerit urbes,
Troiamq; Oechaliamq;, & duros mille labores
Rege ſub Euryſtheo fatis Iunonis iniquæ
Pertulerit, tu nubigenas inuicte bimẽbreis. Et reliqua.

Illa uerò intermiſsio:

Quos ego. ſed motos præſtat componere fluctus.

tracta eſt à Demoſthene: ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ὃ βούλομαι ὁ δυσχερὴς ἐπᾴρῃ δ' ἀλλὴν ὀρχόμενος τὸν λόγον.

Hæc uerò quàm poëtica indignatio,

Prò Iuppiter ibit Hic ait: Hæc miſeratio:
O patria, ô rapti nequicquam ex hoſte penates.

Et illa trepidatio,

Ferte citi ferrum, date tela, & ſcandite muros:
Hoſtis adeſt. Et conqueſtio,
Me ne igitur ſociũ tantis adiungere rebus Niſe fugis?

Quid illa excogitatio nouorum intellectuum? ut,

Mentitaq; tela. Et, Ferrum armare ueneno. Et,
Cultuſq; feros mollire colendo.
Exuerint ſyluestrem animum. Et,

Virgineumq; altè bibit acta cruorem.

Vt apud Homerum de hasta:

Λιλαιομένη χροὸς ἆσαι. Et,

Pomaq; degenerant, succos oblita priores. Et,

Glacie cursus frænaret aquarum. Et,

Mistaq; ridenti colocasia fundat acantho. Et,

Est mollis flamma medullas.

Interea & tacitum uiuit sub pectore uulnus. Et,

Duro sub robore uiuit

Stuppa uomens tardum fumum. Et,

Sæuitq; canum latratus in auras. Et,

Cælataq; amnem fundens pater Inachus urna. Et,

Affixæ uenis, animasq; in uulnera ponunt.

Et quicquid de apibus dixit in uirorum fortium similitudinem: ut addceret quoq; mores, & studia, populos & prælia, quid pluras? ut & Quirites uocaret. Dies me deficiet, si omnia persequi à Vergilio figurata uelim. Sed ex his quæ dicta sunt, omnia similia lector diligẽs annotabit.

Vexare, illaudatus, & squallere, apud Vergilium quid significent. CAPVT VII.

CVm Seruius ista dissereret, Prætextatus Auienum Eustathio insusurrantem uidens: Quin age, inquit, Eustathi uerecũdiam Auieni probi adolescentis iuua, & ipse publicato nobis quod immurmurat. Eustathius, Iandudum, inquit, multa de Vergilio Seruium gestit interrogare, quorum enarratio respicit officium literatoris, & tempus indulgeri optat, quo de obscuris ac dubijs sibi à doctiore fiat certior. Et Prætextatus, Probo, inquit, mi Auiene, quòd ea de quibus ambigis, clam te esse non pateris. Vnde exoratus sit à nobis doctissimus doctor, ut te secum negotium habere patiatur: quia in commune proficient,

ficient, quæ desideras audire. Ne tu modò ultrà cesses aperire Seruio uiam de Vergilio differendi. Tum Auienus totus cõuersus in Seruium: Dicas uolo, inquit, doctorum maxime, quid sit, quod cùm Vergilius anxiè semper diligens fuerit in uerbis pro causæ merito uel atrocitate ponẽdis, incuriosè et abiectè in his uersibus uerbũ posuit:

Candida succinctam latrantibus inguina monstris,
Dulichias uexasse rates.

Vexasse enim uerbum est leuis ac parui incommodi, nec tam atroci casui congruens: cùm repentè homines à belua immanissima rapti, laniatiq; sint. Sed & aliud huiusce modi deprehendi: Gel. lib. 2. c. 6.

Quis aut Eurystheа durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?

Hoc enim uerbum, Illaudati, non est idoneum ad exprimendam sceleratissimi hominis detestationem: qui, quòd homines omnium gentium immolare solitus fuit, non laude indignus est: sed detestatione, execratiõeq; totius generis humani dignus est. Sed nec hoc uerbum ex diligentia Vergiliana uenire mihi uidetur: Per tunicam squallentem auro. Non enim conuenit dicere, auro squallentẽ: quoniã nitori splendoriq; auri contraria sit squaloris illuuies.

Et Seruius: De uerbo uexasse, ita respõderi posse arbitror. Vexasse graue uerbum est: tractumq; ab eo uidetur quod est uehere: in quo inest iam uis quædam alieni arbitrij: nõ enim sui potẽs est qui uehitur. Vexasse autẽ quod ex eo inclinatũ est, ui atq; motu proculdubio uastiore est. nã qui fertur et raptatur, atq; huc atq; illuc distrahitur, is uexari proprie dicitur. Sicuti taxare prestius, crebriusq; est, quàm tangere, unde id proculdubio inclinatum est. Et iactare multo fusius largiusq; est, quàm iacĕre: unde id Vexare.

uerbum

ucrbum traductum est. Quassare etiã, quàm quatere grauius uiolentiusq; est. Non igitur quia uulgò dici solet, uexatum esse quẽ fumo, aut uẽto, aut puluere laborare uidemus: propterea debet uis uera, atq; *natura uerbi deperire, quæ à ueteribus, qui propriè, & signatè locuti sunt, ita ut decuit obseruata est. Marci Catonis uerba sunt ex oratione, quã de Achæis scripsit: Cumq; Annibal terrã Italiam laceraret, atq; uexaret. Vexatã Italiam dixit Cato ab Annibale, quãdo nullũ calamitatis, aut sæuitiæ, aut immanitatis genus reperiri queat, quod eo tempore Italia nõ perpessa sit. Marcus Tullius quarto in Verrem: Quæ ab isto sic spoliata atq; direpta est, ut non ab hoste aliquo, qui tamen in bello religionem & consuetudinis iura retineret: sed ut à Barbaris prædonibus uexata esse uideatur. De illaudato autem duo uidentur responderi posse: Vnum est eiusmodi: Nemo quisquam tam afflictis est moribus, quin faciat, aut dicat nõnunquam aliquid, quod laudari queat. Vnde hic antiquissimus uersus uice ꝓuerbij celebratus est:

*natiua

Illaudatus.

*χοῖρ' οὐ μωρὸς

Πολλάκι * καὶ κηπωρὸς οὖσ' ἡρ μάλα κατίων ἔπεν.

Sæpe etiam est holitor ualdè opportuna locutus.

Sedenim qui in omni re, atq; in omni tẽpore omni laude uacat, is illaudatus est: isq; omniũ pessimus, deterrimusq; est. *Sicuti omnis culpæ priuatio, inculpatũ facit. Inculpatus autem instar est absolutæ uirtutis. Illaudatus quoq; igitur finis est extremæ malitiæ. Itaq; Homerus non uirtutibus appellandis, sed uitijs detrahendis, laudare ampliter solet. Hoc enim est:

*Sic utique

Ἥνδε μᾶνις ἀμύμων. Et

Τόνδ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην,

Illi haud inuiti uolarunt.

ἰλιαδ. δ. Ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀχαμέμνονα δῖον.

Tunc

Tunc neq; cernere erat torpentem Agamẽnona dium.
Οὐδὲ κατα-πλώσοντ᾽ ἦδ᾽ ἦκ ἐθέλοντα μάχεσθαι.
Nec pauidum, nec uolentem decernere ferro.

Epicurus quoq; simili modo maximã uoluptatẽ, priuatio- Ex Gellio.
nem, detractionemq; omnis doloris definiuit, his uerbis:
ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν πάντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις.
Eadẽ ratione idem Vergilius inamabilem dixit Stygiam paludẽ. Nã sicut illaudatũ κατὰ στέρησιν laudis, ita inamabilem per amoris στέρησιν detestatus est. Altero modo illaudatus ita defenditur. Laudare significat prisca lingua nominare, appellareq;. Sic in actionibus ciuilibus autor laudari dicitur, quod est nominari. Illaudatus ergo est, quasi illaudabilis, id est, nunquam nominandus. Sicuti quondã à cõmuni cõcilio Asiæ decretũ est, uti nomẽ eius qui tẽplum Dianæ Ephesiæ incenderat, ne quis ullo in tẽpore nominaret. Tertiũ restat ex his quæ reprehensa sunt, quòd tunicam squallentem auro dixit. Id autem significat copiã, densitatemq; auri in squamarum speciem intexti. Squa- Squallere.
lere enim dictum ab squamarum crebritate, asperitateq;, quæ in serpentum, pisciũue corijs uisuntur. Quam rem & alij, & hic idem poëta locis aliquot demonstrat:

Quem pellis, inquit, ahenis
In plumã squamis auro cõserta tegebat. Et alio loco:
Iamq; adeò rutilum thoraca indutus ahenis
Horrebat squamis.

Accius in Pelopidibus ita scribit: Eius serpentis squamæ squallido auro, & purpura prætextæ. Quicquid igitur nimis inculcatum obsitumq; aliqua re erat, ut incuteret uisentibus facie noua horrorem, id squallere dicebatur: sicut in corporibus incultis squamosisq; alta congeries sordium, squallor appellatur. Cuius significationis multo

aßid

assiduoque usu totum id uerbum ita contaminatum est, ut iam squallor de re alia nulla, quàm de solis inquinamentis, dici cœperit.

Alii tres loci apud Vergilium explicati. CAP. VIII.

Gel. lib. 5. c. 3. GRatum mihi est (Auienus inquit) correctum, quod de optimis dictis male opinabar. Sed in hoc uersu mihi uidetur deesse aliquid:

Ipse Quirinali lituo, paruaque sedebat
Succinctus trabea.

Lituus. Si enim nihil deesse cõcedimus, restat ut fiat lituo & trabea succinctus, quod est absurdissimum. Quippe cum lituus sit uirga breuis, in parte qua robustior est incurua, qua Augures utuntur: non uideo, qualiter possit lituo succinctus uideri. Respondit Seruius: Sic hoc dictum esse, ut pleraque dici per defectionem solent. Veluti cum dicitur: Marcus Cicero homo magna eloquentia: & Roscius histrio summa uenustate: Non plenum hoc utrunque, neque perfectum est: sedenim pro pleno, ac perfecto auditur. Vt Vergilius alio in loco:

Victorem Buten immani corpore, id est, corpus immane habentem. Et item alibi:

In medium geminos immani pondere cæstus
Proiicit. Ac similiter:
Domus sanie, dapibusque cruentis.

Sic igitur id quoque dictum uideri debet: Ipse Quirinali lituo, id est, lituũ Quirinalẽ tenẽs. Quod minimè mirãdum foret, si ita dictũ fuisset, Picus Quirinali lituo erat: sicuti dicimus, statua grãdi capite erat. Est autem, & Erat, & Fuit, plerunque absunt cũ elegantia sine detrimento sententiæ. Sed quoniã litui facta mentio est, prætermittendũ nõ est: quòd posse quæri animaduertimus, utrum à tuba lituus

Augur

Auguralis appelletur, an tuba à lituo Augurum, lituus dicta sit. Vtrunq; enim pari forma, & pariter in capite incuruum est. Sed si (ut quidam putant) tuba à sonitu lituus appellata est ex illo Homeri uersu λίγξε βίος : necesse est, ut uirga Auguralis à tubæ similitudine, lituus uocetur. Vtitur autem uocabulo isto Vergilius pro tuba, ut ibi:

Et lituo pugnas insignis obibat, & hasta.

Subiecit Auienus: Maturate fugã, quid sit, parum mihi liquet. Contraria enim mihi uidetur fuga maturitati. Vnde quid de hoc uerbo sentiendum sit, quæso me doceas. Et Seruius: Nigidius homo omnium bonarum artium disciplinis egregius, Maturare, inquit, est quod neque citius, neque serius: sed medium quiddam, & temperatum est. Bene, atque propriè Nigidius. Nam & in frugibus, & in pomis matura dicuntur: quæ neq; cruda, & immitia sunt: neque caduca, & nimium cocta: sed tempore suo temperatè adulta. Hanc interpretationẽ Nigidianam diuus Augustus duobus uerbis Græcis eleganter exprimebat. Nam & dicere in sermonibus, & scribere in epistolis solitum ferũt, σπεῦδε βραδέως. Per quod monebat, ut ad rem agendam simul adhiberetur & industriæ celeritas, & tarditas diligentiæ. Ex quibus duobus contrarijs, fit maturitas. Sic ergo Vergilius inducit Neptunum discessum uentis imperantem: ut & tam citò discedant, tanquam fugiant: & tamen standi mediocritatem in regressu teneant: tanquam maturè, id est, temperatè, abeuntes. Veretur enim, ne in ipso discessu classi noceant: dum raptu nimio, tanquam per fugam, redeunt. Idem Vergilius, duo ista uerba maturare & properare, tanquam plenè contraria, scitissimè separauit his uersibus:

Gel. lib. 10. capitu. 11.

Maturare.

Frigidus agricolam siquando continet imber,

Multa

Multa forent, quæ mox cœlo properanda sereno,

Maturare datur. Bene & eleganter duo ista uerba diuisit. Nanq; in præparatu rei rusticæ, per tẽpestates & pluuias, quoniam & necessitate otium est, maturari potest: per serenas uerò, quoniam tempus instat, properari necesse est. Sanè cùm significandum est coactius quid, & festinantius factum, rectius hoc dicitur Præmaturè factum, quàm Maturè. Sicuti Afranius dixit in Togata, cui Titulus nomen est:

Appetis dominatum demens præmaturè præcocem.

In quo uersu animaduertendum est, quòd præcocem, inquit, non præcoquem. Est enim casus eius rectus non præcoquis, sed præcox. Hic Auienus rursus interrogat: Cùm Vergilius, inquit, Aeneam suum tanquam hominem pium à contagione atrocis uisus apud Inferos uindicauerit, & magis cum fecerit audire reorum gemitus, quàm ipsa uidere tormenta, in ipsos uerò campos piorum licenter induxerit: cur hoc tamen uersu ostẽdit illi partem locorum, quibus impij cohibebantur,

Vestibulum ante ipsum, primisq; in faucibus Orci?

Qui enim uestibulum & fauces uidet, intra ipsam ædem iam sine dubitatione successit: aut si quid aliud de uestibuli uocabulo intelligendum, scire desidero. Ad hæc Seruius: Pleraq; sunt uocabula, quibus uulgò utimur: non tamen liquidò animaduertimus, quid ea ex uera proprietate significent. Sicuti est Vestibulum in sermonibus celebre atq; obuium uerbum: non omnibus tamen, qui illo facilè utuntur, liquidò spectatum. Putant enim Vestibulum esse partem domus priorem, quam atrium uocant. Sed Cæcilius Gallus uir doctißimus, in libro de significatione uerborum, quæ ad ius ciuile pertinent, secundo, Vestibulum

Gel. li. 16. c. 5.

dicit

dicit esse non in ipsis ædibus, neq; ædium partem: sed locum ante ianuam domus uacuum, per quem de uia aditus accessusq; ad fores ædium sit. Ipsa enim ianua procul à uia fiebat, area intersita, quæ uacaret. Quæ porrò huic uocabulo ratio sit, quæri multum solet. Sed quæ scripta apud idoneos autores legi, proferre in medium non pigebit. Væ particula, sicuti quædam alia, tum intensionem significat, tum minutionem. Nam Vetus, & Vehemens, alterum ab ætatis magnitudine compositum, elisumq; est: alterum à nimio impetu, & ui mentis instructum. Vecors autem & Vesanus, priuationem significant sanitatis & cordis. Diximus autem superius, eos qui amplas domus antiquitus faciebant, locum ante ianuam uacuum relinquere solitos, qui inter fores domus & uiam medius esset. In eo loco qui dominum eiusdem domus salutatum uenerant, priusquàm admitterentur, consistebant. Et neq; in uia stabant, neq; intra ædes erant. Ab illa ergo grandis loci * consistione, & quasi quadam stabulatione, Vestibula appellata sunt spatia, in quibus multũ staretur ab aduenientibus priusquàm intromitterentur in domum. Alij consentientes uestibula eadem esse, quæ diximus, in sensu tamen uocabuli dissentiunt. Referunt enim non ad eos qui aduenium, sed ad illos qui in domo commanẽt: quoniam illhic nunquàm consistunt, sed solius transitus causa ad hunc locum ueniunt, exeundo siue redeundo. Siue igitur secundum priores per augmentum, siue per secundos per diminutionem intelligendum est: tamen uestibula constat aream dici, quæ à uia domum diuidit. Fauces autem iter angustum est, per quod ad uestibulum de uia flectitur. Ergo Aeneas, cum uidet fauces atq; uestibulum domus impiorum, non est intra domum: nec contactu ædium execrabili, sæuoq; polluitur: sed

* constitione

de uia uidet loca inter uiam, & ædes locata.

Bidentes, quid significent, & unde dictæ. Deinde equitem id ipsum significare nonnunquam, quod significatur nomine equi. CAPVT IX.

Gellius lib. 16. cap. 6.

BIdentes hostiæ, quid essent, inquit Auienus, interrogaui quendam de grammaticorum cohorte. Et ille bidentes, oues esse respondit, idcircoq; lanigeras adiectũ, ut oues planius demonstrarentur. Esto, inquam, oues bidentes dicantur. Sed quæ ratio huius in ouibus epitheti, scire, inquam, uolo. atq; ille nihil cunctatus, Oues, inquit, bidentes dictæ sunt, quòd duos tantùm dentes habeant. Tunc ego: Vbi terrarum quæso te, inquam, duos solos per naturam dentes habere oues aliquando uidisti? Ostentum enim hoc est, & factis piaculis procurandum. Tum ille permotus mihi, & iritatus: Quære, inquit, ea potius, quæ à grammatico quærenda sunt. Nam de ouium dentibus opiliones percontator. Facetias ego nebulonis hominis risi, & reliqui. Sed te percontor quasi ipsius uerborum naturæ conscium. Tum Seruius: De numero dentium quem ille opinatus est, reprehendendus à me non est, cùm ipse iam riseris. Verùm procurandum mihi est, ne illud obrepat, quòd bidentes epitheton sit ouium, cùm Pomponius egregius Atellanarum poëta in Gallis Transalpinis hoc scripserit: Mars tibi uoueo facturum, si unquam rediero, bidente uerre. Publius autem Nigidius in libro, quem de extis composuit, Bidentes appellari ait, non oues solas, sed omnes bestias bimas: Neq; tamen dixit, cur ita appellentur. Sed in commentarijs ad ius Pontificum pertinentibus, legi bidentes primò dictas, d litera ex superfluo (ut sæpe assolet) interiecta: sicut pro reire, redire dicitur: & pro reamare, redamare: & redarguere, pro rearguere. Ad hiatum enim

Bidentes.

enim duarum uocalium procurandum, interponi solet d. litera. Ergo bidennes primùm dictæ sunt, quasi biennes: & longo usu loquendi corrupta est uox: & ex bidennibus, bidentes dictæ. Higinus tamen, qui ius Pontificum non ignorauit, in quinto librorum, quos de Vergilio fecit, Bidentes appellari scripsit hostias, quæ per ætatem duos dentes altiores haberent, per quos ex minore in maiorem transcendisse constaret ætatem. Iterum quærit Auienus in his uersibus:

Fræna Pelethronij Lapithæ, gyrosq; dedêre
Impositi dorso: atq; equitem docuere sub armis
Insultare sŏlo, & gressus glomerare superbos.

Gellius lib. 18. cap. 5.

cur Vergilius equi officium equiti dederit. Nam insultare sŏlo, & glomerare gressus, equi constat esse, non equitis. Bene, inquit Seruius, hæc tibi quæstio nata ex incuria ueteris lectionis. Nam quia seculum nostrum ab Ennio, & omni bibliotheca uetere desciuit: multa ignoramus, quæ non lateret, si ueterum lectio nobis esset familiaris. Omnes Eques. enim antiqui scriptores, ut hominem equo insidentem, ita & equum cùm portaret hominem, equitem uocauerunt: & equitare non hominem tantùm, sed equum quoq; dixerunt. Ennius libro Annalium septimo ait:

Deniq; ui magna quadrupes eques, atq; elephanti
Proijciunt sese.

Nunquid dubium est, quin equitem in hoc, ipsum equum dixerit, cùm addidisset illi epitheton quadrupes? Sic & equitare, quod uerbum è uocabulo equitis inclinatum est, & homo utens equo, & equus sub homine gradiens, dicebatur. Lucilius nanq; uir apprimè linguæ Latinæ scius, equum & currere & equitare dicit hoc uersu:

Nempe hunc currere equũ nos atq; equitare uidemus.

Ergo & apud Maronem, qui antiquæ Latinitatis diligẽs fuit, ita intelligendum est, Atque equitem docuere sub armis: id est, docuerunt & equum portantem hominem insultare sõlo, & gressus glomerare superbos. Subiecit Auienus: Cùm iam trabibus contextus acernis Staret equus. Scire uellem in equi fabrica casúne an ex industria hoc genus ligni nominauerit. Nam licet unum pro quolibet ligno ponere poëticæ licentiæ sit, solet tamen Vergilius temeritatem licentiæ non amare, sed rationis certæ uim in rerum uel nominum electione seruare.

VESALIENSIS.

Dolendum erat profectò, ne hunc quidem librum habe ri integrum, si, quæ in prioribus libris desiderantur, non ita magni essent momenti. Nunc quemadmodum graviores nonnunquam morbi esse solent in causa, ut qui deinde morbi accedunt, non facilè sentiantur: ita præcedentium librorum hiatus, tanto nimirum studiosos omneis dolore afficiunt, uti hic uix ullus esse possit dolori locus.

MACROBII AV-
RELII THEODOSII
Viri consularis & illustris, Saturnaliorum liber septimus.

Quando, & quibus de rebus philosophandum in conuiuio. CAPVT I.



RIMIS mensis post epulas iam remotis, & discursum uariantibus poculis minutioribus, Prætextatus: Solet cibus, inquit, cùm sumitur, tacitos efficere, potus loquaces. At nos & inter pocula silemus, tanquam debeat serijs uel etiam Philosophicis carere tractatibus tale conuiuium: Et Symmachus, Vtrum'ne ita sentis Vecti, ut Philosophia conuiuijs interfit: & non tanquam Censoria quædam, & plus nimio*uerecunda matersamiliâs penetralibus suis contineatur: nec miscear se Libero, cui etiam tumultus familiares sunt: cùm ipsa huius sit uerecundiæ, ut strepitum non modò uerborum, sed ne cogitationum quidem, in sacrarium suæ quietis admittat? Doceat nos uel peregrina institutio, & disciplina à Parthis petita: qui solent cum concubinis, nõ cum coniugibus inire conuiuia: tanquam has & in uulgus produci, & lasciuire quoq;: illas non nisi domi abditas, tueri deceat tectum pudorem. An ego censeam producẽdam Philosophiã, quò rhetorica uenire ars, & professio popularis erubuit? Isocrates enim Græcus orator, qui uerba prius libera, sub numeros ire primus coëgit, cùm in conuiuio à sodalibus oraretur, ut aliquid in medium de eloquentiæ suæ fonte proferret, hanc ueniam deprecatus: Quæ præsens, inquit,

*reuerenda

Parthorũ mos.

locus & tempus exigit, ego non calleo: quæ ego calleo, nec loco præsenti sunt apta, nec tempori. Ad hæc Eustathius: Probo Symmache propositum tuum, quòd Philosophiam ea, quam maximam putas, obseruatione uenereris: ut tantùm intra suum penetral existimes adorandam. Sed si propter hoc à conuiuijs exulabit: procul hinc faceſſant & alumnæ eius: Honestatem dico, & Modestiam, nec minus cum Sobrietate Pietatem. Quam enim harum dixerim minus esse uenerabilem? Ita fit, ut ab eiusmodi cœtibus relegatus matronarum talium chorus, libertatem conuiuiorum solis concubinis, id est, uitijs & criminibus addicat. Sed absit, ut Philosophia, quæ in scholis suis solicitè tractat de officijs conuiualibus, ipsa conuiuia reformidet: tanquam nõ possit rebus asserere, quæ solet uerbis docere: aut nesciat seruare modum, cuius in omnibus humanæ uitæ actibus terminos ipsa constituit. Neq; enim ita ad mensas inuito Philosophiam: ut non se ipsa moderetur, cuius disciplina est, rerum omnium moderationem docere. Vt ergo inter te, & Vectium uelut arbitrali iudicatione componam: aperiam quidem Philosophiæ tricliniorum fores. Sed spondeo sic interfuturam, ne mensuram notæ sibi, ac sectatoribus suis dispensationis excedat. Tunc Furius: Quia te unicum Eustathi, inquit, sectatorem Philosophiæ nostra ætas tulit: oratus sis, ut modum dispensationis, quam das & conuiuanti, nobis ipse patefacias. Et Eustathius: Primum hoc eam scio seruaturam, ut secum æstimet præsentium ingenia conuiuarum. Et si plures peritos, uel saltem amatores sui in conuiuij societate repererit, sermonem de se patietur agitari. Quia uelut paucæ literæ mutæ, dispersæ inter multas uocales, in societatem uocis facilè mansuescunt: ita rariores imperiti gaudentes consortio peritorũ: aut

Græca sic habent: ἐν οἷς μὲν ἐγὼ σεμνὸς οὐχ ὁ νῦν καιρός, ἐν οἷς δὲ ὁ νῦν καιρὸς οὐκ ἐγὼ σεμνός.

Philosopho cõuiuarum in primis esse spectanda ingenia: & pro horum qualitate nunc tacẽdum esse, nunc loquendum.

aut consonant, si qua possunt: aut rerum talium capiuntur auditu. Si uerò plures ab institutione huius disciplinæ alieni sint, prudentibus qui pauciores intererunt, sanciet dissimulationem sui, & patietur loquacitatem maiori parti amiciorem sociare: ne rara nobilitas à plebe tumultuosiore turbetur. Et hæc est una de uirtutibus Philosophiæ: quia cùm orator non aliter nisi orando probetur: Philosophus non minus tacendo pro tempore, quàm loquendo philosophatur. Sic ergo pauci qui aderũt doctiores, in consensum rudis consortij, salua & intra se quiescente ueri notione migrabunt: ut omnis discordiæ suspicio faciat. Nec mirũ si doctus faciet, quod fecit quõdam Pisistratus Athenarum tyrannus: qui cum filijs suis rectũ dando consilium nõ obtinuisset assensum: atq; ideo esset in simultate cum liberis: ubi hoc æmulis causam fuisse gaudij comperit, ex illa discordia sperantibus in domo regnantis nasci posse nouitatem: uniuersitate ciuium cõuocata, ait, succensuisse quidem se filijs non acquiescentibus patriæ uoluntati, sed hoc sibi postea uisum paternæ aptius esse pietati, ut in sententiam liberorum ipse concederet. Sciret igitur ciuitas, sobolẽ regis cum patre esse concordem. Hoc commento spem detraxit insidiantibus regnãtis quieti. Ita in omni uitæ genere, præcipueq; in lætitia conuiuali, omne quod uidetur absonum, in unam concordiam soni salua innocentia redigendum est. Sic Agathonis conuiuiũ, quia Socrates, Phædros, Pausanias, & Erisymachos habuit, sic ea cœna quam Callias doctissimus dedit, Carneadẽ dico, Antisthenẽ, & Hermogenẽ, cæterosq; his similes, uerbum nullum nisi philosophicũ sensit. At uerò Alcinoi uel Didonis mensa, quasi solis apta delicijs, habuit hæc Ioppam, illa* Demodocum cithara canentes. Nec deerant apud Alcinoum uiri saltatores,

Pisistrati factũ notatu dignũ.

*Polyphemum

res,& apud Didonem Bitias,ſic hauriens merum,ut ſe totum ſuperflua eius effuſione prolueret. Non'ne ſi quis aut inter Phæacas,aut apud Pœnos, ſermones de ſapientia erutos conuiualibus fabulis miſcuiſſet:& gratiam illis cœti *iuſtum bus aptam perderet, & in ſe riſum planè *iuſtè moueret?

De quibus rebus philoſophãdũ in conuiuio, ſi modò philoſophandi detur occaſio.

Ergo prima eius obſeruatio erit æſtimare conuiuas. Deinde ubi ſibi locum patere uiderit, non de ipſis profunditatis ſuæ inter pocula ſecretis loquetur: nec nodoſas & anxias,ſed utiles quidem,faciles'q; quæſtiones mouebit. Nam ſicut inter illos,qui exercitij genus habent in mediis ſaltare conuiuijs,ſi quis ut ſe amplius exerceat, uel ad curſum, uel ad pugillatum,ſodales laceßiuerit, quaſi ineptus relegabitur ab alacritate conſortij:ſic apud menſam, quando licet,aptis philoſophandum eſt: ut crateri liquoris ad lætitiam nati,adhibeatur non modò Nympharum,ſed Muſarum quoq; admiſtione temperies. Nam ſi (ut fateri neceſſe eſt)in omni conuentu aut tacendum eſt, aut loquendum: quæramus,ſilentium'ne conuiuijs,an & opportunus ſermo conueniat. Nam ſi, ſicut apud Athenas Atticas Areopagitæ tacentes iudicant, ita inter epulas oportet ſemper ſileri:non eſt ultra quærendum, inter menſas philoſophandum,nec'ne ſit. Si uerò non erunt muta conuiuia, cur ubi ſermo permittitur inhoneſtus, honeſtus prohibetur? maximè cùm non minus, quàm dulcedo uini, hilarent uerba conuiuium. Nam ſi Homeri latentem prudentiam inſcruteris altius, delinimẽtum illud quod Helena uino miſcuit νυπενθὲς τ' ἀχολόν τε κακῶν τ' ἐπίλησθες ἁπάντων, non herba fuit,non ex India ſuccus:ſed narrandi opportunitas, quæ hoſpitem mœroris oblitum flexit ad gaudium. Vlyßus enim præclara facinora filio præſente narrabat:

Odyſſ.4. Πάντα μὲν οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ὀνομήνω

Ὅσσα

Ὅσσοι ὀδυσῆϊ ταλασίφρονι εἵσιν ἄεθλοι.
Ἀλλ' οἷον τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνήρ
Δήμῳ ἐνὶ τρώων, ὕθι πάσχετε πήματ' ἀχαιοί.

Ergo paternã gloriam, & singula eius fortia facta dicendo, animum filij fecit alacriorem: & ita credita est, contra mœrorem uino remedium miscuisse. Quid hoc, inquit, ad Philosophiam? Imò nihil tam cognatum sapientiæ, quàm locis & temporibus aptare sermones: personarum, quæ aderunt, æstimatione in medium uocata. Alios enim relata incitarunt exempla uirtutum, alios beneficiorum, nonnullos modestiæ: ut & qui aliter agebant, sæpe auditis talibus ad emendationem uenirent. Sic autem uitijs irretitos, si & hoc in conuiuijs exegerit loquendi ordo, feriet Philosophia non sentientes: ut Liber pater thyrso ferit per obliquationem circunfusæ hederæ latente mucrone: quia non ita profitebitur in cõuuio Censorẽ, ut palàm uitia castiget. Cæterũ his obnoxij repugnabunt: & talis erit conuiuij tumultus, ut sub huiusmodi inuitati uideantur edicto.

Quod superest, læti bene gestis corpora rebus
Procurate uiri, & pugnam sperate parati.

Aut ut Homerus breuius & expreßius dixit:

Νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα. Iliad. 19.

Ergo si opportunitas necessariæ reprehensionis emerserit: sic à Philosopho proficiscetur, ut & tecta, & efficax sit. Quid mirum, si feriet sapiens (ut dixi) nõ sentientes? cùm interdum sic reprehendat, ut reprehensus hilaretur. Nec tamen fabulis suis, sed interrogationibus quoque uim Philosophiæ nihil ineptum loquentis ostendet. Hanc ergo nullus honestus actus, locus ue, cœtus nullus excludat: quæ ita se aptat, ut ubique sic appareat necessaria, tanquam abesse illam nefas fuerit.

De quibus libenter quisque interrogetur. CAP. II.

ET Auienus: Nouas mihi duas disciplinas uideris indu-cere, interrogandi, uel etiam reprehendendi: ut alacri tas utrinq; ijs, ad quos sermo est, excitetur: cùm dolor sem per reprehensionem uel iustam sequatur. Vnde hæc, quæ leuiter attigisti, fac quæso enarrando planiora. Primum, inquit Eustathius, hoc teneas uolo, non de ea me reprehen sione dixisse, quæ speciem accusationis habet, sed quæ ui-tuperationis instar est. Hoc Græci σκῶμμα uocant: non mi nus quidem amarum, quàm accusatio, si importunè profe-ratur. Sed à sapiente sic proferetur, ut dulcedine quoque non careat. Et ut prius tibi de interrogando respondeam: qui uult amœnus esse consultor, ea interrogat, quæ sunt interrogato facilia responsu, & quæ scit illum sedula exercitatione didicisse. Gaudet enim, quisquis prouocatur ad doctrinam suam in medium proferendam: quia nemo uult latêre, quod didicit: maximè si scientia, quam labo-re quæsiuit, cum paucis illi familiaris, & plurimis sit in-cognita: ut de astronomia, uel dialectica, cæterisq; simili-bus. Tunc enim uidentur consequi fructum laboris, cùm adipiscuntur occasionem publicandi quæ didicerant, sine ostentationis nota: qua caret, qui non ingerit, sed inuitatur ut proferat. Contrà, magnæ amaritudinis est, si coram mul tis interroges aliquem, quod non optima scientia quæsiuit. Cogitur enim aut negare se scire, quod extremum uere-cundiæ damnũ putant: aut respondere temere, & fortuito se euentui ueri falsi'ue cõmittere. Vnde sæpe nascitur in-scitiæ proditio: & omne hoc infortunium pudoris sui, im-putat consulenti. Necnon & qui obierunt maria, & ter-ras, gaudent, cùm de ignoto multis, uel terrarum situ, uel sinu maris interrogantur: libenterq; respondent, & descri bunt,

Quibus de re-bus interrogari quis cupiat.

bunt, modò uerbis, modò radio loca: glorioſiſſimum putantes, quæ ipſi uiderint, aliorum oculis obijcere. Quid duces & milites, qui fortiter à ſe facta ſemper dicturiunt: & tamen tacent, arrogantiæ metu? Non ne ſi ut hæc referant inuitentur, mercedem ſibi laboris extimant perſolutam: remunerationem putantes, inter uolentes narrare quæ fecerint? Adeò autem id genus narrationum habet quendam gloriæ ſaporè: ut ſi inuidi, uel æmuli fortè præſentes ſint, tales interrogationes obſtrependo diſcutiant: & alias inſerendo fabulas prohibeant illa narrari, quæ ſolēt narranti laudem creare. Pericula quoq; præterita, uel ærumnas penitus abſolutas qui euaſit, ut referat, gratiſſime prouocatur. Nam qui adhuc in ipſis uel paululū detinetur, horret admonitionem, & formidat relatum. Id adeò Euripides expreßit, ὡς ἥδιστα σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων. Adiecit enim σωθέντα, ut oſtenderet, poſt finem malorum gratiam relationis incipere. Et poëta ueſter adijciendo olim, quid niſi poſt emenſa infortunia futuro tempore iuuare dicit memoriam ſedati laboris?

Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.

Nec negauerim eſſe malorum genera, quæ non uult quipertulit uel tranſacta meminiſſe: nec minus interrogatus offenditur, quàm cùm in ipſis malis fuit. Vt qui carnifices expertus eſt, & tormenta membrorum: ut qui infauſtas pertulit orbitates: uel cui nota quondam *afflicta Cenſoria eſt. *al's, adfictaCaue interroges, ne uidearis obijcere. Illum ſæpe ſi potes uel, adfixaad narrandum prouoca, qui recitando fauorabiliter exceptus eſt: uel qui liberè & feliciter legationem peregit: uel qui ab Imperatore comiter, affabiliterq; ſuſceptus eſt: uel ſi quis tota penè claſſe à piratis occupata, ſeu ingenio, ſeu uiribus ſolus euaſit: quia uix implet deſiderium loquentis,

rerum

rerum talium uel longa narratio. Iuuat, si quem dicere iusseris amici sui repentinam felicitatem, quam sponte non audebat uel tacere, uel dicere: modò iactantiæ, modò malitiæ metu. Qui uenatibus gaudet, interrogetur de syluæ ambitu, de ambage lustrorũ, de uenationis euentu. Religiosus si adest, da illi referendi copiam, quibus obseruationibus meruerit auxilia Deorum, quãtus illi ceremoniarũ fructus: quia & hoc genus religionis existimãt, Numinũ beneficia non tacere. Adde, quia uolunt & amicos se Numinibus extimari. Si uerò & senex præsens est, habes occasionem, qua plurimũ illi cõtulisse uidearis, si eum interroges, uel quæ ad illum omnino nõ pertinent. Est enim huic ætati loquacitas familiaris. Hæc sciens Homerus, quandam congeriem simul interrogationum Nestori fecit offerri:

Odys. γ. Νῶϊ δ' ἐθέλω ἔτος ἄλλο μεταλλῆσαι καὶ ἐρέσθαι
Νέσορ, ἐπεὶ πολίοιο δίκας καὶ φρόνιν ἄλλων.
Τρὶς γὰρ λὴν μὲν φασὶν ἀνάξασθαι γενεὰς ἀνθρώπων.
Ὧς τέ μοι ἀθανάτοισι ἰνδάλλεται ἐσθλὰ ἔοικε.
Ὦ Νέσορ νηλιάδη, σὺ δ' ἀληθέα εἰνέπε.

Πῶς ἔθανε Ἀτρέος υἱὸς εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων,
Ποῦ Μενέλαος ἦεν, τίνα δ' αὖτῳ μήσατ' ὄλεθρον
Αἴγισθος ὀλόμησε, ἐπεὶ κτάνε πολλὸν ἀρείω,
ἦ οὐκ Ἀργείων ἦεν βασιλεύτερος, ἀλλά που ἄλλη
Πλάζετ' ἐπ' ἀνθρώπους, ὁ δὲ θαρσήσας κατέπεφνε.

Tot loquendi semina interrogando congessit, ut pruritum senectutis expleret. Et Vergilianus Aeneas gratum se ad omnia præbens Euandro, uarias illi narrandi occasiones ministrat. Neq; enim de una re aut altera requirit, sed singula lætus Exquiritq; audit'que uirũm monumenta priorum. Et Euander consultationibus captus, scitis quàm multa narrauerit.

De ua

De uario scommatum genere,& quàm cautè his utendum inter conuiuas. CAP. III.

HAec dicentem fauor excepit omnium. Sed mox subiecit Auienus: Vos omnes,qui doctorum doctißimi adestis, orauerim: ut hortatu uestro Eustathius, quæ de scommate paulò antè dixerit, animetur aperire. Omnibus ad hoc prouocantibus,ille contexuit: Præter categorian, quæ est φόρος: & præter διαβολὴν, quæ delatio est: sunt alia duo apud Græcos nomina,λειότης, καὶ σκῶμμα: quibus nec uocabula Latinè reperio, nisi fortè dicas lœdoriã exprobrationem esse ad directam contumeliam. scomma enim penè dixerim morsum figuratum: quia sæpe fraude, uel urbanitate tegitur: ut aliud sonet,aliud intelligas. Nec tamen semper ad amaritudinem pergit: sed nõnunquam ijs, in quos iacitur, & dulce est. Quod genus maximè uel sapiens,uel aliâs urbanus exercet: præcipuè inter mensas, & pocula,ubi facilis est ad iracundiam prouocatio. Nam sicut in præcipiti stantem uel leuis* flatus impellit: ita uino uel infusum uel aspersum, paruus quoque dolor incitat in furorem. Ergo cautius in conuiuio abstinendum scommate,quod tectam intra se habet iniuriã. Tantò enim pressius hærent talia dicta, quàm directæ lœdoriæ: ut hami angulosi,quàm directi mucrones tenacius infiguntur: maximeq; dicta huiusmodi risum præsentibus mouent, quo uelut assensus genere confirmatur iniuria. Est autem lœdoria huiusmodi: Oblitus ne es,quia salsamenta uendebas? Scomma autem,quod diximus sæpe contumeliam esse celatam,tale est: Meminimus quando brachio te emungebas. Nam cùm res eadem utrobiq; dicta sit, illud tamen lœdoria est,quod apertè obiectũ exprobratumq; est: hoc scomma,quod figuratè. Octauius qui natu* Libyus uidebatur,

*tactus

Alterum genus scommatum.

*nobilis

Cicero

Ciceroni recitanti ait: Non audio quæ dicis. Ille respondit, Certè solebas bene foratas habere aures. Hoc eò dictũ est, quia Octauius Libys oriundus dicebatur, quibus mos est aurem forare. In eundem Ciceronem Laberius, cùm ab eo ad consessum non reciperetur, dicẽtem: Reciperem te nisi angustè sederemus, ait ille nimis mordaciter: Atqui solebas duabus sellis sedere: obijciens tanto uiro lubricum fidei. Sed id quod Cicero dixit, nisi angustè sederemus, scomma est in C. Cæsarem, qui in senatum paßim tam multos admittebat, ut eos quatuordecim gradus capere non possent. Tali ergo genere, quod fœtum contumeliæ est, abstinendum sapienti semper, cæteris in conuiuio est.

Sunt alia scommata minus aspera, quasi edẽtatæ beluæ morsus: *ut Tullius in consulem, qui uno tantum die Consulatum peregit. Solẽt, inquit, esse Flamines Diales, modò Consules Diales habemus. Et in eundem: Vigilantißimus est Consul noster, qui in consulatu suo somnum non uidit. Eidemq; exprobranti sibi, quòd ad eundẽ Consulem non ueniſſet, Veniebam, inquit, sed nox me comprehendit. Hæc & talia sunt, quæ plus urbanitatis, minus amaritudinis habent. Vt sunt & illa de nonnullis corporeis uitijs aut parum, aut nihil gignentia doloris: ut si in caluitium cuiusquam dicas, uel in nasum, seu curuam erectionem, seu Socraticam depreßionem. Hæc enim quantò minoris infortunij sunt, tantò lenioris doloris. Cõtrà oculorum orbitas non sine excitatione commotionis obijcitur. Quippe Antigonus rex Theocritũ Chium, de quo iurauerat quòd ei parsurus esset, occidit propter scomma ab eodem de se dictum. Cum enim quasi puniendus ad Antigonum raperetur, solantibus eum amicis, ac spem pollicentibus, quòd omnino clementiã regis experturus esset, cùm ad eius oculos ue

*Ex capit. 2. libri 2. hunc locũ sic restituimus: ut M. Votacilius in Consulẽ, qui uno tãtum die Cõsulatum peregit. Solebant, &c.

los ueniſſet, reſpõdit: Ergo impoſsibilem mihi dicitis ſpem ſalutis. Erat autem Antigonus uno orbatus oculo. Et importuna urbanitas, male dicacem luce priuauit. Nec negauerim Philoſophos quoq; incurriſſe nonnunquam per indignationem hoc genus ſcommatis. Nam cùm regis liberalitas ad nouas diuitias nuper erectus, Philoſophos ad cõuiuium congregaſſet: & irridendo eorum minutulas quæſtiones, ſcire ſe uelle dixiſſet, cur ex nigra & alba faba pulmentum unius coloris edatur: Aridices Philoſophus indignè ferens, Tu nobis, inquit, abſolue, cur de albis & nigris loris ſimiles maculæ gignantur. Sunt ſcommata quæ in ſuperficie habent ſpeciem contumeliæ, ſed interdũ non tangunt audientes, cùm eadem ſi obnoxio dicantur, exagitent: ut contrà ſunt, quæ ſpeciẽ laudis habent, & perſonã audientis efficiunt contumeliæ plenam. De priore prius dicam: Lucius Quintus Prætor de prouincia nuper reuerterat, obſeruata, quod mireris, Domitiani temporis præturæ maxima caſtitate. Is cùm æger aſſidenti amico diceret, frigidas ſe habere manus: renidens ille ait: Atqui eas de prouincia calidas paulò antè reuocaſti. Riſit Quintus, delectatusque eſt, quippe alieniſsimus à ſuſpicione furtorum. Contrà, ſi hoc diceretur male ſibi conſcio, & ſua furta recolenti, exacerbaſſet auditũ. Critobolum famoſæ pulchritudinis adoleſcentem Socrates cum ad cõparationem fõræ prouocaret, iocabatur, nõ irridebat. Certè ſi dicas conſummatarum diuitiarum uiro, tibi excito creditores tuos: aut ſi nimis caſto, gratæ ſunt tibi meretrices, quia cõtinuas eas largitate ditaſti: utiq; delectabuntur, ſcientes his dictis ſuam conſcientiam non grauari. Sicut cõtrà ſunt, quæ ſub ſpecie laudis exagitant, ſicut paulò antè diuiſi. Nam ſi timidiſsimo dixero, Achilli uel Herculi comparandus es: aut famo

Rursũ duo ſcõmatum genera.

Prius.

famosæ iniquitatis uiro, ego te Aristidi in æquitate præpono: sine dubio uerba laudem sonãtia ad notã uituperationis suæ uterq; tracturus est. Eadem scommata eosdẽ modò iuuare, modò mordere possunt, pro diuersitate præsentium personarũ. Sunt enim, quæ si coram amicis obijciantur nobis, libenter audire possimus. Vxore uerò seu parentibus, magistriis'ue præsentibus, dici in nos aliquod scõma nolimus: nisi fortè tale sit, quod illorũ censura libẽter accipiat. Vt si quis adolescentẽ coram parentibus, uel magistris irrideat, quod insanire possit cõtinuis uigilijs, lectionibusq; nocturnis: aut uxore præsente, quòd stultè faciat uxorium se præbendo, nec ullam elegantiam eligendo formarum. Hæc enim & in quos dicuntur, & præsentes hilaritate perfundunt. Commendat scomma & conditio dicentis, si in eadem causa sit, ut si alium de paupertate pauper irrideat: si obscurè natum, natus obscurè. Nam Tharsius Amphias, cùm ex hortulano potens esset, & in amicum quasi degenerem nonnulla dixisset, mox subiecit: Sed & nos de eisdem seminibus sumus. & omnes pariter lætos fecit. Illa uerò scommata directa, lætitia eum in quem dicuntur, infundunt: si uirum fortem uituperes, quasi salutis suæ prodigum, & pro alijs mori uolentem: aut si obieceris liberali, quòd res suas profundat, nimus sibi quàm alijs consulendo. Sic & Diogenes Antisthenẽ Cynicum magistrum suum solebat ueluti uituperando laudare. Ipse enim, aiebat, mendicum me fecit è diuite: & pro ampla domo, in dolio fecit habitare. Melius autem ista dicebat, quàm si diceret, gratus illi sum, quia ipse me Philosophum, & consummatæ uirtutis uirum fecit. Ergo cùm unum nomen scommatis sit, diuersi continentur in eo effectus. Ideo apud Lacedæmonios inter cætera exactæ uitæ instituta, hoc quoq;

exerci

exercitij genus à Lycurgo est institutum: ut adolescentes & scõmata sine morsu dicere, & ab alijs in se dicta perpeti discerent. Ac si quis eorum in indignationem ob tale dictum prolapsus fuisset, ulterius ei in alterum dicere non licebat. Cùm ergo uideas mi Auiene (instituẽda est enim adolescentia tua, quæ ita docilis est, ut discẽda præcipiat) cùm uideas, inquam, anceps omne esse scommatum genus, suadeo in conuiuijs, in quibus lætitiæ insidiatur ira, ab eiusmodi dictis facessas: & magis quæstiones conuiuales uel proponas, uel ipse dissoluas. Quod genus ueteres ita ludicrum non putarunt, ut & Aristoteles de ipsis aliqua conscripserit, & Plutarchus, & uester Apuleius. Nec cõtemnendum sit, quod tot philosophantium curã meruit.

Cibum simplicem præferendum esse multiplici, ut qui sit digestu facilior. CAP. IIII.

ET Prætextatus: Hoc quæstionũ genus, cùm & senilẽ deceat ætatem, cur soli iuueni suadetur? Quin agite omnes qui adestis hîc, apta conuiuio fabulemur, ne de cibatu tantum, sed & siqua de natura corporum, uel alia: præsente maximè Disario nostro, cuius plurimum ad hoc genus quæstionũ poterit ars & doctrina conferre: sortia murq; (si uidetur) ut per ordinem unusquisq; proponat quam soluendã existimet quæstionẽ. * Hic assensi omnes, Prætextato anteloquium detulerunt, orantes, ut cùm ipse cœpisset, cæteris ex filo consultationis eius, interrogandi constitueretur exemplum. Tum ille: Quæro, inquit, utrũ simplex an multiplex cibus digestu facilior sit: quia multos hunc, nonnullos illum sectantes uidemus. Et est quidẽ superba ac contumax, & ueluti sui ostentatrix continentia: contrà, amœnam se, & comem appetentia uult uideri. Cùm ergo una Censoria sit, delicata altera, scire equidẽ

* Huic

Simplex an multiplex cibus sit digestu facilior.

uelim, quæ ſeruandæ aptior ſit ſanitati. Nec longè petendus aſſertor eſt, cùm Diſarius adſit, qui quid cõueniat corporibus humanis nõ minus callet, quàm ipſa natura huius fábricæ autor & nutrix. Dicas ergo uelim, quid de hoc quod quæritur, medicinæ ratio perſuadeat. Si me, Diſarius inquit, aliquis ex plebe imperitorum de hac quæſtione conſuluiſſet, quia plebcia ingenia magis exemplis quàm ratione capiuntur: admonuiſſe illum contentus forem inſtitutionis pecudum, quibus ſi ſimplex & uniformis cibus ſit, multò ſaniores ſunt corporibus humanis: & inter ipſas illæ morbis implicãtur, quibus (ut altiles fiant) offæ compoſitæ, & quibuſdam cõdimentis uariæ farciuntur. Nec dubitaret poſthac, cùm aduertiſſet animalibus ſimplici cibo utẽtibus familiarem ſanitatẽ, *ægreſcere autem inter illa quæ ſaginã compoſita uarietate patiuntur: quia cõſtat id genus alimoniæ nõ magis copia quàm uarietate crudeſcere. Fortaſſe illũ attentiorẽ exemplo altero feciſſem: ut conſideraret, nullum unquam fuiſſe medicorũ circa curas ægreſcentiũ tam audacis negligẽtiæ, ut febrienti uarium & non ſimplicem cibum daret. Adeò conſtat, quàm facilius digeſtu ſit uniformis alimonia: ut ei uel cùm infirma ſit natura, ſufficiat. Nec tertium defuiſſet exemplum, ita eſſe uitandam ciborum uarietatẽ, ut uaria ſolent uina uitari. Quis enim ambigat, eũ qui diuerſo uino utitur, in repentinam ruere ebrietatem, necdum hoc potus copia poſtulante? Tecum autẽ Vecti, cui ſoli perfectionẽ diſciplinarum omnium contigit obtinere, non tam exemplis, quàm ratione tractandũ eſt: quæ & me tacente, clàm te eſſe nõ poterat. Cruditates eueniunt, aut qualitate ſuci, in quẽ cibus uertitur, ſi non ſit aptus humori, qui corpus obtinuit: aut ipſius cibi multitudine, non ſufficiente natura

*Al's: ægreſcere autem quæ ſaginantur, & compoſita uarietate crudeſcere.

natura, ad omnia, quæ congesta sunt, concoquenda. Ac primùm de succi qualitate uideamus. Qui simplicè cibum sumit, facilè quo succo eius corpus uel iuuetur, uel grauetur, usu docente cognoscit. Nec enim ambigit, cuius cibi qualitate possessus sit, cùm unũ sumpserit. Et ita fit, ut noxa, cuius causa deprehẽsa est, facilè uitetur. Qui autẽ multiplici cibo alitur, diuersas patitur qualitates ex diuersitate succorũ: nec cõcordant humores ex materiæ uarietate nascẽtes, nec efficiunt liquidũ purum'ue sanguinẽ, in quẽ iecoris ministerio uertuntur, & in uenas cũ tumultu suo transeũt. Hinc morborũ scaturigo, qui ex repugnantium sibi humorũ discordia nascuntur. Deinde quia nõ omniũ quæ esui sunt, una natura est: nõ omnia simul coquuntur: sed alia celerius, tardius alia. Et ita fit, ut digestionum sequentiũ ordo turbetur. Neq; enim cibi, quẽ sumimus, una digestio est: sed ut corpus nutriat, quatuor patitur digestiones: quarũ unã omnes, uel ipsi quoq; hebetes sentiũt, alias occultior ratio deprehendit. Quod ut omnibus liqueat, paulò altius mihi causa repetẽda est. Quatuor sunt in nobis uirtutes, quæ administrandam alimoniam receperunt: quarum una dicitur κατεκτικὴ, quæ deorsum trahit cibaria confecta mandibulis. Quid enim tam crassam materiam per faucium angusta fulciret, nisi eam uis naturæ occultior hauriret? Hausta uerò non continuo lapsu per omne corpus succedentibus sibi foraminibus peruium ad imum usque descendunt, & talia qualia accepta sunt egeruntur, sed salutare officium digestionis expectant. Secundæ hæc cura uirtutis est, quam Græci, quia retentatrix est, uocant κατασκευαστικήν. Tertia, quia cibum in aliud ex alio mutat, uocatur ἀλλοιωτικὴ. Huic obsequuntur

Digestiones quatuor.

omnes, quia ipsa digestionibus curat. Ventris enim duo sunt orificia: quorum superius erectum recipit deuorata, & in follem uentris recõdit: hic est stomachus, qui pater familiâs dici meruit, quasi omne animal solus gubernans: nã si ægrescat, uita in ancipiti est, titubãte alimoniæ meatu, cui natura tanquã rationis capaci uelle ac nolle cõtribuit. Inferius uerò demissum intestinis adiacẽtibus inseritur, & inde uia est egerẽdis. Ergo in uentre fit prima digestio, uirtute allœotica in succum uertente, quicquid acceptũ est, cuius fæx retrimenta sunt, quæ per intestina inferiore orificio tradente labuntur, & officio quartæ uirtutis, cui ἀποκενωτικὴ nomen est, procuratur egestio. Ergo postquam in succũ cibus reformatur, hic iam iecoris cura succedit. Est autem iecur cõcretus sanguis, & ideo habet natiuũ calorẽ, qui confectum succũ uertit in sanguinẽ. Et sicut cibũ in succum uerti, prima est: ita succum trãsire in sanguinẽ, secũda digestio est. Hunc calor iecoris administratũ per uenarum fistulas in sua quæq; membra dispergit, parte quæ ex digestis frigidissima est, in lienẽ refusa: qui ut iecur caloris, ita ipse frigoris domicilium est. Nam ideo omnes dexteræ partes ualidiores sunt, & debiliores sinistræ, quia has regit calor uisceris sui: illæ contagione frigoris sinistra obtinentis hebetantur. In uenis autem & arterijs, quæ sunt receptacula sanguinis & spiritus, tertia fit digestio. Nã acceptum sanguinẽ quodãmodo defæcãt, & quod in eo aquosum est, uenæ in uesicã refundunt: liquidũ uerò, purumq; & altilem sanguinẽ singulis totius corporis membris ministrãt. Et ita fit, ut cùm cibum solus uenter accipiat, eius alimonia dispersa per uniuersos mẽbrorum meatus, ossa quoque & medullas & ungues nutriat, & capillos. Et hæc est quarta digestio, quæ in singulis

gulis membris fit, dum quod unicuiq; membro datum est, ipsi membro fit nutrimentū. Nec tamen huic toties defæcato retrimēta sua desunt, quæ cum membra omnia in sua sunt sanitate, per occultos euanescūt meatus. Si qua uerò pars corporis ægrescat, in ipsam quasi infirmiorem ultima illa quæ diximus retrimenta labuntur. Et hinc nascuntur causæ morborum, quæ ῥεύματα medicis uocare mos est. Si enim fuerit ultimi succi iusto uberior multitudo, hanc à se repellit pars corporis illa, quæ sanior est: & sine dubio labitur in infirmā, quæ uires nō habet repellendi. Vnde & alieni receptio distendit locum in quē ceciderit, & hinc creantur dolores. Hæc est ergo triplex causa uel podagræ, uel cuiuslibet ex confluētia morbi: id est, multitudo humoris, fortitudo membri à se repellentis, & recipiētis infirmitas. Cùm igitur asseruerimus, quatuor in corpore fieri digestiones, quarū altera pendet ex altera, & si præcedens fuerit impedita, nullus sit sequentis effectus: recurramus animo ad illā primam digestionem, quæ in uentre conficitur, & inuenietur quid impedimenti ex multiformi nascatur alimonia. Diuersorum enim ciborum diuersa natura est: & sunt qui celerius, sunt qui tardius digeruntur. Cùm ergo prima digestio uertitur in succum, quia non simul accepta omnia uertuntur, quod prius uersum est, dum alia tardius uertuntur, acescit, & hoc sæpe etiam eructando sentimus. Alia quoque quibus tarda digestio est, uelut ligna humida, quæ urgente igne fumum de se creant: sic illa imminente igne naturæ, fumant, dum tardius coquuntur. Siquidem nec hoc sensum eructantis euadat. Cibus autem simplex non habet controuersam moram, dum in simplicem simul succum uertitur: nec digestio ulla turbatur, dum omnes sibi stata momentorum di-

mensione succedunt. Si quis autem (quia nihil impatientius imperitia) rationes has dedignetur audire, extimans non impediri digestionem, nisi sola ciborum multitudine: nec uelit de qualitate tractare: hic quoq; multiformis alimonia deprehenditur causa morborum. Nam pulmentorum uarietas recipit uaria condimenta, quibus gula ultrà quàm naturæ necesse est, lacessitur: & fit inde congeries, dum pruritu desiderij amplius uel certè de singulis parua libatur. Hinc Socrates suadere solitus erat, illos cibos, potuśue uitandos: qui ultra sitim, fameḿue sedandã producunt appetentiam. Deniq; uel propter hoc edendi uarietas repudietur, quia plena est uoluptatis, à qua serijs, & studiosis cauendum est. Quid enim tam contrarium, quàm Virtus, & Voluptas? Sed modum disputationi facio, ne uidear hoc ipsum, in quo sumus, licet sobrium sit, tamen quia uarium est, accusare conuiuium.

Contrà, cibum multiplicem aptiorem esse quàm sit simplex. CAP. V.

HAec cùm Prætextato, & cæteris prona assensione placuissent, Euangelus exclamauit, Nihil tam indignũ toleratu, quàm quòd aures nostras Græca lingua captiuas tenet, & uerborum rotunditati assentire cogimur: circũuenti uolubilitate sermonis, qui ad extorquendã fidẽ agit in audientes tyrannũ. Et quia his loquendi labyrinthis impares nos fatemur, agè Vecti hortemur Eustathiũ: ut recepta contraria disputatione, quicquid pro uario cibo dici potest, uelit cõmunicare nobiscum: ut suis telis lingua uiolenta succumbat: & Græcus Græco eripiat hunc plausum, tanquã cornix cornici oculos effodiat. Et Symmachus: Rem iucundã Euangele amarius postulasti. Audere enim contra tam copiosè & elegãter inuenta, res est

quæ

quæ habeat utilem uoluptatem: sed nõ tanquam ingenijs insidiantes, & glorioſis tractatibus inuidentes, hoc debemus expetere, nec abnego, potuisse me quoq; tanquam palinodiã canere. Est enim rhetorica præluſio, cõmunes locos in utramuis partem inuentorũ alternatione tractare. Sed quia facilius Græcorũ inuentionibus à Græcis fortè alijs relata reſpõdent, te Eustathi oramus omnes, ut ſenſa & inuenta Diſarij cõtrarijs repellendo, in integrũ reſtituas exautoratum conuiuiorum lepôrem. Ille diu hoc à ſe officiũ deprecatus, ubi tot impellentiũ procerum, quibus obuiandum non erat, hortatui ſuccubuit: Bellum, inquit, duobus mihi amiciſſimis cogor indicere, Diſario, & Cõtinentiæ. Sed ab autoritate uestra, tanquam ab edicto Prætoris, impetrata uenia, Gulæ patronum (quia neceſſe eſt) profitebor. In primo ſpecioſis magis quàm ueris penes nos Diſarius exemplis, ut docebitur, noſtri cepit ingeniũ. Ait enim pecudes uti ſimplici cibo: & ideo expugnari difficilius earũ, quàm hominũ ſanitatẽ. Sed utrunq; falſum pbabo. Nã neq; ſimplex eſt animalibus mutis alimonia: nec ab illis, quàm à nobis, morbi remotiores. Teſtatur unũ uarietas pratorum quæ depaſcuntur: quibus herbæ ſunt amaræ pariter & dulces: aliæ ſuccum calidum, aliæ frigidũ nutrientes: ut nulla culina poßit tam diuerſa cõdire, quàm in herbis natura uariauit. Notus eſt omnibus Eupolis, inter elegantes habendus ueteris comœdiæ poëtas. Is in fabula quæ inſcribitur Aeges, inducit capras de cibi ſui copia in hæc ſe uerba iactantes:

Βοσκόμεθα ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς, ἐλάτης
Πρίνου, κομάρου τε πρόρθους ἀταλοὺς ἀωτοτρώγουσαι,
Καὶ πρὸς τούτοισιν ἔτ' ἄλλ' οἷον κύπτουτε, ἡλὲ
Φάσκων ἐυώλη, χ' σμίλακι τῇ πολύφυλλον.

Κόπνον, οἶνον, μελίαν, συκῆν, σῦν, κιτ*ν, * μυρίκην
Πρόμαλον, ῥάμνον, φλῶμον, ἀνθερικὴν κιδόν,
Φηγὸν, θύμα θύμβραν.

Αἰρέσκην

Videturne uobis ciborũ ista simplicitas, ubi tot enumerãtur uel arbusta, uel frutices, nõ minus succo diuersa, quàm nomine? Quòd autem non facilius morbis homines, quàm pecudes, occupentur: Homero teste contentus sum. qui pestilentiã refert à pecudibus esse inchoatam: quãdo morbus antequàm in homines posset irrepere, facilius captis pecoribus incubuit. Sed et quãta sit mutis animalibus infirmitas, uitæ breuitas indicio est. Quod enim eorum quibus notitia nobis in usu est, potest annos hominis æquare? nisi recurras fortè ad ea, quæ de coruis, atq; cornicibus fabulosa dicũtur: quos tamẽ uidemus omnibus inhiare cadaueribus, uniuersisq; seminibus insidiari, fructus arborũ persequi. Nam non minus edacitatis habent, quàm de longæuitate eorum opinio fabulatur. Secundum (si bene recordor) exemplum est, solere medicos ægris simplicẽ cibum offerre, non uariũ: cum hunc offeratis (ut opinor) nõ quasi digestu faciliorem, sed quasi minus appetendum: ut horrore uniformis alimoniæ, edendi desiderium languescret: quasi multis concoquendis per infirmitatem non sufficiente natura. Ideo si quis ægrescentium uel de ipso simplici amplius appetat, subducitis adhuc desideranti. Ideo uobis commẽto tali, non qualitas, sed modus quæritur. Quòd autem in edendo, sicut in potando suades uaria uitari, habet latentis captionis insidias, quia nomine simulitudinis coloratur. Cæterùm longè alia ciborũ ratio est. Quis enim unquam edendo plurimũ, mente sauciatus est: quod in bibendo cõtingit? Fartus cibo, stomacho uel uentre grauatur: infusus uino, fit similis insano, opinor,

quia

quia craßitudo cibi uno in loco permanẽs, expectat administrationẽ digestionis, & tũc demum membris sensim confectus illabitur: potus ut natura leuior, mox altum petit: & cerebrum, quod in uertice locatum est, ferit fumi calentis aspergine. Et ideo uaria uina uitantur, ne res quæ ad poßidendũ caput repentina est, calore tã diuerso quàm subito consilij sedem sauciet. Quod æquè in cibi uarietate metuendum, nulla similitudo, ratio nulla persuadet. In illa uerò disputatione, qua digestionum ordinem & sermone luculẽto & uario digeßisti, illa omnia quæ de natura humani corporis dicta sunt, & nihil nocẽt propositæ quæstioni, & eloquenter dicta nõ abnego. Illi soli non assentior, quòd succos uarios de ciborũ uarietate confectos, dicis cõtrarios esse corporibus: cùm corpora ipsa de cõtrarijs qualitatibus fabricata sint. Ex calido enim, et frigido, de sicco, & humido constamus. Cibus uerò simplex cui adest, succũ de se unius qualitatis emittit. Scimus autẽ similibus similia nutriri. Dic quæso unde aliæ tres qualitates corporis nutrirẽtur? Singula autẽ ad se similitudinem sui rapere, testis est Empedocles, q ait: Ὡς γλυκὺ μὲν γλυκυμάρπτε, πικρὸν δ' ἐπὶ πικρὸν ὄρουσε, ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἔβη, θερμὸν δ' ἐπεχεύετο θερμῷ. Te autẽ sæpe audio Hippocratis tui uerba cum admiratione referentem: ἀ ἓν ἓν ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἄν ἤλκειεν, ἀλλ' ἢ οὐκ ἄρα ἓν ἐτρ. Ergo si homo non unum, nutriendus est non ex uno. Nam & Deus omnium fabricator, aërem quo circũfundimur, & cuius spiramus haustu, non simplicem uoluit habere qualitatem, ut aut frigidus sit semper, aut caleat: sed nec continuæ siccitati, nec perpetuo cum addixit humori: quia una nos non poterat qualitate nutrire, de permistis quatuor fabricatos. Ver ergo calidum fecit, & humectum: sicca est æstas, & cali-

Ita nunc legimus: ἓν τῷ περὶ φύσιος ἀνθρώπου. ἐγὼ δὲ ἀκούω εἰ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος ὁ δίκαιον τ' ἂν ἤλκειεν οὐδὲ γὰρ ἦν ὑγιὲς τὸ ἀληθεύειν.

da: autumnus siccus, & frigidus: hyems humida pariter & frigida est. Sic & elemẽta quæ sunt nostra principia, ex diuersitatibus etiã ipsa constant, & nos nutriunt. Est enim ignis calidus, & siccus: aër humectus, & calidus: aqua similiter humecta, & frigida: terra frigida pariter, & sicca. Cur ergo nos ad uniformem cibum redigis, cum nihil nec in nobis, nec circa nos, nec in ijs de quibus sumus, uniforme sit? Quòd autem acescere, uel nõnunquam fumare in stomacho cibum, uis assignare uarietati: ut credamus, pronũties oportet, aut semper eum qui uario cibo utitur, hæc pati: aut nunquàm illũ pati, qui simplicem sumit. Si uerò & qui mensa fruitur copiosa, hoc uitiũ sæpe nõ sentit: et qui se uno cibo afficit, sæpe sustinet quod accusas: cur hoc uarietati, & non modo edacitatis assignas? Nam & de simplici auidus noxam patitur cruditatis, & in uario moderatus digestionis commodo fruitur. At inquies, Ipsa immoderatio ex ciborũ uarietate nascitur: titillante gula, & ad assumẽda plura quàm necesse est prouocante. Rursus ad ea, quæ iam dixi, reuoluor: cruditates de modo, non de qualitate prouenire. Modum enim seruat, qui sui potens est: * & in mensa Sicula, uel Asiana. Excedit impatiens, etiam si solis oliuis, aut olere uescatur. Et tamen ille copiosus, si moderationem tenuit, sanitatis compos est: contrà, insanus fit ille, cui merus sal cibus est, si hoc ipsum uoraciter inuaserit. Postremò, si in his, quæ sumimus, uarietatem noxiam putas: cur potionum remedia, quæ per os humanis uisceribus infunditis, ex tam cõtrarijs, ac sibi repugnantibus mista componitis? Succo paueris admiscetis euphorbium, mãdragoram, aliasq; herbas * conclamati frigoris, pipere temperatis. Sed nec monstruosis carnibus abstinetis, inferentes poculis testiculos castror

*etiam

* Cõclamatum frigus, pro maximo, & propè mortifero.

castrorum, & uenenata corpora uiperarum: quibus admiscetis quicquid nutrit India: quicquid deuehitur herbarum, quibus Creta generosa est. Cum ergo ad custodiã uitæ hoc faciant remedia, quod cibus: si quidem illa eam reuocent, iste contineat: cur illis prouidere uarietatem laboras, isti squallorem uniformitatis adijcis? Post omnia in uoluptatem Cẽsura cothurnati sermonis inuectus es, tanquã uoluptas uirtuti semper inimica sit: & non, cùm in luxũ, spreta mediocritate, prolapsa est. Quid enim agit ipse seruus, non edendo nisi cogente fame, nec potando præter sitim: nisi ut de utroq; capiat uoluptatem? Ergo uoluptas non mox nomine ipso infamis est: sed fit modo utendi uel honesta, uel arguenda. Parũ est si accusata sit, & nõ etiam laudetur uoluptas. Nã cibus qui cum uoluptate sumitur, desiderio tractus, in uentrẽ reconditur, patula expectatione rapientẽ: & dum animose fruitur, mox eum concoquit. quod non ex æquo cibis euenit, quos nulla sui dulcedo cõmendat. Quid ergo accusas uarietatem, quasi gulæ irritamentum: cùm salus sit hominis, uigere appetentiam: qua deficiente languescit, & periculo fit propior? Nam sicut in mari gubernatores uento suo, etiam si nimius sit, cõtrahendo in minorem modum uela præteruolant: & flatum, cùm maior est, coërcent: sopitum uerò excitare non possunt: ita & appetentia cùm titillatur, & crescit, rationis gubernaculo temperatur: si semel ceciderit, animal extinguitur. Si ergo cibo uiuimus, & cibũ appetentia sola cõmendat: elaborandum nobis est, commento uarietatis: ut hæc semper prouocetur, cũ præsto sit ratio, quæ intrà moderationis suæ terminos temperetur. Memineritis tamẽ lepido me conuiuio adesse, non anxio. Nec sic admitto uarietatem, ut luxum probem, ubi quæruntur æstiuæ niues,

& hybernæ roſæ: & dum magis oſtentui, quàm uſui ſeruitur, ſyluarum ſecretum omne luſtratur, & peregrina maria ſolicitantur. Ita enim fit, ut etiam ſi ſanitatem ſumẽtium mediocritas obſeruata non ſauciet: ipſe tamen luxus morum ſit ægritudo. His fauorabiliter exceptis, Diſarius, Obſecutus es, inquit, Euſtathi dialecticæ, ego medicinæ. Qui uolet eligere ſequenda, uſum conſulat: & quid ſit utilius ſanitati, experientia docebit.

Vinum natura frigidum potius uideri quàm calidum.
Et cur rarò fœminæ, ſenes citò inebrientur.

CAPVT VI.

POſt hæc Flauianus: Et alios quidem Medicos idẽ dicentes ſemper audiui, uinum inter calida cenſendum. Sed & nunc Euſtathius cùm cauſas ebrietatis attingeret, prædicabat uini calorem. Mihi autem ſæpe hoc mecũ reputanti, uiſa eſt uini natura frigori propior, quam calori. Et in medium profero, quibus ad hoc extimãdum trahor: ut ueſtrum ſit de mea extimatione iudiciũ. Vinum (quantum mea fert opinio) ſicut natura frigidum eſt, ita capax uel etiam appetẽs caloris fit, cùm calidis fuerit admotum. Nam & ferrum cùm tactu ſit frigidum, ψυχρὸν δ' ἐλε χαλκὸν ὀδὼσι: ſi tamen ſolem pertulerit, cõcaleſcit, & calor aduena natiuum frigus expellit. Hoc utrum ita eſſe ratio perſuadeat, requiramus. Vinum quod aut potu interioribus conciliatur, aut fotu ut ſuperficiem curet, adhibetur, cum infunditur cuti: quin frigidum ſit, nec medici inficiantur. Calidum tamen in interioribus prædicant, cum non tale deſcendat, ſed admiſtum calidis concaleſcat. Certè reſpondeant uolo, cur ſtomacho in laßitudinem degenerãti, ad inſtaurandas conſtrictione uires offerant ægreſcenti uinum: niſi frigore ſuo laſſata cogeret, & colligeret diſſoluta?

Vinum natura frigidum.

soluta? Et cùm lasso (ut dixi) stomacho nil adhibeant calidum, ne crescat ulterius lassitudo: à uini potu non prohibent, defectum in robur hac curatione mutantes. Dabo aliud indicium accidentis magis uino, quàm ingeniti caloris. Nam si quis aconitum nesciens hauserit: nõ nego, hausto eum meri plurimi solere curari. Infusum enim uisceribus trahit ad se calorem, & ueneno frigido quasi calidũ iam repugnat. Si uerò aconitum ipsum cum uino tritum potui datum sit, haurientem nulla curatio à morte defendit. Tunc enim uinum natura frigidum admistione sui frigus auxit ueneni: nec in interioribus iam calescit, quia nõ liberum, sed admistum alij, imò in aliud uersum descendit in uiscera. Sed & sudore nimio uel laxato uentre defessis uinum ingeritur: ut in utroq; morbo constringat meatus. Insomnem medici frigidis oblinunt, modò papaueris succo, modò mandragora, uel similibus, in quibus est & uinũ. Nam uino somnus reduci solet, quod non nisi ingentis frigoris testimonium est. Deinde omnia calida uenerem prouocant, & semen excitant, & generationi fauent. Hausto autem mero plurimo, fiunt uiri ad coitum pigriores. Sed nec idoneum conceptioni ferunt: quia uini nimietas, ut frigidi, facit semen exile uel debile. Hoc uerò uel manifestissimam existimationis meæ habet assertionem: quòd quæcunq; nimium algentibus, eadem contingunt ebrijs. Fiunt enim tremuli, pallidi, graues: & saltu tumultuantis spiritus artus suos, & membra quatiuntur. Idem corporis torpor ambobus, eadem linguæ titubatio. Multis etiam morbus ille, quem παράλυσιν Græci uocant, sic nimio uino, ut multo algore cõtingit. Respice etiam quæ genera curationum adhibeantur ebrijs. Noń ne cubare sub multis operimentis iubẽtur, ut extinctus calor refoueatur? noń ne &

Remedia insomnij.

ad

ad calida lauacra ducuntur? non ne illis unctionum tempore calor corporis excitatur? Postremò, qui fiunt crebrò ebrij, citò senescunt. Alij ante tempus cõpetentis ætatis uel caluitio, uel canitie insigniuntur, quæ non nisi inopia caloris eueniunt. Quid aceto frigidius, quod culpatum uinum est? Solum enim hoc ex omnibus humoribus crescentem flammam uiolenter extinguit: dum per frigus suum calorem uincit elemẽti. Nec hoc prætereo, quòd ex fructibus arborum illi sunt frigidiores, quorum succus imitatur uini saporem: ut mala seu simplicia, seu granata, seu cydonia, quæ cotonea uocat Cato. Hoc ideo dixerim, quod me sæpe mouit, & exercuit, mecũ disputantem: quia in mediũ proferre uolui, quid de uino extimauerim sentiendũ. Cæterum consultationem mihi debitam non omitto. Te enim Disari conuenio, ut quod quærendum mihi occurrit absoluas. Legisse apud Græcum philosophũ memini (ni fallor, ille Aristoteles fuit) in libro quẽ de Ebrietate composuit, Mulieres rarò in ebrietatẽ cadere, crebrò senes. Nec causam uel huius frequentiæ, uel illius raritatis adiecit. Et quia ad naturam corporũ tota hæc quæstio pertinet, quã nosse & industriæ tuæ, & professionis officium est: uolo te causas rei, quam ille sententiæ loco dixit, si tamen philosopho assentiris, aperire. Tum ille: Rectè & hoc Aristoteles, ut cætera. Nec possam non assentiri uiro, cuius inuentis nec ipsa natura dissentit. Mulieres, inquit, rarò inebriantur, crebrò senes. Rationis plena gemina ista sentẽtia, & altera pendet ex altera. Nam cùm didicerimus quid mulieres ab ebrietate defendat: iam tenemus, quid senes ad hoc frequenter impellat. Contrariam enim naturã sortita sunt muliebre corpus, & corpus senile. Mulier humectißimo est corpore. Docet hoc & læuitas cutis, & splendor: docent

Incõmoda ebrietatis.

Mulieres cur rarius inebrientur.

cent præcipuè aßiduæ purgationes, superfluo exonerantes corpus humore. Cum ergo epotum uinum in tam largum ceciderit humorem, uim suam perdit, & fit dilutius: nec facilè cerebri sedem ferit, fortitudine eius extincta. Sed & hæc ratio iuuat sentẽtiæ ueritatem, quòd muliebre corpus crebris purgationibus deputatum, pluribus cõsertum foraminibus: ut pateat in meatus, & uias præbeat humori in egestionis exitum confluenti. Per hæc foramina uapor uini celeriter euanescit. Cõtrà, senibus siccum corpus est: quod probat asperitas, & squallor cutis. Vnde & hæc ætas ad fletum fit difficilior, quod est indicium siccitatis. Intra hos uinum nec patitur contrarietatem repugnantis humoris: & integra ui sua adhæret corpori arido: et mox loca tenet, quæ sapere homini ministrant. Dura quoq; esse senum corpora, nulla dubitatio est: & ideo etiam ipsi naturales meatus in membris durioribus obserantur: & hausto uino, exhalatio nulla contingit: sed totum ad ipsam sedem mentis ascendit. Hinc fit, ut & sani senes malis ebriorum laborent: tremore membrorum, linguæ titubantia, abundantia loquendi, iracundiæ concitatione: quibus tam subiacent iuuenes ebrij, quàm senes sobrij. Si ergo leuem pertulerint impulsum uini, non accipiunt hæc mala, sed incitant, quibus ætatis ratione iam capti sunt.

Senes cur facile inebrientur.

Titubãtia, prima inflexionis.

Fœminis frigidiór ne sit natura quàm uiris, an calidior. Et cur mustum non inebriet.

CAPVT VII.

PRobata omnibus Disarij disputatione, subiecit Symmachus: Vt spectata est tota ratio, quam de muliebris ebrietatis raritate Disarius inuenit: ita unũ ab eo prætermissum est, nimio frigore, quod in earum corpore est, frigescere

Mulieres frigidæ.

gescere haustum uinum: & ita debilitari, ut uis eius, quæ elanguit, nullum calorem posit, de quo nascitur ebrietas, excitare. Ad hæc Horus: Tu uerò Symmache frustra opinaris frigidam mulierum esse naturam, quam ego calidiorem uirili, si tibi uolenti erit, facilè probabo. Humor naturalis in corpore, quando ætas transijt pueritiam, fit durior, & acuitur in pilos. Ideo tũc & pubes, & genæ, & aliæ partes corporis uestiuntur. Sed in muliebri corpore hunc humorem calore siccante fit inopia pilorum: & ideo in corpore sexus huius manet continuus splendor, et læuitas. Est & hoc in illis indicium caloris, abundantia sanguinis, cuius natura feruor est: qui ne urat corpus si insidat, crebra purgatione subtrahitur. Quis ergo dicat frigidas, quas nemo potest negare plenas caloris, quia sanguinis plenæ sunt? Deinde licet urendi corpora defunctorum usus nostro seculo nullus sit: lectio tamen docet, eo tempore, quo igni dari honor mortuis habebatur, si quãdo usu uenisset, ut plura corpora simul incenderentur, solitos fuisse funerum ministros denis uirorum corporibus adijcere singula muliebria: & unius adiutu, quasi natura flãmei, & ideo celeriter ardentis, cætera flagrabant. Ita nec uetcribus calor mulierum habebatur incognitus. Nec hoc tacebo, quòd cùm calor semper generationis causa sit: fœminæ ideo celerius quàm pueri fiunt idoneæ ad generandum, quia calent amplius. Nam & secundum iura publica duodecimus annus in fœmina, & quartusdecimus in puero definiuit pubertatis ætatem. Quid plura? Non'ne uidemus mulieres, quando nimiũ frigus est, mediocri uestecontentas, nec ita operimẽtis plurimis inuolutas, ut uiri solent: scilicet naturali calore, cõtra frigus, qd' aër ingerit, repugnante? Ad hæc renidẽs Symmachus: Bene, inquit,

Mulierum naturam calidiorem esse quàm sit uirorum.

Horus

Horus noster tentat uideri Orator ex Cynico, qui in contrarium uertit sensus, quibus potest muliebris corporis frigus probari. Nam quòd pilis (ut uiri) non obsidentur, inopia caloris est. Calor est enim qui pilos creat. Vnde & eunuchis desunt: quorũ naturam nullus negauerit frigidiorem uiris. Sed & in corpore humano illæ partes maximè uestiũtur, quibus amplius inest caloris. Læue autem est mulierum corpus, quasi naturali frigore densetur. Comitatur enim algorem densitas, læuitas densitatem. Quòd uerò sæpe purgantur, non multi, sed uitiosi humoris indicium est. Indigestum est enim, & crudum quod egeritur, & quasi infirmũ effluit: nec habet sedem, sed natura quasi noxium, & magis frigidum pellitur. Quod maximè probatur, quia mulieribus, cùm purgantur, etiam algere contingit. Vnde intelligitur frigidũ esse, quod effluit: & ideo in uiuo corpore non manere: quasi inopia caloris extinctum. Quòd muliebre corpus iuuabat ardentes uiros: non caloris erat, sed pinguis carnis, & oleo similioris, quod non in illis contingeret ex calore. Quòd citò admouentur generationi: non nimij caloris, sed naturæ infirmioris est: ut exilia poma celerius matureſcunt, robusta serius. Sed si uis intellige re in generatione ueram rationem caloris: considera uiros longè diutius perseuerare in generando, quàm mulieres in pariendo. Et hæc tibi sit indubitata probatio in utroq; sexu uel frigoris, uel caloris. Nam uis eadem in frigidiore corpore celerius extinguitur, in calidiore diutius perseuerat. Quòd frigus aëris tolerabilius uiris ferunt, facit hoc frigus suum. Similibus enim similia gaudent. Ideo ne corpus earum frigus horreat, facit consuetudo naturæ, quam sortitæ sunt frigidiorem.

Contrà, frigidiorem esse naturam mulierum, quàm uirorum sit.

Sed de his singuli, ut uolunt, iudicent: ego uerò ad sor-

tem consulendi uenio: & quod scitu dignum existimo, ab eodem Disario quæro, & mihi usque ad effectum nimio amico, & cum in cæteris, tum in his optime docto. Nuper in Tusculano meo fui, cum uindemiales fructus pro annua solennitate legerentur. Erat uidere permustos rusticis seruos haurire uel de expresso, uel de sponte fluente mustum: nec tamen ebrietate capi. Quod in illis præcipuè admirabar, quos impelli ad insaniam paruo uino noueram. Quæro quæ ratio de musto ebrietatem aut tardam fieri faciat, aut nullam.

Mustũ cur non inebriet.

Ad hæc Disarius: Omne quod dulce est citò satiat, nec diuturnam desiderij sui fidem tenet: sed in locum satietatis succedit horror. In musto autem sola dulcedo est, suauitas nulla. Nam uinum cùm in infantia est, dulce: cùm pubescit, magis suaue quàm dulce est. Esse autem harũ duarum rerum distantiam, certè Homerus testis est, qui ait:

Odis. 15. Μαὶ ὄγε δύμοι οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσιν ἄφυσσεν
Ἡδύν.

Ἥλιος. Καίεω δ' ἔντ' ἐδῆτι θεῶν κρὶ ἀλείφατι πολλῷ
Καὶ μέλιτι γλυκερῷ.

Vocat enim mel dulce, & uinum suaue. Mustum igitur, cum necdum suaue est, sed tantummodo dulce, horrore quodam tantum sumi de se non patitur, quãtum sufficiat ebrietati. Addo aliud, naturali ratione ebrietati dulcedinẽ repugnare: adeò, ut medici eos qui usq; ad periculum uino distenduntur plurimo, cogant uomere: & post uomitum contra fumum uini qui remansit in uenis, panem offerunt melle illitum: & ita hominem ab ebrietatis malo dulcedo defendit. Ideo ergo non inebriat mustum, in quo est sola dulcedo. Sed & hoc idonea ratione *descendit, quòd mustum graue est, & flatus, & aquæ permistione, & pondere

*defendit

dere suo citò in intestina delabitur, ac profluit, nec manet in locis obnoxijs ebrietati. Delapsum uerò relinquit sine dubio in homine ambas qualitates naturæ suæ: quarū altera in flatu, altera in aquæ substātia est. Sed flatus quidem, quasi æquè ponderosus, in ima delabitur: aquæ uerò qualitas non solum ipsa non impellit in insaniam: sed & siqua uinalis fortitudo in homine resedit, hanc diluit, & extinguit. Inesse autem aquam musto uel hinc docetur, quòd cùm in uetustatem procedit, fit mensura minus, sed acrius fortitudine: quia exhalata aqua, qua molliebatur, remanet uini sola natura cum fortitudine sua libera, nulla diluti humoris permistione mollita.

De facilitate uel difficultate digestionis quorundam ciborum: deq; aliis quibusdam quæstiunculis oppidò quàm argutis. CAPVT VIII.

POst hæc Furius Albinus: Ego quoq; pro uirili portione Disarium nostrum inexercitum non relinquo. Dicas quæso, quæ causa difficile digestu facit isitium: quod ab insectione insitium dictum (amissione enim literæ, posteà, quod nunc habet nomen obtinuit) cùm multum in eo digestionem futuram iuuerit tritura tam diligens: & quicquid graue erat carnis absumpserit, cōsummationēq; eius multa ex parte confecerit. Et Disarius: Inde hoc genus cibi difficilè digeritur, unde putas ei digestionem antè prouisam. Leuitas enim, quam tritura præstitit, facit ut innatet udo cibo, quem in medio uentris inuenerit: nec adhæreat cuti uentris, de cuius calore digestio promouetur: sic & mox tritum atq; firmatum, cùm in aquam conijcitur, natat. Ex quo intelligitur, quod idem faciēs in uentris humore, subducit se digestionis necessitati: & tam serò illhic coquitur, quàm tardius conficiuntur quæ uapore

Isitiū cur difficile digestu sit.

aquæ, quàm quæ igne soluuntur. Deinde dum instantius teritur, multus ei flatus inuoluitur: qui prius in uentre consumendus est, ut tum demum cõficiatur quod remansit *aueo de carne iam liberum. Hoc quoq; scire* habeo, Furius inquit, quæ faciat causa nonnullos carnes ualidiores facilius digererc quàm tenues. Nam cùm citò coquãt offas bubulas, in asperis piscibus concoquendis laborant. In his Disarius ait: Huius rei autor est nimia in homine uis caloris: quæ si idoneam materiam suscipit, liberè congreditur, & citò eam in concertatione consumit: leuem modò præterit ut latentem, modò in cinerem potius quàm in succum uertit: ut ingentia robora in carbonum frusta lucentia igne uertuntur: paleæ si in ignem ceciderint, mox solum de eis cinerem restat uideri. Habes & hoc exemplum non dissonum, quòd potentior mola ampliora grana confringit, integra illa quæ sunt minutiora transmittit. Vento nimio abies, aut quercus auellitur: cannam nulla facilè frangit procella. Cumq; Furius delectatus enarrantis ingenio, plura uellet interrogare, Cecinna se Albinus obiecit: Mihi quoq; desiderium est habendi pauliſper negotij cum tam facunda Disarij doctrina. Dic oro te, inquit, quæ facit causa, ut sinapi & piper, si apposita cuti fuerint, excitent uulnus, & loca perforent: deuorata uerò nullam uentris corpori inferant læsionem. Et Disarius: Species, inquit, & acres & calidæ, superficiem cui apponuntur, exulcerant: quia integra uirtute sua sine alterius rei admixtione utuntur ad noxiam. Sed si in uentrem recepta sint, soluitur uis earum uentralis humoris alluuione, qua fiunt dilutiores. Deinde prius uertũtur in succum uentris calore, quàm ut integra possint nocere. Cecinna subiecit: Dum de calore loquimur, admoneor rei, quam semper quæsitu dignam putaui:

Carnes ualidiores quare aliquãdo facilius digerantur ꝙ tenues.

Sinapi & piper cur apposita cuti uulnus excitent, deuorata nõ lædunt.

tauit: Cur in Aegypto quæ regionum aliarum calidißima est, uinum non calida, sed penè dixerim frigida uirtute nascatur. Ad hoc Disarius: Vsu tibi, Albine, compertum est: aquas, quæ uel de altis puteis, uel de fontibus hauriuntur, fumare hyeme, æstate frigescere. Quod fit non alia de causa, nisi quòd aëre, qui nobis circũfusus est, propter temporis rationem calente, frigus in terrarũ ima demergitur, & aquas inficit, quarum in imo est scaturigo. Et contrà, cùm hyemem aër præfert, calor in interiora demergens, aquis in imo nascentibus dat uaporem. Quod ergo ubique alternatur, uarietate temporis, hoc in Aegypto semper est, cuius aër semper est in calore. Frigus enim ima petens, uitium radicibus inuoluitur, & talem dat qualitatem succo inde nascenti. Ideo regionis calidæ uina calore caruerũt. Tractatus noster, Albinus inquit, semel ingressus calorẽ, non facilè aliò digreditur. Dicas ergo uolo, cur qui in aquam descendit calidam, si se non mouerit, minus uritur: sed si agitatu suo aquam mouerit, maiorem sentit calorem: & toties aqua urit amplius, quoties nouus ei motus accesserit. Et Disarius: Calida, inquit, quæ adhæserit nostro corpori, mox præbet tactum sui mansuetiorem: uel quia cuti assueuit, uel quia frigus accepit à nobis. Motus uerò aquam nouam corpori applicat: & cessante assuetudine, de qua paulò antè diximus, semper nouitas auget sensum caloris. Cur ergo, Albinus ait, æstate cùm aër calidus flabro mouetur, non calorem, sed frigus acquirit? eadem enim ratione & in hoc feruorem deberet motus augere. Non eadem ratio est, Disarius inquit, in aquæ, & aëris calore. Illa enim corporis solidioris est: & crassa materies, cùm mouetur, integra ui sua superficiem, cui admouetur, inuadit: aër motu in uentum soluitur, & liquidior se

Cur uina frigida in Aegypto

Aqua calida cur mota fiat calidior.

Aestate cur aër motus flabro frigidius acquiratur.

factus agitatu, flatus efficitur. Porrò ut flatus illud remoueat, quod circunfusum nobis erat: erat autem circa nos calor. Remoto igitur per flatum calore, restat ut aduenam sensum frigoris præstet agitatus.

Cur se in orbem rotantes patiantur uertiginem capitis. Et quomodo cerebrum ipsum sensus expers, sensus tamen in cæteris membris gubernet. Inibiq; obiter quæ partes humani corporis sensu careant.

CAPVT IX.

INterpellat Euangelus pergentẽ consultationẽ: &, Exercebo, inquit, Disariũ nostrũ, si tamẽ minutis illis suis, & rotantibus responsionibus satisfaciet cõsulenti. Dic Disari, cur qui ita se uertunt, ut sæpe in orbẽ rotẽtur, & uertiginẽ capitis, & obscuritatẽ patiuntur oculorũ: postremò si perseuerauerint, ruũt, cũ nullus alius motus corporis hãc ingerat necessitatẽ? Ad hæc Disarius: Septẽ, inquit, corporei motus sunt. Aut enim accedit priorsum, aut retrorsum recedit, aut in dexteram læuaḿue diuertitur, aut sursum promouetur, aut deorsum, aut orbiculatim rotatur. Ex ijs septẽ motibus, unus tantũ in diuinis corporibus inuenitur: sphæralem dico, quo mouetur cœlum, quo sidera, quo cætera mouentur elementa. Terrenis animalibus illi sex præcipuè familiares sunt, sed nonnunquã adhibetur & septimus. Sed sex illi ut directi, ita & innoxij. Septimus, id est, qui gyros efficit, crebro conuersu turbat, & humoribus capitis inuoluit spiramentũ: quod animã cerebro quasi omnes sensus corporis gubernanti, ministrat. Hoc est autẽ spiramentũ, quod ambiens cerebrũ, singulis uim suam sensibus præstat: hoc est, quod neruis, & musculis corporis fortitudinẽ præbet. Ergo uertigine turbatũ, & simul agitatis humoribus oppressum languescit, & ministeriũ suũ deserit. Inde fit ijs, qui raptantur in gyros, hebetior auditus,

Rotantes se in orbẽ, cur uertiginem patiunt.

ditus, uisus obscurior. Postremò neruis, & musculis nullam ab eo uirtutem, quasi deficiente, sumentibus: totum corpus, quod ijs sustinetur, & in robur erigitur: desertum iam fulcimentis suis, labitur in ruinam. Sed contra hæc omnia, consuetudo, quam secundam naturam pronuntiauit usus, illos iuuat, qui in tali motu sæpe uersantur. Spiramentum enim cerebri, quod paulò antè diximus, assuetum rei iam non sibi nouæ, non paescit hunc motum, nec ministeria sua deserit. Ideo consuetis etiam iste agitatus innoxius est. Et Euangelus: Irretitum te iam Disari teneo: &, si uerè opinor, nusquam hodie effugies. Et alios enim in arte tibi socios, & ipsum te audiui sæpe dicentem, cerebro non esse sensum: sed ut ossa, ut dentes, ut capillos, ita & cerebrum esse sine sensu. Verum'ne est hæc uos dicere solitos? an ut falsum refelles Disari? Verum, ait ille. Euangelus: Ecce iam clausus es. Vt enim concedam tibi, præter capillos, in homine aliquid esse sine sensu, quod non facile persuasu est: tamen cur sensus omnes paulò antè dixisti à cerebro ministrari, cùm cerebro non ineſſe sensum ipse fatearis? potest'ne excusari huius contrarietatis * ausum, uel uestri oris nota uolubilitas? Et Disarius renidens: Retia quibus me irretitum tenes, nimis rara sunt, nimis patula. Ecce me Euangele sine nisu inde exemptum uidebis. Opus naturæ est, ut sensum uel nimium sicca, uel nimium humecta non capiant. Ossa, dentes cum unguibus, & capillis nimia siccitate ita densata sunt: ut penetrabilia non sint effectui animæ, quæ sensum ministrat. Adeps, medulla, & cerebrum ita in humore, atq; mollitie sunt, ut eundem effectum animæ, quem siccitas non recipit, mollities ista non teneat. Ideo tam dentibus, unguibus, ossibus & capillis, quàm adipi, medullis, & cerebro sensus ineſſe non

Dentes, ossa, & alia quædã in homine sensu carentia.

*Ausum pro audacia.

potuit. Et sicut sectio capillorum nihil doloris ingerit: ita si secetur uel dens, uel os, seu adeps, seu cerebrũ, seu medulla, aberit omnis sensus doloris. Sed uidemus, inquies, tormentis affici, quibus secantur ossa: torqueri homines & dolore dentium. Hoc uerum quis abneget? Sed ut os secetur, omentum quod impositum est ossi, cruciatum, dum sectionem patitur, importat. Quod cùm medici manus transit, os iam cum medulla, quam continet, habet indolentiam, sectioni similem capillorum. Et cùm dentium dolor est: non os dentis in sensu est, sed caro quæ continet dentem. Nam & unguis quantus extra carnem crescendo pergit, sine sensu secatur. qui carni adhæret, iam facit si secetur dolorem: non suo, sed sedis suæ corpore. Sicut capillus dum superior secatur, nescit dolorem: si auellatur, sensum accipit à carne, quam deserit. Et cerebrum, quod tactu sui hominem uel torquet, uel frequenter interimit: non suo sensu, sed uestitus sui, id est, omenti, hunc importat dolorem. Ergo diximus quæ in homine sine sensu sint, & quæ hoc causa faciat, indicatum est. Reliqua pars debiti mei de eo est, cur cerebrum, cùm sensum nõ habeat, sensus gubernet. Sed de hoc quoq; tentabo, si potero esse soluendo. Sensus, de quibus loquimur, quinq; sunt: uisus, auditus, odoratus, gustus & tactus. Hi aut in corpore sunt, aut circa corpus, solisq; sunt caducis corporibus familiares. Nulli enim diuino corpori sensus ineſt. Anima uerò omni corpore, uel si diuinum sit, ipsa diuinior est. Ergo si dignitas diuinorum corporum, sensum dedignatur, quasi aptum caducis: multò magis anima maioris est maiestatis, quàm ut sensu egeat. Vt autem homo constet & uiuum animal sit, anima præstat, quæ corpus illuminat. Porrò illuminat, inhabitando, & habitatio eius in cerebro est. *Et

Cerebrum sensu carens, quomodo corporis sensus gubernet.

est. *Et sphæralis enim natura, & ad nos de alto ueniens, *Ex sphæra partem in homine altam, & sphæralem tenuit, & que sen- li enim natu su careat, qui non est animæ necessarius. Sed quia necessa ra rius animali est, locat in cauernis cerebri spiramentum de effectibus suis: cuius spiramenti natura hæc est, ut sensus & ingerat & gubernet. De his ergo cauernis, quas uen- tres cerebri nostra uocauit antiquitas, nascuntur neruorũ septem σῦζυγίαι: cui rei nomen quod ipse uoles Latinum fa cito. Nos enim σῦζυγίας neruorum uocamus, cùm bini ner- ui pariter emergunt, & in locum certum desinunt. Septẽ igitur neruorum σῦζυγίαι de cerebri uentre nascentes, ui- cem implent fistularum, spiramentum sensificum ad sua quæq; loca naturali lege ducentes: ut sensum uicinis, & longè positis membris animalis infundant. Prima igitur σῦζυγία neruorum talium petit oculos, & dat illis agnitio- nem specierum, & discretionem colorum. Secunda in au- res se diffundit, per quam eis innascitur notitia sonorum. Tertia naribus inseritur, uim ministrans odorandi. Quar ta palatum tenet, per quod de gustibus iudicatur. Quinta ui sua corpus omne implet. omnis enim pars corporis mol lia & aspera, frigida & calida discernit. Sexta de cere- bro means stomachum petit, cui maximè sensus est neces- sarius: ut quæ desunt appetat, superflua respuat, & in ho- mine sobrio se ipse moderetur. Septima σῦζυγία neruorum, infundit sensum spinali medullæ, quæ hoc est animali, quod est naui carina. Et adeò usu, aut dignitate præcipua est, ut longum cerebrum à medicis sit uocata. Ex hac de- niq;, ut ex cerebro, diuersi nascuntur meatus, uirtutem tri bus animæ propositis ministrantes. Tria sunt enim, quæ ex animæ prouidentia accipit corpus animalis: ut uiuat, ut decorè uiuat, & ut immortalitas illi successione quæratur.

His tribus propositis, ut dixi, animæ per spinalem medullam præbetur effectus. Nam cordi, & iecori, & spirandi ministerijs, quæ omnia ad uiuendum pertinent, uires ex spinalibus, quos diximus, meatibus ministrantur. Neruis etiam manuum, pedum, aliarum'ue partium, per quas decorè uiuitur, uirtus inde præstatur. Et ut ex his successio procuretur, nerui ex eadem spinali medulla pudendis, & matrici, ut suum opus impleant, ministrantur. Ita nulla in homine pars corporis sine spiramento, quod in uentre cerebri locatum est, & sine spinalis medullæ beneficio constat. Sic ergo fit, ut cum ipsum cerebrum sensu careat, sensus tamen à cerebro in omne corpus proficiscatur. Euge Græculus noster, Euangelus ait, tam planè nobis ostendit res *opertu naturæ tectas: ut quicquid sermone descripsit, oculis uidere uideamur. Sed Eustathio iam cedo, cui prærupui consulendi locum. Eustathius: Modo uel uir omniũ disertissimus Eusebius, uel quicunq; uolent alij, ad exercitium consultationis accedant. Nos posteà liberiore otio congrediemur.

*operto

Quî fiat, ut caluitium pariter atq; canities, anteriores capitis partes primum inuadant. Deinde cur fœminis atq; eunuchis uox sit quàm uiris exilior. CAPVT X.

Canities & caluitiũ, cur priorem capitis partem principiò occupent.

ERgo (ait Eusebius) habendus mihi sermo est, Disari, tecum, de ætate, cuius ianuam iam penè ambo pulsamus. Homerus cùm senes πολιοκροτάφους uocat: quæro utrũ ex parte poëtico more totum caput significare uelit, an ex aliqua ratione canos huic præcipuè parti capitis assignet? Et Disarius: Et hoc diuinus ille uates prudenter, ut cætera. Nã pars anterior capitis humidior occipitio est, & inde crebrò solet incipere canities. Et sî pars anterior, ait ille, humidior est, cur caluitium patitur: quod non

nisi

nisi siccitate contingit? Opportuna, inquit Disarius, obiectio: sed ratio non obscura est. Partes enim priores capitis fecit natura rariores, ut quicquid superflui aut fumei flatus circa cerebrum fuerit, euanescat per plures meatus. Vnde uidemus in siccis defunctorum capitibus uelut quasdam suturas, quibus hemisphæria (ut ita dixerim) capitis illigantur. Quibus igitur illi meatus fuerint ampliores, humorem siccitate mutant: & ideo tardius canescunt, sed non caluitio carent. Si ergo siccitas caluos efficit, ut posteriora capitis sicciora esse dixisti: cur caluum occipitium nunquam uidemus? Ille respondit: Siccitas occipitij non ex uitio, sed ex natura est. Ideo omnibus sicca sunt occipitia. Ex illa autem siccitate caluitium nascitur, quæ per malam temperiem, quam Græci δυσκρασίαν uocare solent, contingit. Vnde capillo crispi, quia ita temperati sunt, ut capite sicciore sint, tardè canescunt, cito in caluitium transeunt. Contrà, qui capillo sunt rariore, non eo facilè nudantur, nutriente humore quod φλέγμα uocitatur: sed fit illis cita canities. Nam ideo alibi sunt cani, quia colorem humoris, quo nutriuntur, imitantur. Si ergo senibus abundantia humoris capillos in canitiem tingit, cur senecta opinionem exactæ siccitatis accepit? Quia senecta, ille inquit, extincto per uetustatem naturali calore, fit frigida: & ex illo frigore gelidi, & superflui nascuntur humores. Cæterùm liquor uitalis longæuitate siccatus est. In de senecta sicca est inopia naturalis humoris: humecta est abundantia uitiosi ex frigore procreati. Hinc est, quòd ex uigilijs ætas grauior efficitur: quia somnus, qui maximè ex humore contingit, de non naturali nascitur. Sicut est multus in infantia, quæ humida est, abundantia non superflui, sed naturalis humoris. Eadẽ ratio est, quæ pueritiã canescere non

re non patitur: cùm sit humectißima. Quia non ex frigore nato phlegmate humida est, sed illo naturali, & uitali humore nutritur. Ille enim humor, qui aut de ætatis frigore nascitur, aut cuiuslibet uitiositatis occasione contrahitur: ut superfluus, ita & noxius est. Hunc uidemus in fœminis, ubi nisi crebrò egeratur, extrema minitantem. Hunc in eunuchis debilitatem tibijs ingerentem: quorum ossa quasi semper in superfluo humore natantia, naturali uirtute caruerunt: & ideo facilè intorquentur, dum pondus suppositi corporis ferre non possunt: sicut canna, pondere sibi impositò, curuatur. Et Eusebius: Quoniam nos à senectute usq; ad eunuchos traxit superflui humoris disputatio: dicas uolo, cur ita acutæ sint uocis, ut sæpe mulier, an eunuchus loquatur, nisi uideas, ignores? Id quoq; facere superflui humoris abundantiã ille respondit. Ipse enim ἀρτηρίαν per quã sonus uocis ascẽdit, efficiẽs crassiorẽ, angustat uocis meatũ: & ideo uel fœminis, uel eunuchis uox acuta est: uiris grauis, quibus uocis transitus habet liberũ & ex integro patentem meatum. Nasci autem in eunuchis, & in fœminis ex pari frigore parem penè importuni humoris abundantiam: etiã hinc liquet, quòd utrunq; corpus sæpe pingueſcit: certè ubera propè similiter utrisq; grãdescũt.

Vox in fœminis & eunuchis quare tenuior sit.

Cur ii quos pudet, aut qui gaudent, rubescãt: at metuentes pallor inuadit. CAPVT XI.

DIctis his, cùm ad interrogandum ordo Seruium iam uocaret, naturali pressus ille uerecundia, usq; ad proditionem caloris erubuit. Et Disarius: Age Serui, non solum adolescentium, qui tibi æquæui sunt, sed senum quoq; omnium doctißime, commascula frontem: & sequestrata uerecundia, quam in te facies rubore indicat, confer nobiscum liberè quod occurrerit interrogationibus tuis: non

Commasculare frontem.

minus

minus doctrinæ collaturus, quàm si alijs consulẽtibus ipse respõdeas. Cumq; diutulè tacentem crebris ille hortatibus excitaret, Hoc, inquit Seruius, ex te quæro, quod mihi contigisse dixisti. Quæ facit causa, ut rubor corpori ex animi pudore nascatur? Et ille, Natura, inquit, cùm quid ei occurrit honesto pudore dignum, imum petendo penetrat sanguinem: quo commoto, atq; diffuso, cutis tingitur: & inde nascitur rubor. Dicunt etiam physici, quòd natura pudore tacta, ita sanguinem ante se pro uelamento tendat. Vt uidemus quemq; erubescentem manum sibi ante faciẽ frequenter opponere. Nec dubitare de ijs poteris, cùm nihil aliud sit rubor, nisi* color sanguinis. Addit Seruius: Et qui gaudent, cur rubescunt? Disarius, Gaudium, inquit, extrinsecus contingit. Ad hoc animoso occursu natura festinat, quam sanguis comitando, quasi alacritate integritatis suæ compotem, tingit cutem. Et inde similis color nascitur. Idem refert: Contrà, qui metuunt, qua ratione pallescunt? Nec hoc, Disarius ait, in occulto est. Natura enim cùm quid de extrinsecus contingentibus metuit, in altum tota demergitur: sicut nos quoq; cùm timemus, latebras & loca nos occulentia quærimus. Ergo tota descendens ut latet, trahit secum sanguinem: quo, uelut curru, semper uehitur. Hoc demerso, humor dilutior cuti remanet, & inde pallescit. Ideo timentes & tremunt, quia uirtus animæ introrsum fugiens neruos relinquit, quibus tenebatur fortitudo membrorum: & inde saltu timoris agitantur. Hinc et laxamentum uentris comitatur timorem: quia musculi, quibus claudebantur retrimentorum meatus, fugientis introrsum animæ uirtute deserti, laxant uincula, quibus retrimẽta usq; ad digestionis opportunitatem continebantur. Seruius his dictis uenerabiliter assensus, obticuit.

Gellius lib. 19. cap. 6.

Rubor

*calor

Quare timẽtes pallescunt.

Quare timentes tremunt.

De

De quæstiunculis tredecim, Disario ab Auieno propositis. CAPVT XII.

Prima quæstio ab Auieno proposita.

TVnc Auienus: *Quia me ordo, dit, ad similitudinem consultationis applicat: reducendus est mihi ad conuiuium sermo, qui longius à mensa iam fuerat euagatus, & ad alias transierat quæstiones. Sæpe apposita salita carne, quam laridum uocamus, ut opinor, quasi largè aridũ: quærere mecũ ipse constitui, qua ratione carnem ad diuturnitatem usus admistio salis seruet. Hoc licet extimare mecum possim, malo tamen ab eo qui corpora curat, certior fieri.* Et Disarius: *Omne corpus suapte natura dissolubile, & marcidum est: & nisi quodam uinculo continea tur, facilè defluit. Continentur autem quandiu ineſt anima reciprocatione aëris qua uegetantur conceptacula spiritus, dum semper nouo spirandi nutriuntur alimento. Hoc cessante per animæ discessum, membra marcescunt, & omne pondere suo conflictum corpus obteritur. Tum sanguis etiam (qui quãdiu fuit compos caloris, dabat membris uigorem) calore discedente uersus in saniem, non manet intra uenas, sed foras exprimitur: atq; ita laxatis spiramentis, effluit tabes fæculenta. Id fieri sal admistus corpori prohibet. Est enim natura siccus & calidus: & fluxum quidem corporis calore contrahit: humorem uerò siccitate uel coërcet, uel exorbet. Certè humorem sale differri, siue consumi: fit hinc cognitu facilè, quòd si duos panes pari magnitudine feceris, unum sale aspersum, sine sale alterum: inuenies indigentem salis, pondere propensiorem, scilicet*

Secunda. *humore in eo per salis penuriam permanente. Etiam hoc à Disario meo quæsitum uolo, cur defæcatum uinum uali dius sit uiribus, sed infirmius ad permanendum: & tam bibentem citò permouet, quàm ipsum si manserit, facilè mutatur?*

tatur? Quòd citò, inquit Disarius, permouet, hæc ratio est: quia quantò penetrabilius in uenas efficitur bibentis, tantò fit liquidius fæce purgata. Ideo autem facilè mutatur, quòd nullo firmamẽto nixũ undiq; sui ad noxã patet. Fæx enim uino sustinendo, & alẽdo, & uiribus sufficiẽdis qua si radix eius est. Et hoc quæro, Auienus ait cur, fæx in imo Tertia.
subsidit omnium, nisi mellis: mel enim solum est, quod in summum fæcẽ expuat? Ad hoc Disarius: Fæcis materia ut spissa, atq; terrena, cæteris laticibus põdere præstat, melle uincitur. Ideo in illis grauitate deuergens ad fundum decidit: in melle uerò, ut leuior, de loco uicta sursum pellitur. Quarta.

Quoniã ex ijs quæ dicta sunt, ingerunt se similes quæstiones: cur Disari, ita mel & uinũ diuersis ætatibus habẽtur optima: mel quod recentissimum, uinũ quod uetustissimum. Vnde est & illud prouerbiũ, quo utuntur gulones: Mulsum quod probè temperes, miscendũ esse nouo hymettio, & Falerno uetulo. Propterea, inquit ille, quia inter se ingenio diuersa sunt. Vini enim natura humida est, mellis arida. Si dicto meo addubitaueris, medicinæ contemplator effectũ. Nam quæ udanda sunt corporis, uino fouẽtur: quæ siccanda sunt, melle detergũtur. Igitur longinquitate tẽporis de utroq; aliquid exorbente, unum meracius fit, mel aridius. Et ita mel succo priuatur, ut uinũ aqua liberatur. Nec hoc quod sequitur, dissimule quæsitis est, cur si uasa Quinta.
uini atq; olei diutulè semiplena custodias, uinũ fermè in dacorem corrumpitur, oleo contrà sapor suauior cõciliatur. Vtrunq; Disarius ait, uerũ est. In illud enim uacuũ, quod supernè liquido caret, aër aduena incidit: qui tenuissimum quenq; humorem elicit, & exorbet. Eo siccato, uinũ, quasi spoliatum uiribus, prout ingenio imbecillũ, aut ualidum fuit, uel acore exasperatur, uel austeritate restringitur.

Oleum

Oleum autem superuacuo humore siccato, uelut mucore qui in eo latuit absterso, acquirit nouam suauitatem sapo-
Sexta. ris. Rursus, ait Auienus, Hesiodus cùm ad medium dolij peruentum est, comparcendum, & cæteris eius partibus ad satietatem dicit abutendum: optimum uinum sine dubio significans, quod in dolij medietate consisteret. Sed & hoc usu probatum est, in oleo optimum esse quod supernatat,
Septima. in melle quod in imo est. Quæro igitur cur oleum, quod in summo est, uinum quod in medio, mel quod in fundo, optima esse credantur? Nec cunctatus Disarius, ait: Mel quod optimum est, reliquo ponderosius est. In uase igitur mellis, pars quæ in imo est, utiq; præstat pondere: & ideo supernatante pretiosior est: Contrà, in uase uini, pars inferior admistione fæcis nõ modò turbulenta, sed etiam sapore deterior est. Pars uerò summa, aëris uicinia corrrumpitur, cuius admistione fit dilutior. Vnde agricolæ dolia non con-
*tecto tenti sub *tectum reposuisse, defodiunt: & operimentis extrinsecus illitis, muniunt: remouentes, inquantum fieri potest, à uino aëris cõtagionem: à quo tam manifestè læditur, ut uix se tueatur in uase pleno, & ideo aëri minus peruio. Cæterum si inde hauseris, & locum aëris admistioni patefeceris, reliquum quod remansit, omne corrumpitur. Media igitur pars quantum à confinio summi utriusq;, tantum à noxa remota est, & quasi nec turbulẽta, nec diluta.
Octaua. Adiecit Auienus: Cur eadem potio meracior uidetur ieiuno, quàm ei qui cibum sumpsit? Et ille: Venas inedia uacuefacit, saturitas obstruit.

Igitur cùm potio per inanitatem penitus influit, quia non obtusas cibo uenas inuenit, neq; sit admistione dilu-
Nona. tior, per uacuũ means, gustatu fortiore sentitur. Hoc quoque sciendum est mihi, Auienus inquit, cur qui esuriens biberit,

berit, aliquantulum famem subleuat: qui uerò sitiens cibũ sumpserit, non solùm nõ domat sitim, sed magis cupidinẽ potus accendit. Nota est, inquit Disarius, causa. Nam liquori quidẽ nihil officit, quin sumptus ad omnes corporis partes, quoquò uersus permânet, & uenas cõpleat. Et ideo inedia, quæ inanitatẽ fecerat, accepto potus remedio, quasi iam nõ in totum uacua recreatur. Cibatus uerò, utpote concretior & grandior, in uenas non nisi paulatim confectus admittitur. Ideo sitim, quam reperit, nullo solatio subleuat: imò quicquid foris humoris nactus est, exorbet: & inde penuria eius, quæ sitis uocatur, augetur. Nec hoc mihi, Auienus ait, ignoratum relinquo, cur maior uoluptas est, cum sitis potu extinguitur, quàm cũ fames sedatur cibo. Et Disarius: Ex prædictis quoq; liquet. Nã potionis totus haustus in omne corpus simul penetrat, & omnium partium sensus facit unam maximam, & sensibilem uoluptatem: cibus autem exiguo subministratu paulatim penuriam consolatur. Ideo uoluptas eius multifariam cõminuitur. Hoc quoq;, si uidetur, addo quæsitis, cur qui auidius uorant, facilius satias capit, quàm qui eadem quietius ederint. Breuis est, inquit ille, respõsio. Nam ubi auidè deuoratur, tunc multus aër cum edulijs infertur, propter hiatum rictus, & crebritatem respirandi. Igitur ubi aër uenas cõpleuit, ad abijciendũ fastidiũ pro cibo pensatur. Ni molestus sum Disari, patère plus nimio, ex discendi cupidine, garriẽtem: & dicas quæso, cur edulia satis calida facilius comprimimus ore, quàm manu sustinemus: & si quid eorum plus feruet, quàm ut diutius mandi possit, ilico deuoramus: et tamen aluus nõ pernicioſe uritur? Et ille: Intestinus calor, qui in aluo est, quasi multò maior uehementiorq;, quicquid calidum accipit, magni-

Decima.

Vndecima.

Duodecima.

tudine sua circumuenit, ac debilitat. Ideo præstat, si quid ori feruidum admoueris, nõ (ut quidam faciunt) biare, ne nouo spiritu feruori uires ministres, sed paulisper labra comprimere: ut maior calor qui de uentre etiam ori opitulatur, comprimat minorem calorẽ. Manus autẽ, ut rem feruidã ferre possit, nullo proprio iuuatur calore. Iandudum, inquit Auienus, nosse aueo, cur aqua, quæ obsita glo bis *nubium perducitur ad niualem rigorem, nõ minus in potu noxia est, quàm ex ipsa niue aqua resoluta. Scimus enim quot, quãtæq; noxæ epoto niuis humore nascãtur. Et Disarius: Addo aliquid antè quæsitis. Aqua enim ex niue resoluta, etiã si igne calefiat, et calida bibatur, æquè noxia est, ac si epota sit frigida. Ergo non solo rigore nialis aqua perniciosa est, sed ob aliam causam, quam non pigebit aperire, autore Aristotele: qui in physicis quæstionibus suis hanc posuit, & in hũc sensum (nisi fallor) absoluit: Omnis aqua, inquit, habet in se aëris tenuissimi portionem, quo salutaris est: habet et terream fæcem, qua est corpulẽta post terram. Cùm ergo aëris frigore, & gelu coacta calescit, necesse est per euaporationẽ uelut exprimi ex ea auram illam tenuissimã: qua *descẽdente conueniat in coagulum, sola terrea in se remanente natura. Quod hinc apparet, quia cùm fuerit eadem aqua solis calore soluta, minor modus eius reperitur, quàm fuit antequàm congelasceret. Deest enim, quod euaporatio solũ in aqua salubre consumpsit. Nix ergo quæ nihil aliud est, q̃ aqua in aëre densata, tenuitatem sui cùm densaretur, amisit: & ideo ex eius resolutæ potu, diuersa morborũ genera uisceribus inseminantur. Nominatum gelu, ueteris, quæ me solebat agitare, admonuit quæstionis: cur uina aut nũquàm, aut rarenter congelascant: cæteris, ex magna parte humoris

Decimatertia.

*niuium

Gel. li. 19. c. 5.

* discedente

Decimaquarta Gell. 17. cap. 8.

humoris nimietate frigoris, cogi solitis? Num quia uinum femina quædam in se caloris habet, & ob eam rem Homerus dixit αἰθοπα οἶνον, non, ut quidam putant, propter colorem: an alia quæpiam causa est? quam quia ignoro, scire cupio. Ad hæc Disarius: Esto, uina naturali nuniantur calore, num oleum minus ignitũ est, aut minorẽ uim in corporibus calefactandis habet? & tamẽ gelu stringitur. Certè si putas ea, quæ calidiora sunt, difficilius congelascere: congruens erat nec oleum* concrescere, & ea quæ frigidiora sunt, facilè gelu cogi. Acetũ autem omniũ maximè frigorificum est, atq; id tamen nunquàm gelu stringitur. Num igitur oleo magis causa est coaguli celerioris, quod & læuigatius, et spissius est? Faciliora enim ad coëundum uidentur, quæ læuigatiora, densioráq; sunt: Vino autem non contingit tanta mollities, & est quàm oleũ multò liquidius. Acetum uerò & liquidissimum est inter cæteros humores: & tantò acerbius, ut sit acore tristificũ: & exẽplo marinæ aquæ, quæ ipsa quoq; amaritudine sui aspera est, nunquàm gelu contrahitur. Nam quod Herodotus historiarum scriptor, contra omnium ferme, qui hæc quæsierunt, opinionem, scripsit: mare Bosphoricum, quod et Cimmerium appellat, carumq; partium mare omne quod Scythicum dicitur, gelu constringi, & consistere: aliter est ac putatur. Nam non marina aqua contrahitur, sed quia plurimum in illis regionibus fluuiorum est, & paludum in ipsa maria influentium, superficies maris cui dulces aquæ innatant congelascit, & incolumi aqua marina uidetur in mari gelu, sed de aduenis undis, coactum. Hoc & in Ponto fieri uidemus, in quo frusta quædam, & (ut ita dixerim) * prosiciæ gelidæ feruntur, contractæ de fluuialium uel palustrium undarum multitudine: in

* concrassescere

* superficies

quas licet frigore concretæ, tamẽ sunt natantes, quasi læuigatiores marina. Plurimum autem aquarum talium influere Ponto, & totam superficiem eius infectam esse dulci liquore (propter quod ait Sallustius, mare Ponticũ dulcius quàm cætera) est hoc quoq; testimonio: quòd si in Pontum uel paleas, uel ligna, seu quæcunq; alia natantia proieceris, foras extra Pontum feruntur in Propontidem: atq; ita in mare, quod alluit Asiæ oram, cùm cõstet in Pontum influere maris aquam, non effluere de Ponto. Meatus enim, qui solus de Oceano receptas aquas in maria nostra transmittit, in freto est Gaditano, quod Hispaniam Africamq; interiacet: & sine dubio inundatio ipsa per Hispanienſe & Gallicanum litora, in Tyrrhenum prodit. Inde Hadriaticũ mare facit: ex quo dextra in Partheniũ, læua in Ionium, & directim in Aegæum pergit, atq; ita ingreditur in Pontum. Quæ igitur ratio facit, ut riuatim aquæ de Ponto fluant, cùm foris influẽtes aquas Pontus accipiat? Sed cõstat utraq; ratio. Nam superficies Ponti, propter nimias aquas, quæ de terra dulces influunt, foras effluit, deorsum uerò intrò pergit influxio. Vnde probatũ est, natantia quæ (ut suprà dixi) iaciuntur in Pontum, fõras pelli: si uerò columna deciderit, introrsum innare. Et hoc sæpe usu probatum est, ut grauiora quæq; in fundo Propontidis ad Ponti interiora pellantur.

Adiecta hac una cõsultatione reticebo: Cur omne dulce magis dulce uidetur, cùm frigidum est, quàm si caleat? Respondit Disarius: Calor sensum occupat, & gustatum linguæ feruor interpedit. Idèo ex aspiratione oris prouenta suauitas excluditur. Quòd si caloris absit iniuria: tum demum potest lingua incolumi blandimẽto dulcedinem promerito eius excipere. Prætereà succus dulcis per calorem

non

non impunè penetrat uenarum receptacula, & ideo noxa minuit uoluptatem.

De quæstionibus tribus, quas Horus Disario proposuit.

CAPVT XIII.

SVcceßit Horus: &, Cùm multa, inquit, de potu, & cibatu quæsisset Auienus, unum maximè necessarium (sponte, an oblitus ignoro) prætermisit, cur ieiuni magis sitiant, quàm esuriant. Hoc in cõmune nobis Disari, si uidetur, absolue. Et ille: Rem tractatu dignam, inquit, Hore quæsisti, sed cuius ratio in aperto sit. Cùm enim animal ex diuersis constet elementis, unum est de ijs quæ corpus efficiunt, quod & solum, aut maximè ultra cætera, aptum sibi quærat alimentum: calorem dico, qui liquorẽ sibi semper exigit ministrari. Certè de ipsis quatuor elemẽtis extrinsecus uidemus nec aquam, nec aërem, neq; terram aliquod quo alatur, aut quod cõsumat exigere, nullamq; noxam uicinis uel appositis sibi rebus inferre. Solus ignis alimẽti perpetui desiderio, quicquid offendit, absumit. Inspice & primæ ætatis infantiam, quantũ cibum nimio calore conficiat, & contrà, senes cogita facilè tolerare ieiunium, quasi extincto in ipsis calore, qui nutrimentis recreari solet. Sed & media ætas si multo exercitio excitauerit sibi naturalem calorem, animosius cibũ appetit. Cõsideremus & animalia sanguine carentia, quæ nullum cibum quærant, penuria caloris. Ergo si calor in appetẽtia semper est, liquor autem proprium caloris alimentum est: bene in nobis, cùm ex ieiunio corpori nutrimẽta quærũtur, præcipuè calor suũ postulat: quo accepto, corpus omne recreatur, & patientius expectat cibum solidiorem. His dictis, Auienus annulũ de mẽsa retulit, qui illi de breuißimo dexteræ manus digito repentè deciderat. Cumq;

Ieiuni cur magis sitiãt, quàm esuriant.

à præsentibus quæreretur, cur cum alienæ manui & digito, et nõ huic gestamini deputatis potius insereret: ostẽdit manũ læuam ex uulnere tumidiorem. Hinc Horo natã quæstionis occasio. Et dic, inquit, Disari (omnis enim situs corporis pertinet ad medici notionem, tu uerò doctri nam, & ultrà quàm medicina postulat consecutus es) dic inquam, cur sibi cõmunis assensus annulum in digito, qui minimo uicinus est, quem etiã medicinalẽ uocãt, & manu præcipuè sinistra gestandũ esse persuasit? Et Disarius: De hac ipsa quæstione sermo quidã ad nos ab Aegypto uenerat: de quo dubitabã fabulam ne, an uerã rationẽ uocarem. Sed libris anatomicorũ postea cõsultis, uerũ reperi, neruum quendã de corde natũ priorsum pergere usq; ad digitum manus sinistræ minimo proximũ, & illhic desinere implicatum cæteris eiusdẽ digiti neruis: & ideo uisum ueteribus, ut ille digitus annulo, tãquã corona, circũdaretur. Et Horus: Adeò, inquit, Disari uerũ ita ut dicis, Aegyptios opinari, ut ego Sacerdotes eorũ, quos Prophetas uocant, cùm in templo uidissem circa Deorum aras, hunc in singulis digitum cõfectis odoribus illinire, et eius rei causas inquisissem, & de neruo quod iam dictũ est, principe eorũ narrante didicerim, & insuper de numero qui per ipsum significatur. Cõplicatus enim senarium numerum digitus iste demonstrat: qui omnifariam plenus, perfectus, atq; diuinus est. Causasq;, cur plenus sit hic numerus, ille multis asseruit: ego nunc ut præsentibus fabulis minus aptas relinquo. Hæc sunt quæ in Aegypto diuinarũ omniũ disciplinarũ cõpote, cur annulus huic digito magis inseratur, agnoui. Inter hæc Cecinna Albinus: Si uolentibus erit uobis, inquit, in mediũ profero, quæ de hac eadẽ causa apud Atteiũ Capitonẽ Pontificij iuris inter primos peritum,

Annulus cur in digito eo geratur, qui in sinistra manu minimo est proximus.

Gel. li. 10. c. 10.

tum, legisse memini: q cũ nefas esse sanciret, Deorũ formas insculpi annulis: eò usq; processit, ut et cur hoc digito, uel in hac manu gesturetur annulus, non taceret. Veteres, inquit, nõ ornatus, sed signandi causa annulũ secũ circunferebant. Vnde nec plus habere q̃ unum licebat: nec cuiquã nisi libero: quos solos fides * decerneret, quæ signaculo *deceret continetur. Ideo ius annulorum famuli nõ habebant. Imprimebatur autẽ sculptura materiæ annuli, siue ex ferro, siue ex auro foret: & gestabatur ut quisq; uellet, quacunque manu, quolibet digito. Postea, inquit, usus luxuriantis ætatis signaturas pretiosis gemmis cœpit insculpere: et certatim hæc omnis imitatio laceßiuit, ut de augmẽto pretij, quo sculpendos lapides parassent, gloriarentur. Hinc factum est, ut usus annulorũ exemptus dexteræ, quæ multum negotiorũ gerit, in læuam relegaretur, quæ otiosior est: ne crebro motu, & officio manus dexteræ, pretiosi lapides frangerentur. Electus autem, inquit, ipsa læua manu digitus minimo proximus, quasi aptior cæteris, cui cõmendaretur annuli pretiositas. Nam pollex, qui nomẽ ab eo, quòd pollet, accepit, nec in sinistra cessat: nec minus, q̃ tota manus, semper in officio est. Vnde & apud Græcos ἀντίχειρ, inquit, uocatur, quasi manus altera. Pollici uerò uicinus, nudus, & sine tuitione alterius appositi uidebatur. nam pollex ita inferior est, ut uix radicem eius excedat. Medium et minimum uitauerũt, inquit, ut ineptos, alterum magnitudine, breuitate alterum: & electus est, qui ab utroque clauditur, & minus officij gerit, & ideo seruãdo annulo magis accommodatus. Hæc sunt quæ lectio Pontificalis habet. Vnusquisque ut uolet, uel Hetruscam, uel Aegyptiam opinionem sequatur.

Inter hæc Horus ad consulendum * seuerus: Scis, inquit, *reuersus

à nominis Disari, præter hunc uestitum qui me tegit, nihil me in omni censu aliud habere. Vnde nec seruus mihi est, nec ut sit opto: sed omnem usum, qui uiuo ministrandus est, ego mihimet subministro. Nuper ergo cùm in Hostiensi oppido morarer, sordidatum pallium meum in mari diutulè lauī, & super litus sole siccaui: nihiloq; minus eadē in ipso post ablutionem maculæ sordium uisebantur. Cumq; mea res ista stupefaceret, assistēs fortè nauta, Quin potius, ait, in fluuio ablue pallium tuum, si uis emaculatum. Parui, ut uerum probarem: & aqua dulci ablutum atq; siccatum, uidi splendori suo redditum. Et ex illo causam requiro, cur magis dulcis aqua, quàm salsa idonea sit sordibus abluendis. Iandudū, Disarius inquit, hæc quæstio ab Aristotele & proposita, & soluta est. Ait enim aquam marinam multò spissiorē, quàm est dulcis, imò illam esse fæculentā: dulcem uerò puram, atque subtilem. Hinc facilius, ait, uel imperitos nandi sustinet mare: cum fluuialis aqua, quasi infirma, & nullo adiumento fulta, mox cedat, & in imum pondera accepta transmittat. Ergo aquam dulcem dixit, quasi natura leuem, celerius immergere in ea, quæ abluenda sunt: & dum siccatur, secum sordium maculas abstrahere: marinam uerò quasi crassiorem, nec facilè penetrare purgando, propter sui densitatem, & dum uix siccatur, non multum sordium secum trahere. Cumq; Horus ijs assentire uideretur, Eustathius ait: Ne decipias quæso credulum, qui se, quæstionemq; suam commisit fidei tuæ. Aristoteles enim, ut nonnulla alia, magis acutè, quàm uerè ista disseruit. Adeò autem aquæ densitas non nocet abluendis, ut sæpe qui aliquas species purgatas uolunt, ne sola aqua uel dulci tardius hoc efficiant, admisceant illi cinerem: uel, si defuerit, terrenum puluerem, ut crassior

Aqua dulcis cur abluendis sordibus magis idonea sit quàm salsa.

facta

facta celerius posit abluere. Nihil ergo impedit marinæ aquæ densitas. Sed nec ideo quia salsa est, minus abluit. Salsitas enim findere, & uelut aperire meatus solet, & ideo magis elicere debuit abluēda. Sed hæc una causa est, cur aqua marina non sit ablutioni apta, quia pinguis est, sicut & ipse Aristoteles sæpe testatus est, & sales docēt, quibus inesse quiddam pingue nullus ignorat. Est & hoc indicium pinguis aquæ marinæ, quòd cùm inspargitur flammæ, non tam extinguit, quàm pariter accēditur, aquæ pinguedine alimoniā igni subministrante. Postremò, Homerum sequamur, qui solus fuit naturæ conscius. Facit enim Nausicaam Alcinoi filiam abluentem uestes, cùm super mare esset, non in mari, sed in fluuio. Idem locus Homeri docet nos marinæ aquæ quiddam inesse pingue permistum. Vlysses enim cùm iandudum mare euasisset, & staret siccato corpore, ait ad Nausicaæ famulas: Odyss. 6.

Ἀμφίσταλσι σῆθ' οὕτω ἀπόπροθεν ὄφρ' ἐγὼ αὐτὸς
Ἅλμην ὤμοισιν ἀποσταλύσομαι, ἀμφὶ δ' ἐλαίῳ
Χρίσομαι, ἦ γὰρ δηρὸν ἀπὸ χροὸς εἴην ἀλοιφή.

Post hæc cùm descendisset in fluuiū: Ἐκ' κεφαλῆς ἵσμι χέρσ' ἁλὸς χνόον. Diuinus enim uates, qui in omni re naturam secutus est, expressit, quod fieri solet: ut qui ascendunt de mari, si in sole steterunt, aqua quidem celeriter sole siccetur, maneat autem in corporis superficie ueluti flos quidam, qui & in detergēdo sentiatur. Et hæc est aquæ marinæ pinguedo, quæ sola impedit ablutionem.

Simulachra cur sub aquis maiora esse uideantur, quàm re uera sunt: Tum in uniuersum quomodo uisio fiat, an susceptione simulachrorum, quæ ab rebus in oculos promanant, an potius emissione radiorum ex ipsis oculis.

CAPVT XIIII.

ET quia cæteris expeditus mihi te pauliſper indulges, modò autem nobis de aqua ſermo fuit, quæro cur in aqua ſimulachra maiora ueris uidentur: quod genus apud popinatores pleraq; ſcitamentorum cernimus propoſita, ampliora ſpecie, quàm corpore. Quippe uidemus in doliolis uitreis aquæ plenis, & oua globis maioribus, & iecuſcula fibris tumidioribus, & beluas ſpiris ingentibus. Et omnino ipſum uidere, qua nobis ratione conſtet: quia ſolent de hoc nonnulli nec uera, nec ueriſimilia ſentire. Et Diſarius: Aqua, inquit, denſior eſt aëris tenuitate, & ideo eam cunctatior uiſus penetrat, cuius offenſa percuſſa uidendi acies ſcinditur, & in ſe recurrit. Sciſſa dum redit, iam non directo ictu, ſed undiq; uerſum incurrit liniamenta ſimulachri: & ſic fit, ut uideatur imago archetypo ſuo grădior. Nam & Solis orbis matutinus, ſolito nobis maior apparet, quia interiacet inter nos & ipſum aër adhuc de nocte roſidus, & grandeſcit imago eius, tanquam in aquæ ſpeculo uiſatur. Ipſam uerò uidendi naturam non *ſubinde introſpexit Epicurus: cuius in hoc non eſt (ut exiſtimo) improbanda ſententia, aſtipulãte præcipuè Democrito: qui ſicut in cæteris, ita & in hoc paria ſenſerunt. Ergo cenſet Epicurus, ab omnibus corporibus iugi fluore quæpiam ſimulachra manare: nec unquam tantulam moram interuenire, quin ultro ferantur inani figura cohærentes corporum exuuiæ, quarum receptacula in noſtris oculis ſunt: & ideò ad deputatam ſibi à natura ſedem proprij ſenſus recurrunt. Hæc ſunt, quæ uir ille commemorat: quibus ſi occurris obuius, expecto quid referas. Ad hæc renidẽs Euſtathius: In propatulo eſt, inquit, quod decepit Epicurum. A uero enim lapſus eſt,

Simulachra maiora ueris cur in aqua uideantur.

*inſubide

De uidendi ratione.

Gell. lib. 5. cap. 16.

aliorum

aliorum quatuor sensuum secutus exemplum: quia in audiendo, & gustando, & odorando, atq; tangendo, nihil è nobis emittimus, sed extrinsecus accipimus, quod sensum sui moueat. Quippe & uox ad aures ultro uenit, & aurae in nares influunt, & palato ingeritur, quod gignat saporem, & corpori nostro applicātur tactu sentienda. Hinc putauit & ex oculis nihil fōras proficisci, sed imagines rerum in oculos ultro meare. Cuius opinioni repugnat, qđ in speculis imago aduersa cōtemplatorem suum respicit: cùm debeat (siquidem à nobis orta recto meatu proficiscitur) posterā sui partē cùm discedit ostēdere: ut læua læuā, dextera dexterā respiciat. Nam histrio personā sibi detractam, ex ea parte uidet, qua induit, scilicet non faciem, sed posteriorem cauernam. Deinde interrogare hunc uirum uellem, an tunc imagines è rebus auolant, cùm est qui uelit uidere: an & cùm nullus aspicit, emicant undiq; simulachra. Nam si quod primū dixi teneat: quæro cuius imperio simulachra præstò sint intuenti: & quoties quis uoluerit ora conuertere, toties se & illa conuertant? Sin secundo inhæreat, ut dicat perpetuo fluore rerū omniū manare simulachra: quæro quādiu cohærētia permanēt, nullo coagulo iuncta ad permanendū? Aut si manere dederimus, quēadmodū aliquē retinebunt colorem, cuius natura cùm sit incorporea, tamē nunquā potest esse sine corpore? Deinde quis potest in animum inducere, simulatq; oculos uerteris, incurrere imagines cœli, maris, litoris, prati, nauium, pecudum, & innumerabiliū præterea rerum, quas uno oculorū iactu uidemus, cum sit pupilla, quæ uisu pollet oppidò parua? Et quo nam modo totus exercitus uidetur? an de singulis multitudinibus profecta simulachra se cōgerunt, atq; ita collocata tot millia penetrāt oculos intuentis?

Prima ratio, quòd uisio fiat emissione radiorum ex oculis, nō receptione simulachrorum.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

tis? Sed quid laboramus opinionem sic inanem uerbis uerberare, cùm ipsa rei uanitas se refellat? Constat autẽ uisum nobis hac prouenire ratione. Genuinum lumen è pupilla quacunq; eam uerteris, directa linea emicat. Id oculorum domesticum profluuium, si repercrit in circunfusо nobis aẽre lucem, per eam directim pergit, quãdiu corpus offendat. Et si faciẽ uerteris, ut circunspicias: utrobiq; acies uidendi directa procedit. Ipse autẽ iactus, quem diximus de nostris oculis emicare, incipiẽs à tenui radice, in summa fit latior, sicut radij à pictore finguntur. ideo per minutissimum foramen contemplans oculus, uidet cœli profunditatem. Ergo tria nobis ista necessaria sunt ad effectũ uidendi: lumen quod de nobis emittimus: & ut aẽr, qui interiacet, lucidus sit: & corpus, quo offenso desinat intensio. Quæ si diutius pergat, rectam intensionẽ lassata non obtinet, sed scissa in dexteram, læuamq; diffunditur. Hinc est, quòd ubicunq; terrarum steteris, uideris tibi quandã cœli conclusionẽ uidere: & hoc est, quòd horizontẽ ueteres uocauerunt: quorũ indago fideliter deprehẽdit directam ab oculis aciem per planũ contrà aspiciẽtibus, nõ pergere ultra CLXXX. stadia, & inde in orbem iam recuruari. Per planum, ideo adieci, quia altitudines longissimè aspicimus: quippe qui & cœlũ uidemus. Ergo in omni horizõtis orbe ipse qui intuetur, cẽtron est. Et quia diximus quãtum à centro acies usq; ad partẽ orbis extẽditur, sine dubio in horizonte διάμετρος orbis CCCLX. stadiorum est: & si ulterius qui intuetur accesserit, seu retrorsum recesserit, similem circa se orbem uidebit. Sicut igitur diximus, cùm lumen quod pergit e nobis, per aẽris lucẽ in corpus inciderit, impletur officiũ uidẽdi. Sed ut posit res uisa cognosci, renũtiat uisam speciẽ rationi sensus oculorum: &

illam

illam aduocata memoria recognoscit. Ergo uidere oculorum est, iudicare rationis, memoriæ meminisse: quia triñ est officium, quod uisum complet ad dignoscendã figurã, sensus, ratio, memoria. Sensus rem uisam rationi refundit. Illa quid uisum sit recordatur. Adeò autẽ in tuẽdo necessarium est rationis officiñ: ut sæpe in uno uidẽdi sensu, etiã alium sensum memoria suggerẽte ratio deprehẽdat. Nam si ignis appareat, scit eñ, & ante tactum ratio, calere. Si nix sit illa quæ uisa est, intelligit in ipsa ratio etiã tactus rigorem. Hac cessante, uisus inefficax est: adeò, ut quòd remus in aqua fractus uidetur, uel quòd turris eminus uisa cùm sit angulosa, rotunda extimatur, faciat rationis negligentia: quæ si se intenderit, agnoscit in turre angulos, & in remo integritatem. Et omnia illa discernit, quæ Academicis damnandorũ sensuum occasionẽ dederũt: cùm sensus unus inter certißimas res habẽdus sit: comitante ratione, cui nonnũquam ad discernendã speciem non sufficit sensus unus. Nam si eminus pomi, quod malum dicitur, figura uisatur, non omnino id malũ est, potuit enim ex aliqua materia fingi mali similitudo. Aduocandus est igitur sensus alter, ut odor iudicet. Sed potuit inter cõgeriem malorum positum, auram odoris ipsius concepisse. hic tactus consulendus est, qui potest de pondere iudicare. Sed metus ne ipse fallatur, si fallax opifex materiam quæ pomi pondus imitaretur, elegit. Confugiendũ est igitur ad saporem, qui si formæ consentiat, malũ esse nulla dubitatio est. Sic probatur, efficacià sensuũ de ratione pendere. Ideo Deus opifex omnes sensus ĩ capite, id est, circa sedẽ ratiõis, locauit.

Satin' rectè scriptum sit à Platone, cibũ per stomachum trahi: potum uerò per ἀρτηρίαν, quæ τραχεῖα dicitur, fibris pulmonis illabi.

CAP

CAPVT XV.

Gell.lib.17. cap.11.

HIs dictis, fauor ab omnibus exortus est admirantibus dictorum solidit atem: adeò ut attestari uel ipsum Euangelũ non pigeret. Disarius deinde subiecit: Isti plausus sunt, qui prouocant Philosophiam ad uindicandos sibi de aliena arte tractatus, unde sæpe occurrit in manifestos errores. Vt Plato uester, dum nec anatomica, quæ medicinæ propria est, abstinet, risum de se posteris tradidit. Dixit enim diuisas esse uias deuorandis cibatui & potui: & cibum quidem per stomachum trahi, potum uerò per ἀρτηρίαν, quæ τραχεῖα dicitur, fibris pulmonis illabi. Quod tantum uirum uel extimasse, uel in libros retulisse, mirandum est, uel potius dolendũ. Vnde Erasistratus medicorum ueterum nobilissimus, in eum iure inuectus est, dicens illum retulisse longè diuersa, quàm ratio deprehendit. Duas enim esse fistulas instar canalium, easq; ab oris faucibus proficisci deorsum, & per earum alteram induci, delabiq; in stomachum esculenta omnia & poculenta: ex eoq; ferri in uentriculũ, quod Græcè appellatur ὑπάτω κοιλία, atq; illhic subigi, digeriq;: ac deinde aridiora ex his retrimenta in aluum conuenire, quod Græcè κῶλον dicitur: humidiora autem per renes in uesicam trahi: & per alteram de duabus superioribus fistulam, quæ Græcè appellatur τραχεῖα ἀρτηρία, spiritum à summo ore in pulmonem, atq; inde rursum in os & in nares, commeare: perq; eandem uocis fieri meatum: ac ne potus cibusue aridior, quem oporteret in stomachũ ire, procideret ex ore, laberetur q; in eam fistulam, per quam spiritus reciprocatur, ex eaq; offensione intercluderetur animæ uia, impositam esse arte quadam & ope naturæ ἐπιλωτίδα, quasi claustrum mutuum utriusque fistulæ, quæ sibi sunt cohærẽtes: eamq;

Contra Platonem.

eamq; ἐπιλωτίδα inter edendũ bibendumq; operire ac protegere τὴν τραχεῖαν, ne quid ex esca potu ue incideret in illud quasi æstuãtis animæ iter, ac propterea nihil humoris influere in pulmonẽ ore ipso arteriæ communito. Hæc Erasistratus, cui (ut extimo) uera ratio cõsentit. Cùm enim cibus non squallidus siccitate, sed humoris temperie mollis uentri inferendus sit, necesse est eandem uiam ambobus patêre, ut cibus potu temperatus, per stomachum in uentrem condatur: nec aliter natura cõponeret, nisi quod salutare esset animali. Deinde cùm pulmo & solidus et læuigatus sit, si quid spissum in ipsum deciderit, quemadmodum penetrat, aut transmitti potest ad locum digestionis: cùm constet, si quando casu aliquid paulò densius in pulmonem uiolentia spiritus trahente deciderit, mox nasci tussim nimis asperam, & alias quassationes, usq; ad uexationem salutis? Si autem naturalis uia potum in pulmonem traheret, cùm corpulenta bibuntur, uel cùm hauritur potus admistus gravis, seu ex re aliqua densiore, quid ijs sumptis pulmo pateretur? Vnde ἐπιλωτὶς à natura prouisa est, quæ cùm cibus sumitur operimento sit arteriæ, ne quid per ipsam in pulmonem spiritu passim trahente labatur. Sicut cùm sermo emittendus est, inclinatur ad operiendam stomachi uiam, ut ἀρτηρίαν uoci patere *promittat. Est & hoc de experientia notũ, quòd qui sensim trahunt potum, uentres habent humectiores, humore, qui paulatim sumptus est, diutius permanente. Si quis uerò auidius hauserit, humor eodem impetu quo trahitur, præterit in uesicam, & sicciori cibo prouenit tarda digestio. Hæc autem differentia non nasceretur, si à principio cibi, & potus diuisi essent meatus. Quòd autem Alcæus poëta dixit, & uulgò canitur, Οἶνῳ πνευ-

*permittat

μονα τέγγε Τὸ γὰρ ὄκφορν πεισέλλεται, ideò dictum est, quia pulmo re uera gaudet humore, sed trahit quantum cibi extimat necessarium. Vides satius fuisse Philosophorum omnium principi, alienis abstinere, quàm minus nota proferre. Ad hæc Eustathius paulò commotior, Non minus te, inquit, Disari, Philosophis quàm medicis inferebam, sed modò uideris mihi rem consensu generis humani decantatam, & creditam, obliuioni dare: Philosophiam artem esse artium, disciplinam disciplinarum, & nunc in ipsam inuehitur parricidali ausu medicina: cùm philosophia illhic habeatur augustior, ubi de rationali parte, id est, de incorporcis, disputat: & illhic inclinetur, ubi de physica, quod est de diuinis corporibus uel cœli, uel siderum, tractat. Medicina autẽ physicæ partis extrema fæx est, cui ratio est cum testeis terrenisq; corporibus. Sed quid rationem nominaui, cùm magis apud ipsam regnet coniectura, quàm ratio? Quæ ergo conijcit de carne lutulenta, audet inequitare Philosophiæ, de incorporeis, & uerè diuinis certa ratione tractanti. Sed ne uideatur communis ista defensio tractatum uitare pulmonis, accipe causas quas Platonica maiestas secuta est. ἐπιλωτὶς quã memoras, inuentum naturæ est ad tegendas, detegẽdasq; certa alternatione uias cibatus, & potus, ut illum stomacho transmittat, hunc pulmo suscipiat. Propterea tot meatibus distinctus est, & interpatet rimis: nõ ut spiritus egressiones habeat, cui exhalatio occulta sufficeret: sed ut per eos si quid cibatus in pulmonẽ deciderit, succus eius mox migret in sedẽ digestionis. Deinde ἀρτηρία si quo casu scissa fuerit, potus non deuoratur, sed quasi scisso meatu suo, reiectatur fòras incolumi stomacho: quod non contingeret, nisi ἀρτηρίαε uia esset humoris. Sed et hoc in propatulo est,

Pro Platone.

quia

quia quibus æger est pulmo, accendũtur in maximam sitim: quod non eueniret, nisi esset pulmo receptaculum potus. Hoc quoq; intuere, quòd animalia, quibus pulmo non est, potũ nesciunt. Natura enim nihil superfluũ, sed membra singula ad aliquod uiuẽdi ministeriũ fecit: quod cum deest, usus eius non desideratur. Vel hoc cogita, quia si stomachus cibum potumq; susciperet, superfluus foret uesicæ usus. Poterat enim utriusq; rei stomachus retrimẽta intestino tradere, cui nũc solius cibi tradit: nec opus esset diuersis meatibus, quibus singula traderentur, sed unus utrique sufficeret ab eadem statione transmisso. Modo autẽ seorsum uesicæ, & intestinum seorsum saluti seruit: quia illi stomachus tradit, pulmo uesicæ. Nec hoc prætereundum est, quòd in urina, quæ est retrimentum potus, nullum cibi uestigium reperitur: sed nec aliqua qualitate illorum retrimentorum uel coloris, uel odoris inficitur. Quòd si in uentre simul fuissent, aliqua illarũ sordium qualitas inficeretur. Nam postremò lapides, qui de potu in uesica nascuntur, cur nunquam in uentre coalescunt: cum non nisi ex potu fiant, & nasci in uentre quoq; debuerint, si uenter esset receptaculum potus? In pulmonem defluere potum nec poëtæ nobiles ignorant. Ait enim Eupolis in fabula quæ inscribitur * Colaces: Πίνειν γὰρ δ πρωταίφρας ἐκέλευεν ἵνα πρὸ τοῦ κυνὸς ἡ πνεύμων ἐκλυτον φορῇ. Et Eratosthenes testatur idem: Καὶ ἑαθὺν ἀναπίτω πνεύμονα τεγόμενος. Euripides uerò huius rei manifestißimus astipulator est: Οἶνος περάσας πλεύμόνων διαῤῥοάς. Cum igitur & ratio corporeæ fabricæ, & testium nobilis autoritas astipulentur Platoni, non ne quisquis contrà sentit, insanit?

Ouúm ne prius fuerit an gallina. CAP. XVI.

INter hæc Euangelus gloriæ Græcorum inuidens, & illudens: Faceßãt, ait, hæc, quæ inter uos in ostentatio-

nem loquacitatis agitantur: quin potius si quid callet uestra sapẽtia, scire ex uobis uolo, ouum ne prius extiterit, an gallina. Irridere te putas, Disarius ait: et tamẽ quæstio, quã mouisti, & inquisitu, & scitu digna est. Tu enim me tibi de rei *utilitate cõparãs cõsuluisti, utrũ prius gallina ex ouo, an ouũ ex gallina prodierit. Sed hoc ita serijs inserendũ est, ut de eo debeat uel anxiè disputari. Et proferã quæ in utranq; partẽ mihi dicẽda subueniẽt: relicturus tibi, utrũ eorũ uerius malis uideri. Si cõcedimus omnia, quæ sunt, aliquãdo cœpisse: ouum prius à natura factum, iure existimabitur. Semper enim quod incipit, imperfectũ adhuc, & informe est: & ad perfectionẽ sui per procedentis artis, & temporis additamenta formatur. Ergo natura fabricans auem, ab informi rudimẽto cœpit: & ouũ, in quo necdum est species animalis, effecit. Ex hoc perfectæ auis species extitit, procedente paulatim maturitatis effectu. Deinde quicquid à natura uarijs ornatibus comparatum est, sine dubio cœpit à simplici: & ita cõtextionis acceßione uariatũ est. Ergo ouum uisu simplex, & undique uersum pari specie creatum est: & ex illa uarietas ornatuum quibus cõstat auis species, absoluta est. Nam sicut elementa prius extiterunt, & *ita reliqua corpora de cõmistione eorum creata sunt: ita rationes seminales, quæ in ouo sunt, si uenialis erit ista translatio, uelut quædam gallinæ elementa credenda sunt. Nec importunè elementis, de quibus sunt omnia, ouũ cõparauerim. Omni enim genere animantium, quæ ex coitione nascuntur, inuenies ouum aliquorum esse principium, instar eleměti. Aut enim gradiuntur animantia, aut serpunt, aut nando, uolando ue uiuũt. In gradientibus lacertæ, et similia ex ouis creantur. Quæ serpunt, ouis nascuntur. Exordio uolantia uniuersa de

*utilitate

*dicio Ita neque ad rem quam facit, neque habetur in antiquis exemplaribus.

ouis

ouis prodeunt: excepto uno, quod incertæ naturæ est. Nã ueſpertilio uolat quidem pellitis alis, ſed inter uolantia non habendus eſt: quia quatuor pedibus graditur, forma tosq; pullos parit, & nutrit lacte quos generat. Natantia penè omnia de ouis oriũtur generis ſui: crocodilus ue rò etiam de teſteis, qualia ſunt uolantium. Et ne uidear plus nimio extuliſſe ouum elementi uocabulo, conſule initiatos ſacris Liberi patris: in quibus hac ueneratione ouũ colitur, ut ex forma tereti, ac penè ſphærali, atque undiq; uerſum clauſa, & includente intra ſe uitam, mundi ſimulachrum uocetur. Mundum autem conſenſu omnium conſtat uniuerſitatis eſſe principium. Prodeat qui priorẽ uult eſſe gallinam, & in hæc uerba tentet, quod defendit, aſſererе. Ouum, rei cuius eſt, nec initiũ, nec finis eſt. Nam initium ſemen eſt, finis auis ipſa formata. Ouum uerò digeſtio eſt ſeminis. Cũ ergo ſemen animalis ſit, et ouũ ſeminis, ouum ante animal eſſe non potuit: ſicut non poteſt digeſtio cibi fieri antequam ſit qui edit. Et tale eſt dicere, ouum ante gallinam factum: ac ſi quis dicat, matricẽ ante mulierem factam. Et qui interrogat, quemadmodum gallina ſine ouo eſſe potuit, ſimilis eſt interroganti, quonam pacto homines facti ſint ante pudenda, de quibus homines procreãtur. Vnde ſicut nemo rectè dicet hominem ſeminis eſſe, ſed ſemen hominis: ita nec oui gallinam, ſed ouum eſſe gallinæ. Deinde, ſi concedamus (ut ab aduerſa parte dictum eſt) hæc quæ ſunt, ex tempore aliquod ſumpſiſſe principium: natura primum ſingula animalia perfecta formauit: deinde perpetuam legem dedit, ut continuaretur procreatione ſucceſſio. Perfecta autẽ in exordio fieri potuiſſe, teſtimonio ſunt nunc quoq; non pauca animantia, quæ de terra, & imbre perfecta naſcuntur: ut in

Aegypto mures, & alijs locis ranæ, serpentesq;, & similia. Oua autem nunquam de terra sunt procreata, quia in illis nulla perfectio. Natura uerò perfecta formát, & de perfectis ista procedunt, ut de integritate partes. Nam ut concedam oua auium esse seminaria, uideamus quid de se-
* sensit mine ipso Philosophorum definitio testatur, quæ ita* sancit: Semen generatio est, ad eius ex quo est, similitudinẽ pergens. Non potest autem ad similitudinẽ pergi rei, quæ necdũ est: sicut nec semẽ ex eo, quod adhuc nõ subsistit, emanat. Ergo in primo rerũ ortu intelligamus, cum cæteris animantibus quæ solo semine nascũtur, de quibus nõ ambigitur, quin prius fuerint, q̃ semen suum, aues quoq; opifice natura extitisse perfectas. Et quia uis generandi inserta sit singulis, ab his iam procedere nascendi modos, quos pro diuersitate animãtiũ natura uariauit. Habes Euangele utrobiq; quod teneas: et dißimulata pauliſper irrisione, tecũ delibera quid sequaris. Et Euangelus: Quia etiã ex iocis seria facit uiolẽtia loquẽdi: hoc mihi absoluatis uolo, cuius diu me exercuit uera deliberatio. Nuper enim mihi de Tyburti agro meo exhibiti sunt apri, quos obtulit sylua uenãtibus. Et quia diutulè continuata uenatio est, perlati sunt alij interdiu, noctu alij. Quos perduxit dies, integra carnis incolumitate durarũt: q̃ uerò per noctẽ lunari plenitudine lucẽte portati sunt, putruerunt. Quod ubi scitũ est, qui sequẽti nocte deferebãt, infixo cui cunq; parti corporis acuto æneo, apros carne integra pertulerũt. Quæro igitur, cur noxã quam pecudibus occisis Solis radij nõ dederũt, lunare lumẽ effecerit? Facilis est, inquit Disarius, & simplex ista respõsio. Nullius enim rei fit aliquãdo putredo: nisi calor, humorq; cõuenerint. Pecudum autem putredo nihil aliud est, nisi cum defluxio quæ

dam

dam latens, soliditatem carnis in humorem resoluit. Calor autem si temperatus sit, & modicus, nutrit humores: si nimius, exiccat, & habitudinem carnis extenuat. Ergo de corporibus enectis, sol, ut maioris caloris, haurit humorem: lunare lumen, in quo est nõ manifestus calor, sed occultus tepor, magis diffundit humecta. Et inde prouenit iniecto tepore, & aucto humore, putredo. His dictis, Eustathiũ Euangelus intuens: Si rationi dictæ assentiris, ait, annuas oportet: aut si est quod moueat, proferre non pigeat: quia uis uestri sermonis obtinuit, ne inuita aure uos audiã. Omnia, inquit, Eustathius, à Disario & luculentè, & ex uero dicta sunt. Sed illud prestius intuendũ est, utrũ mensura caloris sit causa putredinis, ut ex maiore calore non fieri, & ex minore ac temperato prouenire dicatur. Solis enim calor, qui nimũ feruet, quãdo annus in æstate est, & hyeme tepescit, putrefacit carnes æstate, non hyeme. Ergo nec luna propter summissiorẽ calorẽ diffundit humores. Sed nescio quæ proprietas, quã Græci ἰδιωμα uocãt, et quædam natura inest lumini, quod de ea defluit, quæ humectet corpora, et uelut occulto rore madefaciat: cui admistus calor ipse lunaris, putrefacit carnem, cui diutulè fuerit infusus. Neq; enim omnis calor unius est qualitatis: ut hoc solo à se differat, si maior, minor ue sit: Sed esse in igne diuersissimas qualitates, nullã secum habentes societatẽ, rebus manifestis probatur. Aurifices ad formandum aurũ, nullo nisi de paleis utũtur igne: quia cæteri ad producendã hanc materiam inhabiles uidentur. Medici in remedijs cõcoquendis, magis sarmẽtis, quàm ex alio ligno ignem requirũt. Qui* uitro soluẽdo, firmandoq; cu- *Vitrum sol
rant, de arbore, cui myricæ nomẽ est, igni suo escam mini uendum, firstrant. Calor de lignis oleæ, cùm sit corporibus salutaris, mandumq;

pernicioſus eſt balneis: & ad diſſoluendas iunctu-
ras mar morũ efficaciter noxius eſt. Ergo non mirũ, ſi ratione pro
prietatis, quæ ſingulis ineſt, calor ſolis arefacit, lunaris hu
mectat. Hinc & nutrices pueros alentes operimentis ob-
tegunt, cùm ſub luna prætereunt: ne plenos per ætatem na
turalis humecti amplius lunare lumen humectet: & ſicut
ligna adhuc uirore humida accepto calore curuantur, ita
& illorum membra contorqueat humoris adiectio. Hoc
quoq; notũ eſt, quia ſi quis diu ſub luna ſomno ſe dederit,
ægrè excitatur, & proximus fit inſano: põdere preſſus hu
moris, qui in omne eius corpus diffuſus, atq; diſperſus eſt,
proprietate lunari: quæ ut corpus infundat, omnes eius a-
perit, et laxat meatus. Hinc eſt quòd Diana, quæ luna eſt,
ἄρτεμις dicitur, quaſi ἀερότομις, hoc eſt, aërem ſecans. Lu-
cina à parturiẽtibus inuocatur: quia propriũ eius munus
eſt, diſtẽdere rimas corporis, & meatibus uiam dare, quod
accelerando partui ſalutare eſt. Et hoc eſt, quod eleganter
poëta Timotheus expreſſit: Διὰ λαμπρὸν πόλον ἀέρων δι᾽
ὦ κυτίκιον σελάνας. Mec minus circa inanima lunæ pro
prietas oſtẽditur. Nam ligna quæ uel luna iam plena, uel
adhuc creſcente deiecta ſunt, inepta ſunt fabricis: quaſi e-
mollita, per humoris conceptionem. Et agricolis curæ eſt,
frumenta de agris, nõ niſi luna deficiẽte, colligere, ut ſic-
ca permaneant. Contrà, quæ humecta deſideras, luna cre-
ſcente cõficies. Tũc et arbores aptius ſeres: maximè cùm
illa eſt ſuper terram: quia ad incrementa ſtirpium neceſſa
rium eſt humoris alimentum. Aër ipſe proprietatẽ lunaris
humoris & patitur, & prodit. Nam cùm luna plena eſt,
uel cùm naſcitur (& tunc enim à parte, qua ſurſum ſu-
ſcipit, plena eſt) aër aut in pluuiam ſoluitur: aut ſi ſudus
ſit, multũ de ſe roris emittit. Vnde Aleman Lyricus dixit

Humectũ, ge-
nere neutro p
humiditate.

Rorem

Rorem Aëris et Lunæ filiũ. Ita undiq; uersum probatur, ad humectandas dissoluendasq; carnes, ineſſe lunari lumini proprietatẽ: quam magis usus, quàm ratio deprehendit.

Quod autem dixisti Euangele de acuto æneo (ni fallor coniectura mea) à uero nõ deuiat. Eſt enim in æreuis acrior, quàm medici stipticam uocant. Vnde squamas eius adijciunt remedijs, quæ contra perniciem putredinis adhibentur. Deinde qui in metallo æris morantur, semper oculorum sanitate pollent: & quibus antè palpebræ nudatæ fuerant, illhic conuestiuntur. Aura enim quæ ex ære procedit, in oculos incidens, haurit, & exiccat quod male influit. Vnde et Homerus modò ἰὸν νόσον, modò νόσον χαλκόν, has causas secutus, appellat. Aristoteles uerò autor est, uulnera quæ ex æreo mucrone fiunt, minus esse noxia, quàm quæ ex ferreo, facilius que curari: quia inest, inquit, æri uis quædam remedialis, & siccifica, quam demittit in uulnere. Pari ergo ratione infixum corpori pecudis, lunari repugnat humori.

VESALIENSIS.

Qui finem primi libri cum fine huius contulerit, facilè animaduertet quædam adhuc operis huius absolutioni deesse. Verùm ea, autor ne ipse siue aliis præpeditus, siue morte præreptus, haud dum adiecerit, an librariorum incuria interciderint, facilè dici non potest.

FINIS.

INDEX RERVM ET VERBORVM HVIVS OPERIS.

Acacia. pagina 484
Acarnanum annus semestris. 227
Acca Larentia nobilissimum scortum, populum Romanum heredem moriens nuncupauit, Faustuli coniux, Romuli et Remi nutrix. 215
Accius. 484
Ἀκέφαλοι uersus. 425
Ἀκερσεκόμης Apollo. 258
Acetum frigidum. 526
gelu non stringi. 547
Achelous cur pro aqua Vergilio dictus. 440
Acheron fluuius quid. 55
Acipenser in delicijs. 346
Acipenser Traiani tẽpore non in magno pretio. 347
Acipenseris squama aduersa. Acitani. 287 [347
ἀκόλαστοι. 311
Aconitũ haustum plurimi meri potu curari. 525
ἀκρατὴς. 311
Actiũ imitatus Verg. 467. 468. 473. 474.
Adad summus deus apud Assyrios. 474
Adargatis Dea apud Assyrios. 282
ἀδελφός. 261
Adeps sine sensu. 535
Addita pro infesta & inimica. 481
Addubitatio ad pathos mouendum. 374
Adiectiuũ Græcis ἐπίθετον. 190
Adonis pro Sole. 273
Adonis quando Veneri redditus intelligatur, 274. ab apro interemptus. ibidem
Ad unguem, prouerbium. 249
Aegæon aliter ab Homero q̃ Vergilio descriptus. 433
Aegæum mare. 548
Aegris simplex ne an uarius cibus offerendus. 514. 520
Aegyptus torridæ zonæ uicina. 140
Aegyptus artium mater. 239
Aegypti calidissimæ regionis cur

cur frigida uina. 533
Aegyptij philosophicæ disciplinæ parentes, 87. primi astrorum scrutandorũ autores. 102. diuinarũ rerum maxime periti quondam. 238
Aegyptiorum prophetæ. 550
Aegyptijs nunquã fas pecudibus aut sanguine litare. 203
Aegyptijs solis certum modum fuisse anni. 226
Aemilia Vestalis quando damnata. 214
Aemilianus ab Aemilio. 200
Aemilius Regilius prætor. 214
Aeneas pontifex. 317
Aenea sacris plerunque adhiberi solita. 445
Aeneis Vergiliana quomodo ad Homeri Iliada & Odysseam effigiata. 286.383
Aenopides. 256
Aequinoctialis parallelus. 75
Aequinoctialis circulus. 138
Ambitus eius. 98
Aër hũidus & calidus. 33.522
Aër cœlo subiectus. 83.107
Aëris nõ simplex qualitas. 522
Aërẽ motũ in uentũ solui. 533
Aerarium Ro. cur Saturni templum. 209
Aes primum ab Iano signatũ nauis imagine. 205
Aeris in re diuina apud ueteres usus. 445
Aeris squamæ contra putredinem. 567
Aeris stiptica uis. ibidẽ
Aeschyli locus. 263.446.447.451.458.459
Aesculapius pro sole. 270
Aesculapius idem cum Apolline diuinationibus & augurijs præfectus. 271
Aesculapij simulachrum cur cum dracone. 270
Aesopus histrio. 344
Aesopi fabulæ. 16
Aesopi in Demosth. patronum fides. 220
Aestas quando fiat. 138
Aestas calida & sicca. 522
Aestate cur aër flabro motus frigidior sentiatur. 533
Αἰδιητικὸν naturæ unde. 62
Αἰδιητικὸν animæ. 69
Αἰδιητικὸν ad nos de sole. 91
Αἰδήσεις. 310
Aetas perfecta septenarij multiplicatio. 43
Aether. 107
Aetherea terra. 58

Aethereæ lucis cõuersiones. 39
Aethiopia torridæ zonæ uicina. 140
Aethiopes cur nigri. 147
Αἰθοπα οἶνοψ cur dixerit Homerus. 847
Aethra. 484
Aetnæ descriptio ex Pindaro & Vergilio. 477
Aetolorum mos uno tantum pede calceato bellum ingredi. 442.443
Affectus quomodo uel boni uel mali. 173
Affectuum mouendorum ratio quàm egregiè Vergilio obseruata. 380. & deinceps.
Afranius togatarum scriptor.
Africa ficus. 357 [460
Africana olea. 358
Agathonis conuiuium 503
Agendi ius animæ unde. 62
Agmen pro actu et ductu. 481
ἀγνίσαι 444
Agonalia. 190
Agonium Martiale. 191
ἀγυιεὺς Apollo. 211
ἀγυιαί. ibidem.
Alba ficus. 357
Albena uua. 358
Albidij sors Catonis scommate notatur. 291
Albigerus olea. 358
Albuierus uua. 358
Albula ficus. 357
Alcæus. 559
Alcinoi mensa. 503
Alcman lyricus. 566
Alexander Aetolus poëta. 458
Alexandrina olea. 358
ἀλεξίκακος dictus Apollo. 253
ἀλλοιωτικὸν, uis alteratiua. 515
Amatur quicunq; colitur, non autem qui timetur. 219
Ambarualis hostia. 323
Ambire pro circumire. 338
Amicũ nõ foris tantũ quærẽdũ, sed reperiri etiã domi. 219
Amnnea uua. 358
Amunci qui. eodem
Ammon pro Sole occidẽte. 277
Amoris insomnium. 19.20
Amphionis fabula. 122
ἀμφίκυρτος Luna. 39
Amygdala nux. 355
An pro circum. 238
Anagnia Hernicorũ urbs. 442
ἀνάγνωσις Græcis cur, quod Latinis lectio. 51
Anatomica. 558
Anaxandrides Comicus. 453
Anaxilaus Messenius. 222

Anciliorum. 191
Ancillarum festum Nonis Iulijs. 223
Ancillarũ insigne facinus. ibidẽ
Andron Laodicenus. 296
Angeronia dea unde dicta. 214
Angeroniæ deæ simulachrum quale. ibidem
Angeroniæ feriæ. ibidem
Angerona dea. 331
Angina morbus 214
Anguillæ ubi optimæ. 346
Anguis inter Septẽtriones. 84
Anima quid secundũ diuersor. philos. sentẽtias. 71. & 154.
Anima quomodo monas. 30
Anima immortalis. 63. 65
Anima non solum immortalis, sed deus etiam siue diuina 153.
Anima incorporea, & essentia eius in motu. 81
Anima pro mente. 68
Anima ex mente. 70. 82
Anima αὐτοκίνητον. 163
Anima motus principium. 156 175.
Anima sensum subministrat. 535.
Anima uerus homo. 154
Anima mundi. 81. 82
Anima mundi mens. 70
Anima mundi quomodo ex numeris fabricata. 116. 118
Anima mundana primum septenario numero generata. 37
Anima pro spiritu siue spiramento. 70
Anima pro hostia animali. 322
Animã ex symphonijs musicis constare. 37
Anima quomodo pro sphæarum, per quas delabitur diuersitate, diuersis etiam uirtutibus amicitur. 62
Anima uniuersa animari quæ uiuunt. 70
Animæ essentia, motus. 170 171. 172.
Animæ immortalitas. 156
Animæ incorporalitas. 72
Animæ perfecta sapientia. 51
Animæ partes tres. 36. 68. 69.
Animæ habitatio in cerebro. 536.
Animæ triplex prouidentia. 537.
Animæ quomodo diuisionis nũc capaces, nunc expertes. 60
Animæ ad originis suæ sedem migratio necessaria. 176

Animæ

Animæ mundanæ motus. 173
Animæ mors & uita quæ. 54. 56. 58. 63.
Animam omnino non moueri Aristoteli. 157.159
Animam semper moueri quomodo dicatur. 158.163
Animam nunquam stare aut quiescere. 81
Animam sensu non egere & carere. 536
Animas post defuncta corpora uiuere. 54
Animã morte sua nõ extingui, sed ad tẽpus tantũ obrui. 63
Animarũ omnium fons, mundi anima. 32
Animarum origo de cœlo, 51 atq; eò reditus. ibidẽ
Animas à Ioue dari, eidem'que post mortem reddi ueteribus persuasum. 215
Animarum immortalitas. 13
Animarum in corpora descensus. 59.60
Animarum circa corpus aut sepulturæ locum uagatio. 65
Animas bene de Republ. meritorum cœlum & beatitudinem sortiri. 24.47
Animarum ebrietas. 61
Aĩarũ obliuio ex ebrietate. ibi.
Animus unde hominibus inditus. 64
Animus quomodo nobis cum sideribus communis. 68.71
Animi natura ac uis. 155
Animi uim corporis densitate hebescere. 70
Animi iam purgati uirtutes. 49
Animi nostri quomodo hic in terris esse dicantur. 106
Animi recte instituti, quæ utilissima & honestissima requies. 183
Animum remittere, esse quasi amittere. 195
Animum bifariam sumi. 60
Animorum cœlestis origo. 106
Animositas. 36
Animositatis ardore animam per Martis sphæram dum labitur indui. 62
Animal ex corpore & aĩa. 57
Animal ex diuersis constat elementis. 549
Aĩalis prima substãt. corp. 62
Animalis mors. 357
Animales hostiæ. 22
Animalia cætera, excepto homine, cur prona, & rationis expertia. 69

Animalium mutorum quantò maior quàm hominum infirmitas. 520
Animalibus sola sentiendi crescendiq; uis cum homine cõmunis. 70
Animalium an simplex alimonia. 514. & 519
Annales maximi. 317
Annus, solis anfractus & reditus. 45
Annus unde dictus. 238
Annus uertens, siue magnus 149. 150. ibidem. & 238
Annus λυκάβας cur dictus. 257
Annus magnus, solaris. 150
Annus mundanus. 150. 151
Annus Romuli decem mẽsium, & à Martio incipiens. 226.
Anni dimensio præcipua Solis potestas. 211
Anni diuersitas apud diuersos. 227
Anni diuisio per Numam. 232.
Anni correctio per Augustum facta. 239
Annorum diuersitas. 149
Annij ob neglectum deorũ per quietẽ cõmissum pœna. 217
Annibalis ioci. 291
Anna perenna, Annare perenare. 227
Anteuorta. 205
Ἀνθεστηρῶν mensis apud Athenienses qui Romanis Aprilis. 228
Antianum pyrum 357
Ἀντάχας pro pollice cur. 551
Antigonus rex Theocritum ob scõma in se dictũ occîdit. 510
Antigonus unoculus. 511
Antius Restio serui fide liberatus. 220
Antij Restionis lex. 352
Antiochi magnificentia in exercitu, Annibalis scommate notata. 290
Antipodes. 110
Antipodum assertio. 132. & deinceps.
Antipodum numen Proserpina. 274
Antiquitas uocabulorum autor. 75
Antiquitas artium parens. 193
Antiquitatẽ moribus potius q̃ uerbis cõmendabilem. ibidẽ
Antisthenes Cynicus Diogenis magister. 512
Antistrophe hymnorum. 121
Ἀντιχθονοί. 133
Antonius Enipho. 338

Antonij

Antonij edictum de sumptibus, eiusq; luxus. 352
Antonij fuga scommate notata. 292
Annulus cur in sinistra, & digito qui minimo proximus est geratur. 550
Annuli gestandi quæ causa ueteribus. 551
Aper hyemis imago. 274
ἀφρόδιτος. 329
ἀφρὸς spuma. Græcis, unde Aphrodite Venus. 209. 227.
Apianæ uuæ. 358
Apicia uua. ibidem
Apis bos Memphis, p Sole. 277
Aplanes sphæra. 32. 53. 57 59. 72. 105. 135.
ἀποκρυκή uis. 516
Apollo Epimelius, ποίμνιος, ὀρνοκόμης, ναπαῖος, ἐλελεύς, chrysocomas, ἀκερσεκόμης, Argyrotoxus, Smyntheus. 258
Κορυθεύς, σκιάλλιος, θύμβραῖος, Phileſius, Pythius. 259. ἑκηβόλος, ἑκατηβόλος, 260. θυραῖος, ἀγυιεύς, 210. λοίμιος, Medicus, Pæan, 253. ἴήιος ibidē οὔλιος, 254. Didymæus. 261 Delphius. ibidem
Apollo Admeti pastor. 258
Apollo unde dictus. 252
Apollo quasi aspellēs mala. 253
ἀλεξίκακος. ibidem
Apollo idem cum Iano. 211
Apollo idē cū Mercurio. 268
Apollo pro Sole. 252
Apollo idem qui & Sol. 275
Apollo & Neptunus Troianorum dij. 321
Apollo μουσήγετος. 121
Apollo Musarum præses. 268
Apollinis ludi Romæ, q Apollinares, unde. 254
Apollinis arcus & sagittæ, & simulachrum. 272
Apollinis duplex & diuersa potestas. 254
Apollinis nascentis & Pythonem occidentis fabula. 259
Apollinis sagittæ pro radijs Solis. 260
Apollinis simulachrū siue imago. 261
Apollini γενεθλίῳ ara. 325
Apollini cur medendi potestas tribuatur. 252
ἀπολλουσάβλιοι. 252
Apollodorus περὶ θεῶν. 254
Apollonium ubi imitatus Vergilius. 436
ἀπόρημα. 374

παθητικὸς pathetica. 375
Apophthegmata Homeri & Verg. puerbiorũ uice. 433
Appetentia comis. 513
Appetentiæ uigor hominis ſalus, unde uarietate prouocanda. 523
Appij Claudij ſaltandi peritia. 344
Aprilis ſecundus anni menſis unde dictus. 228
Aprilis dictus quaſi aperilis. 228.
Aprilis mẽſis Veneri ſacer. 274
Aqua frigida & humida. 33. & 522.
Aqua calida cur mota fiat calidior. 533
Aqua omnis aëri & terræ quomodo participat. 546
Aqua marina pinguis. 552
Aqua dulcis cur abluendis ſordibus magis idonea quàm ſalſa. 552
Aqua niualis potui inſalubris. 546.
Aquæ corpus & ſitus. 108
Aquarius Leoni aduerſus. 61
Aquarius cur Saturno aſſignetur. 105
Aquarius quomodo Solis naturam referat. 278
Aquilea olea. 358
Ara maxima. 327.337
Ara pinguis. 447
Aras tangendi inter litandum mos. 315
Aræ primum anſæ dictæ. ibidẽ
Arabia torridæ zonæ uicina. 140.
Arati locus. 82.265.450
Aratũ ubi imitatus Vergi. 381.
Arbores ſola creſcendi ui uiuere. 70
Arbores felices, & infelices quæ. 358
Arborum ſerendarum obſeruatio. 366
Arcadũ annus triũ mẽſiũ. 226
Arcitenens. 484.485
Archilochus. 252
Archimedes interuallorũ cœleſtium ſphærarũ inuẽtor. 122
Architidis Veneris apud Aſſyrios cultus. 273
Arctos nunquam mergi. 78
Areopagitas tacentes iudicare. 504
Argiphontes Mercurij cognomen. 268
Argus multoculus, pro cœlo ſtellato. ibidem

Argyrotoxus Apollo. 258
Aridicis philosophi scõma. 511
Aries cur Marti aßignetur. 105. 227.
Aries æquinoctiale signum. 85
Aries cur primus iter signa. 104
Aries colorem mutans quid portendat. 328
Arietis signi appellatio uñ. 103
Arietis signum quatenus ad solis naturam referatur. 276
Aristidis æquitas. 512
Aristomenes. 451
Aristophanis locus. 440. 451
Aristoteles aduersus Platonem de animæ motu. 157
Aristoteles notatus. 552
Aristotelis theologumena. 262
Aristo. de Ebrietate liber. 526
Aristotelis inuentis naturam ipsam non dissentire. 526
Aristotelẽ nihil ignorasse. 166
Armenium malum. 356
Ἁρμονία spatium inter aquam & aërem. 36
Ἀρυνοκόμης Apollo. 258
Ἄρτεμις cur dicta Luna. 243
Ἄρτεμις quare dicta diana. 366
Ἀρτεμισβλήτοι. 252
Arteria τραχεῖα. 358
Arteriæ receptacula spũs. 516
Articulorum septenarius. 44
Artium parens antiquitas. 193
Aruncia. 341
Arundinea ficus. 357
Ansæ pro aris. 315
Asclepiades 453
Asiana mensa. 522
Asinastra ficus. 357
Asinæ cognomẽtum unde. 201
Asinius Pollio qũo Patauinorũ seruorũ fidem expertus. 221
Asinius Celer. 348
Asinusca uua. 358
Ἀσφαλίων Neptunus. 254
Asper notatus. 324
Aspersio in sacris inferis pro purgatione. 314
Assyrijs Iupiter pro sole. 281
Ἀστήρ, ἄστρον. 72
Astrorũ potestas an aliquid in homines operetur. 92
Astris uolucres immolãdas. 329
Athenienſium contra Amazonas bellum. 253
Atlanticum mare. 137. 155
Atra ficus. 357
Atri dies q & cões. 247. 248
Atrium. 496
Atronius Maximus. 217
Atrusca uua. 358
Atteius Capito. 550

Atteſtatio rei uiſæ pathetica.
Attis idẽ cũ Sole. 275 (374
Auellana nux. 354
Aues ſtellis ad litãdũ datæ. 329
Auguſta ficus. 357
Auguſtus menſis, qui antea ſextilis. 231
Auguſti in alios ioci, et alioru ĩ ipsũ uiciſsim. 297. 298. 299
Auguſti tragœdia Aiax. 297
Auguſti duæ filiæ Iulia et Reſpub. 303
Auguſti prouerbium. 495
A. Albinus Græcitatis à Catone reprehenſus. 181
Auratæ piſces. 345
Aurea ſecula. 148
Aurelius Symmachus. 185
Aurelius Cornutus. 444
Aurem perforandi mos. 510
Aurium ſenſus. 537
Aurifices igne de paleis uti. 565
Auriti lepores. 485
Aurunci. 193
Auſpiciorũ tẽpus qñ Ro. 187
Auſter cur ad nos callidus pueniat, cũ ſit natura frigidus. 68 (131
Auſtralis parallelus. 130
Auſtralis cardo. 130
Αὐτοκίνητον. 163
Autũnus ſiccus et frigidus. 522

B

Bacchanalia. 190
Bacchanalia in Parnaſſo alternis tantum annis. 263
Bacchus taurus pro Sole. 277
Bacchus ἐνυάλιος cur 267
Bacchopæan. 263
Βάλλε πουάν. 253
Barbæ initia, 43. creſcendi in longum quando finis, ibid. item quando in latum. ibid.
Baſilica nux. 354
Beare uirtutum effectus. 50
Beatitudinẽ cõſtare ſola uirtute
Bellaria. 309 (48
Bellaria mellita quæ. ibid.
Bellum quo tempore inchoari nefas. 246
Bibendi maior ſitiẽti uoluptas quàm edendi famelico. 545
Bibendum & edendum ut uiuas, non econtrà. 312
Bibentium ſenſim uentres humectiores. 559
Bidentes hoſtiæ quæ. 498
Bifera ficus. 357
Bimembres. 486
Bis bina bis, corpus ſolidũ. 117
Biſextus ſiue biſextilis annus.
Bitias. 504 (236
Bona dea cadẽ cũ Terra. 229.

Bona dea cur dicta. ibidem
Bonæ deæ ædes Calend. Maijs dicata. ibidem.
Bonæ deæ templum & sacrorum ritus. 230
Boristhenitæ quomodo seruorum ope seruati. 222
Bosphoricũ mare an gelu contrahatur. 547
Brachio se emungere. 509
Brisseus. 263 Bruma. 276
Bulla aurea, 197. triumphantium gestamen. ibidem
Bumammia uua, quæ Græcè βουμαστός. 358
Busyris cur illaudatus Vergilio dictus. 324

C

CAduceus Mercurij. 269
Cæcilius spatiator uocatus & Fescenius. 343
Cæcilius Gallus. 496
Cœlestium corporũ motus non carere harmonia. 112. quatenus se tendat. 109
Cœlestium corporum concentus. 119
Cœlestium corporum interualla. 123
Cælius. 192
Cælius Posthumius. 247
Cœlũ, 121. octaua sphæra. 120
Cœlum cur summus deus dicatur. 82.
Cœlum animæ fabrica. ibidem
Cœlum mundum uerè uocari. 94. 265
Cœlum ab omni parte terræ æquabiliter distare. 109
Cœlum prima sphæra, quæ & aplanes. 135
Cœlũ cur moueatur, et quõ. 81
Cœlum pro uiuorũ regione. 20
Cœli sphæra, eiusq; motus. 78
Cœli totius integra conuersio diem noctemq; cõcludit. 98
Cœli concentum cur non audiamus. 136
Cœli pudenda à Saturno resecta, 16. & cur. 209
Cærete oppidum. 428
Cæsar seruorum opera in bellis usus. 222
Cæsaris dictatoris libido Ciceronis dicterio notata. 291
Cæsaris facilitas in diligendo senatu. 296
Cæsaris i uestitu mollities. 295
Cæsaris impotẽtia Laberij dicto notata. 307
C. Bassus. 212
C. Cæsar. 193

C. Cæsar rex sacrorum. 347
C. Cæsar Ciceronis scommate notatus. 510
C. Cæsaris in disponendo anno industria. 238
C. Cæsa. murænarũ luxus. 346
C. Cassius Ciceronis cauillo notatus. 296
C. Gracchus, & serui in eum pietas. 221
C. Hirrij uilla & uiuaria. 346
Calabra curia. 242
Calata plebs. 242
Calculosum pyrum. 357
Caldica ficus. 357
Calendæ unde dictæ. 242
Calendæ nuptijs copulandis religiosæ. 243
Calendæ omnes Iunoni dicatæ. 212.242.243
Calendaris Iuno. 242
Calix. 435
Callias historicus. 447
Calliæ cœna. 503
Calliope. 120
Callimachus. 454
Καλὸς. 241
Calor generationis causa. 528
Calorem humore nutriri. 280
Caloris alimentũ liquor. 549
Calor aquæ calidæ cur ex motu uehementior. 533
Calor solis cur arefaciat, lunæ autem humectet. 566
Calphurniana ficus. 357
Caluitium cur priorem capitis partem primò occupet. 538
Caluitij causa. 526
Chaos cum fuit, non fuisse tempora. 209
Camera. 484
Camerienses. 256
Camese. 204
Camesene regio. ibidem
Camilla unde. 330
Camillus Tuscis est Mercurius. ibidem
Camilli, Camillæ. ibidem
Camœnæ cur dictæ musæ. 120
Camuris. 484
Cancer solis portarũ una, quæ hominum dicitur. 60
Cancer in æstiuo tropico. 255
Cancer quomodo pro sole. 277
Candelabrum. 320
Candens unde dicatur. 438
Cani quare albi. 539
Canities unde. 526
Canities cur priorem capitis partem primũ occupet. 538
Caninius Reuilius dialis consul. 293.295

Canis tauro uicinus. 86
Canes in Aegypto fugiendo bibere. 292
Cannensis clades quo die accepta. 222,248
Cantandi studiũ reprehensum, et iter mollia numeratũ. 344
Cantharus. 452. 454
Cãtus ad mutãdos animos uis. (122
Capilli sine sensu. 535
Capitis uelãdi ĩ sacris mos. 327
Capitibus pro capitibus quomodo supplicatum. 207
Capricornus solis portarũ altera, quæ deorũ dicitur. 60
Caprigenum. 486
Caprotinæ Iunonis sacra. 223
Caprutinæ Nonæ. 223
Caput ĩ corpore, arcis loco. 44
Capitis humani cur sphærica forma. 469
Carchesia. 452,453
Cardines habitationum. 130
Carneades Romã legatus. 195
Carneadis facundia. 196
Κάρνειος Apollo. 258
Carica ficus. 357
Carmentalia. 244
Carminius. 445
Carnea dea. 231
Carnes ualidiores cur aliquãdo facilius digerantur quàm tenues. 532
Carsitani. 354
Carthago deuota. 333
Caro cur ad usum diuturnum saliatur. 542
Carutius Accæ Larentiæ maritus. 215
Carutius Tuscus. ibidem
Casellij Iurisconsulti dictũ. 304
Caspium mare. 143
Cassius Hemina. 247
Castanea nux. 354
Κατασχετικὴ uis retentatrix. 515
Categoria, λόγος. 509
Catena Homeri aurea. 71
Καθεκτικὴ. 515
Catillo liguritor. 349
Catillones qui. ibidem
Catonis iocus. 291
Catonis iocandi festiuitas. 290
Catonis scomma in A. Albinum. 180
Catonum uirtus. 175
Catullũ imitatus Vergilius. 465
Caucasum transcẽdere nomen Romanorũ nõ potuisse. 146
Causæ uerè ĩsolubiles quæ. 107
Cebes Socraticus. 224
Cecinna Albinus. 185,188
Cecrops primus in Attica Saturnum

turnũ & Opem coluit. 216
Centrum quid. 95
Centrum immobile. 162
Centrum solum non moueri in sphæra. 107
Cepio serui fide liberatus. 220
Cerebrum sensu carens, quomodo corporis sensus gubernet. 536
Cerebrum consilij sedes. 521
Cerebrum sine sensu. 535
Cerebri dolor ubi. 536
Cerebri uentres. 537
Ceres pro Luna. 266
Cereis missitandis mos in Saturnalibus unde. 207.225
Cereris & Herculis xv. Calen. Ian. sacra. 336
Cereri cur porca sacrificetur. 229
Cereri uinum non libari, sed mulsum. 335
Ceremonia à carendo. 318
Ceruisca pyrum. 357
Chaos. 259
Chia ficus. 357
Χίλια, χιλιὰς. 194
Χρηματισμὸς. 19
Χρόνος, qui & κρόνος, hoc est, Saturnus. 209
Chromaticum melodiæ genus. 136
Chrysocomas Apollo. 258
Cibariæ leges. 352
Cibus multiplex simplici aptior. 518
Cibus per stomachum ne trahatur, iuxta Platonem. 558
Cibus etiam multiformis morborum causa. 518
Cibi uitandi qui. 518. 521
Cibi expertem uiuere ultra septem dies non posse. 44
Cibi uarietas, gulæ irritamentũ, 523. quo probetur. 524
Cibum simplicem multiplici præferendum, quia digestu facilior. 513
Ciborum uarietas uitanda. 514
Cibos calidos cur ore facilius q̃ manibus comprimamus. 545
Cicero conuicijs impenetrabilis. 284
Cicero nullius sectæ ueteribus approbatæ inscius 83
Cicero non minus philosophus quàm orator. 284
Cicero consularis scurra dictus. 290
Cicero duabus sellis sedere solitus, notãte cũ Laberio. 296
Cicero Laberij scommate notatus

tatus. 510
Ciceronis & Platonis de Republ. librorum differentia & similitudo. 12
Ciceronis locus. 290.374 478.482
Ciceronis ioci. 294.291
Ciceronis iocādi uenustas. 289
Ciceroni uarices cauillo Vatinij obiecti. 295
Ciceronis mordacitas iocos & seria excedens. 296
Ciceronis exilium. 305
Ciceronis cum Roscio & Aesopo histrionibus familiaritas. 344
Ciceronis cum Vergilio comparatio. 377
Ciceronis copia. 378
Ciceronis scomma in consulem quendam dialem. 510
Cicer. scōma in Octauiū. 510
Cic. scōma in C. Cæsarē. ibidē
Ciceronē à Platone dissentire in solaris sphæræ ordine. 87
Cimmerium mare. 548
Cingius siue Cincius fastorum scriptor. 228
Cinguli in cœlo, quæ in terra zonæ. 136.138
Circensibus additus dies instauratitius. 218
Circi. 72 Circus. 73
Circuli cœlum ambientes undecim. 74
Circulorum cœlestium natura incorporalis linea. 75
Ciritum pyrum. 357
Cissymbium, Cymbium. 454
Citreum malum. 356
Citreum malum contra tineas & uenena. 357
Citrosa uestis. ibidem
Ciuitates deo acceptissimæ. 48
Clarium oraculum. 263 (52
Claudia. 303
Clausius cur dictus Ianus. 212
Cleomenes Lacedæmone. 222
Cleopatræ luxus in unione absump. 353
Cloatius uerus 325
Cluentius Pelignus à proprio seruo necatus. 221
Cn. Domitius Cæsar. 345
Cn. Flauius scriba fastorum proditor. 241
Cn. Marius uel Mattius. 192
Coccymelum malum. 356
Cochleæ saginatæ. 341
Cocytus flu. infernalis quid. 55
Cœna pōtificis luxuriosa. 340
Cognitio suiipsius qualis. 51

Cogno

Cognomina ex proprijs nominibus tracta. 200
Cohortes uoluntariæ. 222
Coitus uenereus comitialis morbi pars. 212
Colotes Epicureus taxatus. 15
Κόλαξ. 558
Color quãquam incorporeus, nunquã tñ sine corpore. 555
Colotes Epicureus quid Platoni obiecerit. 15
Coluri duo. 75
Comœdiarum fabulæ. 161
Comitiales dies. 246
Comitialis morbi pars quædam coitus uenereus. 312
Comitia mense Martio auspicari solita. 226
Commasculare frontem 540
Cõpitalia, 18 quibus uerbis cõcipiantur. 193.207.244
Comperendini dies. 246
Concentuum ratio sphærarum cœlestium quomodo recepta Pythagoræ. 112
Cõceptionis fœtus in utero dispensatio p hebdomadas. 41
Conceptiuæ feriæ. 244
Cõclamatum frigus pro maximo. 522
Concubia nox. 191
Cõditione nõ æstimãdos homines quã casus aßignat. 218
Conditiua olea. 358
Conditiuum malum. 356
Conscientia uirtutis amplißimum præmium. 23. 155
Conscietiæ malæ tormenta uulturis iecur depascentis imagine significari. 55
Conscio sibi male, quantũlibet leuia scõmata, uideri acerba.
Consiuia Ops. 331 (511
Consiuius cur dictus Ianus. 212
Cõsuetudo morẽ sequitur. 330
Consuetudo altera natura. 535
Conticinium. 187
Continentia ostentatrix. 513
Contraria uni rei accedere simul non posse. 169
Conuiuarum numerus. 203
Conuiuarum ingenia primum philosopho spectanda. 502
Conuiuiales sermones. 181 195.504
Conuiuia nihil magis decere quàm concordiam. 503
Conuiuio an interesse etiã philosophia debeat. 501
Copia rerum non negligenda grammatico. 285
Copiæ quõ ueteres indulsr. 191

Cordis figura in bulla cur gestata. 199
Corinthus deuota. 333
Corn. Labeo. 265
Cornelia lex. 352
Corn. Rufus Decemuir cur Sibylla cognominatus, & deinde Sylla. 255
Cornificius. 212.486
Cornix cornici oculos, prouerbium. 518
Cornicum ætas fabulosa. 520
Cornu pellucidum natura. 23
Cornua ueli. 453
Cornutus Vergilij interpres taxatus. 444
Corpus nullũ proprie plenũ. 25
Corpus uelut carcer aiæ. 54
Corpus uinculum, carcer, sepulchrum. 57
Corpus cur δέμας & σῶμα. ibid.
Corpus animi custodia. 64
Corpus diuinarũ rerũ fæx. 62
Corpus animæ sarcina. 176
Corpus omne natura dissolubile. 542
Corporis dimẽsiones, longitudo, latitudo, altitudo. 27.35
Corporis humani membra septenario disponi. 43
Corporis densitate animi uim hebetari. 70
Corporis septẽ gradus, & partes totidem exteriores. 44
Corpora mathematica. 26 35.116
Corpora nostra inferi, & animæ sepulchra. 56
Corpora solida quibus dimensionibus constent. 116
Corporum omniũ termini incorporei. 26
Corporũ termini quatuor. 35
Corporum terrenorum & superorum differentia. 71
Corporũ soliditas, quibus constet, 27. corpus solidũ. ibid.
Corporum caducorum propria hæc duo, sentire et crescere. 91
Corporum qualitates contrariæ. 521
Corui salutatores. 301
Coruorum ætas fabulosa. 520
Coruncanus. 193
Corylus. 354
Cotonea mala frigida. 526
Cotoneum malum. 356
Cræsi seruitus. 218
Crassum semel tantùm in uita risisse. 289
Crassi in dicendo maturitas & grauit

grauitas. 379
Crater Liberi patris, sidus inter Coruum & Anguem. 61
Crateres Delli. 446
Crepitãtibus flammis antique dictum. 481
Crescere & sentire animalibus cæteris cum homine commune. 70
Crescendi uis animæ cur indita. 69
Crescendi ui sola uiuere arbores & herbas. 70
Crescendi natura ad nos de luna. 91
Κριὸς, unde dictus aries. 277.
Crinis abscindendi morituris mos. 444
Crispi capilli quare serò canescant. 539
Critobolus Socratis scommate notatus. 511
Critolaus Romam legatus. 195
Critologi facundia. 196
Crocodilus de testeïs ouis nascitur. 563
Cronia sacra. 208
Κρόνος, qui & Saturnus. 209
Κρόνος & χρόνος cur dictus Saturnus. 279
Κρυοὶ. 449
Cruditates unde. 514. 522.
Crustumnium pyrum. 357
Cubus. 27. 116
Cubus soliditatis perfectio. 117
Cucurbitinum pyrum. 357
Cucurbitina ficus. 357
Culminea olea. 358
Cupiditas. 36
Curis hasta Sabinis. 212
Curius. 193
Curtij equitis Rom. delicatum scomma in Augustum. 300
Custos pro ministro. 327
Cutulienſis lacus. 206
Cybele cur leonibus uehi fingatur. 275. 283
Cybele, siue mater deûm pro terra. 275
Cydonia mala, frigida. 526
Cylicranorum natio. 455
Cymbia. 452. 454

D

Dlterã sæpe literæ I apponi decoris causa. 211
Dædalus. 483
Dæmones unde dicti. 280
Damasippus Ciceronis scommate notatus. 294
Damnatus sacrorum. 315
Darij matris seruitus. 218
Decadis perfectio. 43

December Saturno ſacer. 205
Decimam Herculi uouere ſoliti ueteres. 337
Decimanum pyrum. 357
D. Syllanus. 341
Decimij Valerij dictum. 305
Decretum, hoc eſt, μοῖρα, ſiue prouidentia. 433
Deducere. 319
Deductum carmen, deducere uocem. 483
Defluere. 482
Defunctorum corpora cremandi mos. 528
Διάνοια. 361
Delatio, Διαβολή. 509
Delebores rex. 281
Deli inſulæ fluctuatio. 206
Delius cur dictus Apollo. 256
Delli, crateres. 446
Delos inſula, curq; in ea natus Apollo dicatur. 260
Delphis templum Apollinis incenſum. 325
Delphius Apollo. 261
Δίλφον pro uno. ibidem
Delubrum quid. 320
Δίμας. 57
Demaratus Corinthius. 197
Demodocus citharœdus. 503
Demoſthenes. 453
Demoſthenis dictũ ĩ Laidẽ. 292
Demoſthenis adulterium. 220
Dentes quãdo incipiãt mandibulis infantiũ emergere. 42
Dentes ſine ſenſu. 535
Dentium dolor ubi. 536
Deſideriũ motus aĩæ unde. 62
Deuotionis urbium & exercit. ucrba. 332
Deus quid. 152
Deus ſummus & omnium princeps, ὃ ἀγαθὸν καὶ πρῶτος ἀιτιος. 17. 32
Deus & mens ultra animam, & naturam. 17
Deus, & eius omnipotenti. 68
Deus prima rerum omnium cauſa & origo. ibidem
Deus mũdanæ molis artifex. 33
Deus ſummus cœlum. 80. 82
Dei templum mundus. 68
Deo cur nullum ſimulachrum apud uetercs. 171
Deo nihil acceptius quàm ciuitates. 48
Deum ſola mente concipi. 68
Deorum adulteria. 161
Deorum numero recte adſcribi urbium conditores. 52
Deorum tutela & prouidẽtia nos gubernari. 65
Deos omnes quotquot ſunt ad Solem referri. 250

Deos tutelares cuocãdi mos. 331
Dextræ partes omnes cur ualidiores. 516
Δίαι uocari Cretenſibus τὰς ἡμέρας. 242
Διαβολή, delatio. 509
Diana uiarum præſes, unde & Triuia dicta. 211
Diana, quæ & Iana. ibidem
Diana Opis uocata. 456
Diametros quid. 96
Διὰ πασῶν harmonia. 37.119
duplari nũero naſ. 114.115
Διαπασῶν καὶ διαπέντε, ſymphonia ex triplari numero. ibid.
Διὰ πέντε, 27. ex hemiolo naſci. 114.115.119
Διάφραγμα. 44
Διὰ τεσσάρων, 37. ex epitrito naſcitur. 114.119
Diatonum melodiæ genus. 136
Dicendi genera quatuor. 378
Dicteria. 290
Didia lex. 351
Dido quõ in menſam libat. 336
Didonis conuiuium. 503
Didonis fabula falſa. 436
Didymus grãmaticus. 441.457
Didymæus Apollo. 261
Dij laneos habent pedes, prouerbium. 209
Dij penates qui, Magni, Χθόνιοι, ἀνάκτοι, πατρῶοι. 321.322
A Dijs quid petendum. 202
Die quarto, & die quartè. 192
Diecraſtini. 188.192
Die quinti & die quinte. 192
Die noni. 193
Diei obſeruatio & diuiſio. 186
Die priſtinè. 192
Dies atri. 243
Dies atri, qui et cõmunes. 247
Dies Feſti, profeſti, interciſi, 245. Neſaſti, Faſti. 246
Dies ciuil. 187. eius diuiſio. ibi.
Dierum diſcrimina quæ apud Romanos. 244
Dierum in menſibus numerandis ratio. 250
Dieſis. 115
Dieſpiter dictus Iupiter quare.
Digeſtiones quatuor. 515 [243
Digeſtionum uarietas. ibidem
Digitus medicinalis, quiq; per ipſum nũerus ſignificetur. 568
Diluculum. 188
Dimenſio ſolidi corporis triplex. 116
Diocles Caryſtius. 41
Diogenes Romam legatus. 195
Diogenis facundia. 196
Diogenis ſeruitus. 218. 224
Diogenis in Anthiſtenẽ ſcomma. 312

Dionysius idem qui Sol. 264
Dionysius Siculus tyrānus. 56
Διὸς βάλανος. 354
Disarius medicus. 514
Discludere. 482
Διὰ ὀξέων πασῶν, symphonia ex quadruplo numero. 118.119
Dis, mortis deus. 57
Dißipium siue dissептum. 44
Ditis imperium à lacteo circulo incipit. 60
Ditis & Proserpinæ sacrum, mundo patente. 246
Diti humana capita sacrificata. 207
Diuinationis & medicinæ cognatio. 271.
Diuinationum affectata confu[sio. 45
Dyadis uis. 32
Dysarius medicus. 202
Docenti modus quomodo seruandus. 135
Doctrinæ cuique suæ prolatio iucunda. 506
Dolo qualis ab Homero et Vergilio fingatur. 433
Domini patres famil. dicti. 219
Dñorũ in seruos tyrānis. ibid.
Domitiani appellatio Octobri indita. 232
Domitiani scõma in L. Quintium. 311
Draco ἀπὸ τῆ δέρκεσθαι dict. 270
Draco caudam suam uorans Iani imago cur. 212
Draconis species quõ ad solem referatur, nomẽ quoq; 270
Dracones quomodo reiuuenescant. ibidem
Draconibus cur ædium sacrarum & thesaurorum custodia aßignetur. ibidem
Duabus sellis sedere, prouerbium. 296
Dulce uocari mel, suaue uinum. 530
Dulcedo ebrietati aduersa ibid.
Dulcia cur frigida dulciora quàm calida. 548
Duplaris numerus. 114
Duplum, duo ad unum. 119
Duracina uua. 358
Duricoria ficus 357
Dyas. 60
Δυσφασία. 539

E

Eheu, indifferenter usos ueteres in fine. 192
Eanus, qui & Ianus. 212
ἑαυτὸν πωροῦμενος, 166
Ebon Bacchus. 264
Ebrietas ex calore. 528
Ebrietatis comes obliuio. 61
Ebrietati aduersa dulcedo. 530

Ebriorum curationes. 525
Ebriorum mala, atq; his laborare senes etiam sanos. 527
Ebrijs eadem quæ nimium frigentibus contingunt. 525
Ebrios citò senescere. 526
Ebur natura densatum. 22
ἑκάτη χθονία. 229
Echo Inui siue Panos amica. 279
ἑκηβόλος & ἑκατηβόλος Apollo cur dictus. 260
Edacitas acciditatis & fumorũ è stomacho ascendẽtium causa, non cibi uarietas. 502
Edecumati sodales. 196
Edẽtes auide, cur citiꝰ satiẽtur.
Edissertare. 226 (545
Edecumati ioci. 289
Egnatius. 484. 486
Εἰκών. 370
Eclipticus locus. 39
Ecliptica linea. 75
ἐλελεὺς Apollo. 258
Elementa quatuor, 33. 36. eorum'que discors concordia, & ordo. ibidem
Elementa cum fluant, cur nunquam soluantur. 154
Elementorum ordines. 58
Elementorum diuersitas. 521
Elemẽtorum in animalibus dispositio. 549
Eleusinæ deæ. 18
Eleusina sacra à Numenio prodita. ibidem
Elysij campi. 58
ἐμβόλιμοι menses qui. 234
Empedocles. 521
ἐν τὸ πᾶν. 251
Enarmonicum melodiæ genus.
Ennianus stylus. 480 (136
Ennius. 191
Ennium Vergilius quomodo & in quibus imitatus. 461 466. 468. 469. 473.
ἐνοσίχθων Neptunus. 256
ἐντελέχεια. 72
ἐνυάλιος cur uocatus Bacchus cùm ita Mars dicatur. 267
ἐνύπνιον. 19
Epaphus scriptor. 326
ἐπαναφορά pathetica. 376
ἐφιάλτης. 20 Ephippus. 455
Ephorus historicus. 441. 450
Epicadus. 225
Epicharmus poëta. 449
Epicuri error. 554
Epicurei à uero deuij. 15
Epictetus philosophus seruus.
ἐπίλλωτις. 558. 560 (224
Epimelius Apollo. 258
ἐπίμηλις. 356 ἐπιφάνεια. 27
Epitheta Vergiliana. 484

ἐπίθετον. 190
ἐπιπλήξεις pathetica. 376
Epitritus quid. 114.119
Epitritus primus. 37
Epogdous numerus. 114
ἐπιθυμητικόν. 36
ἐπιθυμητικὸν animæ unde. 62
Eques pro equo & ſeſſore, ſicut equitare tã equi quàm hominis. 499
Er Platonicus. 15.17.
Eraſiſtratus in Platonem iure inuectus. 558
Eratoſthenes. 454.561
Ἔρις. 423
Ἑρμηνευτικὸν animæ unde. 62
Ἑρμῆς Mercur. ab ἑρμηνεύειν 251.268.
Errãtes ſtellæ cur appellatæ. 73
Erraticarũ ſtellarum motus. 80
Eructionis cauſa, 517. edacitas. 522.
Erytheia inſula. 455
Ἕσπερος, heſperus ſtella. 188
Heſperia pro Italia. ibidẽ
Eßẽtia ĩdiuidua et diuidua. 60
Eſuriens quomodo bibendo fãmem ſubleuet. 545
Ἐτυμολογία. 446
Euandri mater. 193
Euangelus medicus. 201
Eunuchi cur pilis careãt. 529
Eunuchis debilitas unde: item uocis gracilitas. 540
Euocãdi deos tutelares mos. 42
Euocationis deorũ carmẽ. 331
Eupolis. 519.561
Euporus, C. gracchi ſeruus. 211
Euripidis locus. 252.258.260. 263.281.441.442.444. 454.457. ibid. 507.561.
Euripidem Ariſtoteli cur & quõ prætulerit Verg. 443
Euſebius rhetor. 184.196
Euſtathius. 195
Euſtathius & Flauianus amicitiæ par. 197
Exanimos & exanimes pariter dixere ueteres. 191
Exclamatio pathetica, ἐκφώνησις. 375
Exemplares uirtutes. 49.50
Exemplis quàm ratione magis capi plebeia ingenia. 514
Exemplum patheticum, παράδειγμα. 370
Eximiæ hoſtiæ. 323
Exit pro uiuat. 487
Exprobratio ad contumeliam, quæ Græcis ὀνειδισμός. 509

F

FAbariæ Calendæ. 231
Fabij Gurgitis luxus. 340
Fab. Max. Seruilianus. 247

Fabulæ cur repertæ. 16
Fabularum diuersitas. ibidem
Fabulis uti an conueniat philosopho, 15. & quando. 17
Fabulas philosophia quas reiiciat, quas ue recipiat. 15
Fabulosa narratio. 16
Familiarium appellatio. 219
Famæ incrementum. 423
Fannia lex, centusis appellata Lucilio. 350
Farra grandia hyberno puluere, uerno autẽ luto. 452
Fasti dies. 246
Fatua dea. 229
Fatum, fatalia uitæ tẽpora. 66
Fama dea. 229
Fauces. 497
Fausti Syllæ iocus. 292
Fax prima. 188
Falx cur Saturno attributa, 205. 211
Februarius secundus à Numa mensis constitutus. 233
Februarius cur solus XXVIII. dierum tantum. ibidem
Februarius ultimus anni mẽsis intercallatiõi deputatus. 235
Februus deus lustrationũ potẽs. 233
Fescẽnini Augusti. 300 [
Fenestella. 21
Fenestra. 338
Ferialium dies. 191
Feriæ uiduis magis quàm uirginib. ad nubẽdũ aptæ. 243
Feriæ familiarũ propriæ. 244
Feriæ quo polluantur 245
Ferijs uim cuiquam fieri piaculare. 243
Ferijs quid agi liceat. 245
Ferrum natura frigidum. 525
Festi dies. 245
Festorũ nomina neutra orũ & ium in genitiuo plurali. 189
Fæx uini quasi radix. 543
Fæx mellis cur in summo, cum omnium aliarum rerum in imo sit. 543 [358
Ficus à pomis cur secernatur.
Ficus alba ex felicibus arboribus, nigra ex infelicibus. 358
Fici grossi. ibidem
Ficum solam ex omnibus arboribus non florere. ibidem
Ficorum genera. 357
Fidenæ oppidũ deuotum. 333
Fidenates ancillarum in Ro. fide oppressi. 223
Flatus ex aëre liquidiore se fa-
Flauianus. 193 &c. 534
Flauianus & Eustathius amicitiæ par. 197
Flaminiæ feriæ. 245
Floralium. 191

Floralia festum. ibidem
Flutæ. 346. [540
Fœmiarũ uox quare gracilior.
Fœminæ duodecimo ætatis anno puberes. 528
Fons. 173
Fontium aquæ hyeme calidæ, æstate frigidæ. 533
Fortuna omnipotens dicta Vergilio : eadem prouidentiæ ministra. 433
Fortuna cur Homero neglecta. 433
Fortunarum simulachra apud Antium. 282
Fortitudo politica, 49. animiã purgati, 50. exẽplaris. ibi.
Fortitudo Scipionis. 53
Fortitudinis officium. 48
Fregellæ oppidũ deuotum. 333
Frigus cur ex aëris motu æstate. 533
Frontonis siccitas. 378
Fructus acidi aut uini saporem referentes, frigidi. 526
Fructuũ repertor Saturn. 205
Frumenta luna deficiente colligenda. 566
Fuluius fastorum scriptor. 228
Fuluius Fullonis filius. 292
Furius. 482
Furius Albinus antiquitatis peritus. 342
Furium in quibus imitatus Vergilius. 464. 466. 479
Furtum nullum sub Saturno commissum. 209
Fusius Viuaculus. 290
Fusij pro Furijs. 315

G

GAbij oppidũ deuotũ. 333
Gabinij saltandi peritia. 340
Gaditanum fretum. 548
Galaxias. 24
Galaxiam ultima sphæra, quæ aplanes dicitur, cõtineri. 53
Galbæ gibbus Augusti scommate notatus. 298
Galbæ eloquentia, & corporis ineptia. 304
Galla instrumentũ sutoriũ. 291
Gallicinium. 187
Gallinaʹne an ouum extiterit prius. 561
Galli quando uitis aut oleæ cultum didicerint. 147
Gangen transcendere nomen Romanum nõ potuisse. 146
Ganymedes qualis apud Homerum & Vergil. 433
Gargara Mysia quæ. 449

Gargara Idæ montis. ibidem
Gargares ciues. 450
Gaudentes cur rubeant. 541
Gellij annales. 247
Gemini cur Mercurio aßignati. 106
Gemini quomodo pro sole. 277
Geminorum signum. 86
Geneſis. 269
Germanici appellatio Septembri menſi indita. 232
Geryonis armẽta Herculi abacta. 225
Gigantes qui fuerint. 271
Glaucippus. 235
Gloria uirtutis præmium apud indoctos. 153
Γνῶθι σεαυτόν. 51. & Delphico templo inſcriptum. 197
Γνώμων. 139
Gradiuus. 484
Grammæ, quæ nobis lineæ. 26
Grammatico rerum copia minime negligenda. 285
Granius Licinianus. 248
Grauiſcæ oppidum. 428
Græca nux 355
Græcos ſua omnia in immenſum tollere. 284
Græcorũ catalogus apud Homerum. 428
Græcorũ uerborum uſus apud Vergilium & alios Latinos ueteres. 483
Græculum pyrum. 357
Græculi cuiuſdam uerſificatoris apud Auguſtum impudentia. 302
Großi fici. 358
Grumenti obſidio. 221
Gulæ patrocinium. 519
Gulæ iritamentum cibi uarietas. 523
Gurges Fabius à luxu ſic dictus. 340
Guſtus uis unde. 537

H

HAbitationũ cardines. 130
Hadriaticum mare. 548
Harmonia. 28
Harmoniam cœli cur non ſentiamus. 136 [279
Harmonia cœli, Soli amica.
Harmoniæ uocis & numerorũ Pythagoras inuentor. 112. 113
Harundinea ficus 357
Hebdas, ſeptenarius nũerus. 37
Hecubæ ſeruitus. 218
Hederæ natura. 267
Heliopolis. 281
Heliopolis Iupiter. 282.

Hemiolius numerus quid, 114
119. primus. 37
Hemisphærium. 85
Heraclea urbs. 455 [272
Heracles cur dictus Hercules.
Heracleotica nux. 354
Herbarum diuersi succi et qualitates. 519 [70
Herbas sola crescẽdi ui uiuere.
Hercules idem cum Sole, 271
apud quos maxime colatur. ibidem [326
Hercules unde uictor dicatur.
Hercules idẽ apud Ro. Pontifices qui & Mars. 337
Hercules cur cum cantharo fingatur. 455
Herculis cum ædituo suo lusus.
Herculis nodus. 269 [215
Herculis uictoris ædes. 326
Herculis sacris epulari sedentes. 327
Herculis sacro cur non liceat mulieribus interesse. 230
Herculis & Cereris XII. Cal. Ianuarias sacra. 336
Herculis stella eadẽ Chaldæis, quæ & Martis. 337
Herculis polluctus. 349
Herculi cur attributi Salij à Vergilio. 337
Herculi decima uoueri solitum. 337
Herculem poculouectum. 455
Herculanea ficus. 357
Herennius Augusti scommate notatus. 297 [277
Hermũthi taurũ pro Sole coli.
Hernicus dux. 442
Hernici à Pelasgis oriũdi. 442
Herodes scommate ab Augusto notatus. 298
Herodotus notatus. 547
Heroës apud inferos cur Vergilius finxerit. 52
Hersiliæ raptus. 199
Hesiodi ceremoniarũ sacra. 16
Hesiodum in Georgicis imitatur Vergilius. 381
Hesiodi locus. 52. 120. 281. 544
Hieropolitani. 261
Hilaria. 275
Hilaros & hilares pariter dixisse ueteres. 191
Hippocratis locus. 41. 27. 521
Hippocratem tam fallere quàm falli nescire. 41
Hira intestinum. 44
Historicorum inchoandi narrandiq; lex. 382
Histriones ueteribus non inter turp

turpes habiti. 344
Homeri locus. 22. 36. 46. 60. 71 157. 203. 227. 250. 252. 254. ibi. 257. 258. 266. 271. 278. 281. 357. 385. usq; ad paginã 458. & 478. 488. ibidem. 504. 508. 530. 547. 553. 567.
Homeri diuina prouidentia. 60. 157.
Homeri aurea catena. 71
Homeri uitia etiam Vergilio expressa. 425
Homeri maiestas, & quatenus eum imitatus Vergilius. ibid.
Homerum quomodo imitetur Vergilius. 382. & deinceps
Homerica apophthegmata pro uerbiorum instar. 432
Homerica epitheta. 426
Homerici poëmatis dispositio. 427
Homo, breuis mundus, siue microcosmus. 154
Homo solus rationis capax, ea cæteris ãialibus præstat. 69
Hominis in utero formatio. 40 & deinceps
Hominis prospectus non ultra cẽtũ & octoginta stadia. 76
Hominis duplex mors. 64
Homini sola mens siue animus cum cœlo & sideribus communis. 68. 70
Homini unde datus animus. 64
Homini nascenti quatuor numina adesse, & quæ. 270
Homini non moriendũ suapte sponte. 67
Homines non esse corpus, sed mentem. 152. 153
Hominẽ cõstare septenario. 40
Homines deorum prouidentia gubernari. 65
Homines non fortuna, sed moribus æstimandi. 218
Hoĩes an morbis facilius q̃ pecudes occupentur. 514. 520
Horatij trigemini. 193
Horatij locus. 356. 436
Horæ unde appellatæ. 275
Horizon, 138. 556. non ultra CLXXX. stadia. ibidem
Horizontis cuiusq; longit. 75
Horizõtis diuersitas unde. ibid.
Horrere. 481
Hortensius piscinarius Ciceroni dictus. 345
Horus Cynicus. 202
Horus idem cum Sole. 276
Hostes esse nobis tot, quot sunt serui. 219

Hostia ubi Apollini nõ cedatur
Hostiæ animales. 322 [325
Hostiæ iniuges. 323
Hostiæ eximiæ. ibidem
Hostiæ ambaruales. ibidem
Hostiarum duo genera. 322
Hostis pro peregrino. 246
Hostius poëta, atq; eum imitatus Vergilius. 479. 485
Hostus, 199. unde Hostilius natus. 197 [70
Humana corpora cur erecta.
Hyacinthia sacra Apollinis. 263
Hyades Vergilijs uicinæ. 84
Hyades in Tauro. 86
Hyberno puluere, uerno autem luto, grandia farra. 452
Hyems quando fiat. 138 [522
Hyems humida & frigida.
Hyemis imago aper. 274
Hyemis simulachrum. ibidem
Hyginus. 499
Hylas histrio. 308
Hyle. 61
Hyllus scriptor. 316
Hymni exordium. 121
Hymnorum strophe & antistrophe. ibidem
Hyperbole pathetica. 375
Hyperborei populi. 140

I

IEt e indifferenter in fine usos ueteres. 192
Iactare. 491
Iana pro Diana. 211
Ianiculum oppidum. 204
Ianuarius Iano sacer. 233
Ianuarius anni primus mensis ab Numa constitutus. ibid.
Ianuario duos dies addidisse C. Cæsarem. 213
Ianualis porta. 213
Ianuis patentibus cœnare cur imperatum. 350
Ianus idem deus cum Apolline & Diana. 211
Ianus cur bifrons. 211. 212
Ianus, quia ianuis præsit, dictus. 211
Ianus idem cum Sole. ibidem
Ianus pro mũdo. 211. ab eundo dictus quasi Eanus. 212
Ianus deorum deus. 212
Iani uaria cognomina. ibidem
Ianus pater pro sole. 257
Ianus Iunonius. 243
Iani gemina facies. 204
Iani clauis & uirga. 211
Iani simulachrum. 211. 212
Iani imago, draco caudam suã uorans. 212

Iano duodeci aræ cõsecratæ. ib.
Iani portæ cur belli tempore apertæ. 213
Iano cur diuini honores decreti, & quales. 210
Ianum primum in Italia dijs fecisse templa. 211
Ianum in deorum sacris primũ inuocari. 210
Ἰαῶ pro Sole. 265
Idea, anima. 71 Ἰδέα. 6
Ἰδεῖν, uidere, atque hinc dictus Idus. 242
Ἴδιωμα. 565
Iduare pro diuidere. 242
Iduli ouis. ibidem
Idus, 240. uñ dictæ. 241. 242
Idus omnes Iouis feriæ. ibidem
Idus copulandis nuptijs religiosæ. 243
Iduum dies semper in plenilunio. ibidem
Iecur concretus sanguis, caloris domicilium. 516
Iecoris ministeriũ succos ciborũ cõuertere ĩ sanguinẽ. 515
Ieiuno cur idẽ uinũ quàm ei q̃ cibũ sumpsit, meracius. 568
Ieiuni cur magis sitiant quàm esuriant. 549
Ignis calidus & siccus. 33. 522
Ignis cœlestis & sempiternus. 71 [147
Ignẽ æthereũ nutriri humore. Ἢ ἠ παιδὸς, καὶ ἢ παιδός. 253
Ἰλιοβλήτοι. 252. Ilius. 484
Illaudatus. 491. 492. 493
Im pro eum. 192
Imbris causa. 102. 278
Imago pathetica εἰκών. 370.
Immane. 188 [371
Imitatio, lectionis fructus. 459
Ἡμιτόνιον. 114
Immortalitas bifariam intelligitur 156
Imperatiuæ feriæ. 244
Imperitia nihil impatiẽtius. 518
Inamabilis. 493 [311
Incõtinẽtes, q̃ Græcis ἀκρατεῖς.
Incorporalitatis prima perfectio in numeris. 28
Inculpatus. 492
Indigetes dij. 52
Inermes & inermos pariter dixisse ueteres. 191
Infãs quando pubescat. 42
Infãs q̃n incipiat dentescere, firmiter incedere & stare, lac nutricis horrescere, loqui integre. 42 [539
Infãtiæ cur plurimus somnus.
Inferi secundum Platonem, & eorũ

eorum locus. 57
Inferis dijs parem numerum et diminutionẽ cõuenire. 233
Inferos quid esse ueteres putarint. 55
Inferorum locus quis. 55.57
Inferorum pœnæ quomodo intelligendæ. 55
Inferorum flumina quid. ibid.
Initiũ nullũ idẽ esse cũ eo, cuius est initium. 160.169.
Initium omne rei ineſſe cuius est initium. 171
Iniuges hostiæ. 323. [531
Insitium cur digestu difficile.
Insomnes cur frigidis oblinantur. 525
Insomnium. 19
Insomnium ex cura animi, corporis, fortunæ. 19
Insomnia falsa esse. ibidem
Intelligentia amiciri animam, dum per Saturni sphæram delabitur. 62 [311
Intẽperãtes, q̃ Græcis ἀκόλαστοι.
Intercalaris dies fast. præfect. permissus. 236
Intercalationis initiũ quo tpe, 236. ĩtermissio eius propter superstitionem. 237
Intercalationis causa. 234
Intercisi dies. 244
Interpretãdi uis animæ uñ. 62
Interpreti q̃d obseruãdum, & qũo ostentatio uitanda. 136
Interrogandi disciplina. 506
Interrogationum cõgeries ex Homero. 508
Intestina principalia tria. 44
Inuus, qui & Pan. 278
Io in uaccam conuersa. 268
Ioci atq; dicteria diuersorum. 290 [Cicerone. 289
Iocorũ uenustas in Plauto &
Ioppas citharœdus. 503
Iouis sphæra pro aëre. 58
Iouis sphæra. 62.80.87
Iouis fulgor cur hoibus prosper & salutaris. 90.92
Iouis annus. 150
Iouis fiducia, id est, Itis dictus, Iduum dies. 242
Iouis simulachrum apud Assyrios. 281
Iouis Statoris ædes. 320
Iouis Olympij fictio ex Homero. 421
Iouis glans 354
Ioui tauro, ariete, uerre immolari nefas. 334
Ira breuis furor. 363
Iræ esse. 488

Isis pro terra. 275
Isis pro sole. 272. et terra, 273
Isocrates primus uerba prius libera sub numeros ire coëgit. 301
Ἱστάμενον ὦ μήν. 250
Ister. 140
Italia cur Hesperia dicta. 188
Itis dies Tuscis, qui nobis Idus. 242
Iuglans nux. 354
Iuliæ Augusti filiæ mores. 302
Iulij Cæsaris in anni dispositione obseruatio. 238. 241
Iulij Cæsaris auspiciorum libri. 48
Iulij Cæsaris libri de Syderum motu. 250
Iulius Hyginus. 442
Iulius Modestus. 189
Iulius mensis, antea Quintilis dictus. 231
Iunia Tertia. 291 [231
Iuniæ calēdæ cur fabariæ dictæ.
Iunius mensis unde dictus. 228
Iunius quartus à Martio mensis unde dictus. 230
Iunius Brutus quomodo Maniæ sacra immutauerit. 207
Iunius Brutus primus Romæ consul. 281
Iuno cur Iouis soror et cōiux. 334
Iuno pro aëre. 82 [83
Iuno primo aëre cū terra. 321
Iuno Calendaris. 242
Iuno eadem cum luna. 243
Iuno aëris arbitra. ibidem
Iuno populonea. 335
Iunonis Caprotinæ sacra. 223
Iunonis Monetæ ædes Calen. Iun. dedicata. 231 [242
Iunoni Cal. oĩbus sacra fieri.
Iunonius mensis. 231
Iunonius cur dictus Ianus. 212
Iupiter pro cœlo & deo, 82. 265. mundi anima. 82
Iupiter lucis autor, uñ lucetius dictus, & Diespiter. 242
Iupiter idem qui Sol. 280
Iupiter pro medio æthere. 321
Iustitia politica, 49. animi iam purgati, 50. exemplaris. ibi.
Iustitia Scipionis. 53
Iustitia, Virginis in zodiaco signum. 277
Iustitiæ fructum non terminari cum homine. 13
Iustitiæ necessitas. ibidem
Iustitiæ officium. 48
Iusti dies. 246
Iuuenalis locus. 51

Ixiõis rota quid significet. 55

L

Laberius scommate Ciceronem notat. 296
Laberius mimographus, eiusq; uersus. 305 [510
Laberij scomma in Ciceronẽ.
Labienus libertorũ fide seruatus. 220
Labrusca uua. 359
Lactis alimonia cur prima nascentibus offertur. 61
Lactis natura quantum ad mores referat. 412
Lacteus circulus. 24.60.73.74
Lagea uua. 359
Laidis libido sumptuosa. 292
Laneos pedes habere deos cur dictum. 211
Lanuuinum pyrum. 357
Lanuuini. 188
Larentinalia Iouis feriæ quæ & quando celebratæ. 215
Larentia Acca Faustuli coniux. 215
Laribus cõpitalia ĩstituta. 208
Laribus qñ feriæ dicatæ, eorum tẽplũ in cãpo Martio. 214
Laridum unde dictum. 542
Latereſianum pyrum. 357
Latiar, Latinorũ solenne. 246
Latinæ feriæ. 244.246
Latini regni successio. 331
Latina lingua an Græca breuior angustiorq;. 293
Latona pro terra. 259
Laureum pyrum. 357
Latonæ partus. 259
Lauiana siue liuiana ficus. 357
Laudare pro nominare. 493
Laurearũ renouatio in curijs, Regia, Flaminumq; domibus per Martij initia. 226
Lectio cur Græcis αὐταγνωσις. 61
Lectionis fructus, imitatio earũ quæ legeris. 459
Leges sumptuariæ unde, 350
quæ & cibariæ. 352
Leges bonæ ex malis moribus. 351
Legum ferendarum ratio. ibid.
Λεῖμμα. 115
Lentulus Ciceronis gener scommate ab eo notatus. 294
Lẽtulus flamẽ Martialis. 340
Leo solis domicilium. 276
Leonis signum humanæ naturæ tyrocinium habere. 62
Lepidus Ciceronis cauillo notatus. 297
Lepidi tumultus. 235
Leporum sagina. 341

Letheus fluuius, 55. potus animarum. 61
Leptoludia ficus. 357
Lex Antij Restionis. 352. Cornelia. ibid. Didia, 351. Fannia. 360. Licinia, 351. Lepidi cibaria, 352. Orchia. 350.
Liber pater, νῦς ὕλικὸς. 62
Liber cur Orphaicorum sacris tradatur in membra discerptus. ibidem
Liber pater idem cum Apolline. 262. 265. 266
Liber pater unde dictus. 265
Liber idem cum Marte. 267
Liber pater uini autor. 267
Liber cur pater uocetur. 267
Liber pater bellorũ potẽs. ibid.
Liberi patris simulachra. 264
Liberi bellaria. 309
Liberi patris simulachrũ. 267
Libero patri tumultus familiares. 501
Liberalium dies. 191
Libertinis prætexta uti nõ licitum, 198. sed Libertinorum filijs. ibidem
Libra æquinoctiale signum. 87
Libra, id est, Scorpij chelæ. 85
Libra signum, prior Scorpij pars. 227
Libra in Scorpione. 277 [141
Libya torridæ zonæ uicina.
Libystinus Apollo, 254. Sospitalis, Loxias. 256. Delius, Phœbus, Phanes, Phanæus, Lycius, ibidem, Lycegenes, λύκος, πατρῶος, Nomius. 257
Licinia Vestalis. 214
Licinia. 341
Licinia lex. 351
Liciniana olea. 358
Licinij liberti in Augustum scomma. 300
Licinij Crassi saltandi peritia. 344.
Liciniorum in piscibus luxus, unde Murænæ dicti. 345
Lictorum à Tullo Hostilio institutio. 197
Lien frigoris domicilium. 516
Ligna quæ fabricæ iutilia. 566
Liguritor. 349
Ligyræi, & apud eosdẽ liberi patris oraculum. 262
Lincerius ager. 215
Linea unius dimensionis corpus. 116
Lineæ punctis finiuntur. 26
Lineæ, quibus superficies oĩs terminatur, Græcis grãmæ. ibi.
Lineæ ductus duo puncta. 27

Lineam à puncto nasci. 60
Liquidus ignis. 485
Litare. 323
Literarum usu memoriæ æternitas constat. 146
Lituus. 494
Liuiæ comitatus à Iuliæ comitatu diuersus. 303
Liuius Andronicus. 485
Licopolitana ciuitas. 257
Locorum cõmuniũ in utrãuis partem tractatio. 519
Lœmius Apollo 253
Λογικὸν animæ unde. 62
Λογικὸν, animæ pars 36
Λοιδορία. 509.510
Lollianum pyrum. 357
Longitudo. 26
Loquendum ita cum hominibus tanquam dij audiant, cũ dijs ita tanquam homines. 202
Lorum in collo pro bulla liberorum filijs. 198
Loxias Apollinis cognomẽ. 256
Lucani locus. 140
Lucarium. 191
Lucetius quare dictus Iupiter.
Lucilius. 194. [242
Lucilius acer & uiolentus poëta. 349
Lucilium imitatus Vergil. 481.
Lucina cur parientibus inuocetur. 566
L. Aquinius aruspex. 247
L. Cælij dictum. 305
L. Crassi eloquentia. 345
L. Iulius Cæsar augur. 341
L. Furius. 208
L. Mallius pictor, 292. eius iocus. ibidem.
L. Philippi piscina. 345
L. Quintius scommate à Domitiano notatus. 511
L. Syllæ cantandi peritia. 344
Lucius tragicus poëta. 297
Lucretium quomodo imitatus Vergilius, 463. & deinceps
Lucumon. 197
Ludia ficus. 357
Luna quot diebus zodiacum absoluat. 38
Luna διχόμηνος, 39. plena, ἀμφίκυρτος. ibidem
Luna cum Iunone eadem, unde ἄρτεμις dicta. 243
Luna mortalium corporum autor & conditrix. 58
Luna uitæ & mortis confinium. ibidem
Luna aëris & aquæ fæx. 89
Luna quomodo solis luce tantum luceat. ibidem

Luna ætherea terra. 89
Luna & Sole præcipue uitam nostram moderari. 91
Luna zodiacum mensis spatio percurrit. 90
Luna caducorum & diuinorũ confinium. 106
Luna nascentis hominis τύχη. 270 [565
Luna quo putredinis causa.
Lunæ cursus & uelocitas. 85
Lunæ defectus. 75.95
Lunæ sphæra ultima cœlestium & minima. 79
Lunæ calor quare humectet, et Solis arefacit. 565
Lunæ uis circa inanima. ibidem
Lunam septenario moueri. 38
Lunam lucere luce aliena. 89
Lunam nasci quid. 38
Lunã i defectu suo laborare. 75
Lunam solã ex stellis omnibus proprio lumine carere. 93
Lunam supra æther idẽ semper & incorrupta omnia, infra autem corruptioni & mutationi omnia obnoxia. 106
Lunaris sphæra quam uim animæ incutiat. 80
Lunaris orbis terrenorum primus, sicut diuinorum ulti. 79
Lunaris sphæræ grauissi. 134
Lunaris annus mẽsis. 149. 150.
Lunares populi. 58. [238
Lupercalia. 244
Lupus pro Apolline ubi colatur. 257
Lupus Germanus. 349
Lupus tyberinus i delicijs. 348
Lustrare pro circuire. 324
Lustrari ciuitatem Februario institutum. 233
Lustricus dies. 249
Lux unde dicta. 257
Luxus & mollities A. Hortensij. 339
Luxus ueterũ. 341. 342. 347
Luxus quatenus i cibi uarietate reprehendendus. 523. 350
Lychni. 464
Lycius Apollo cur dictus. 256
Λύκη, siue λυκέη. ibidem
Lycophos. ibidem
Λύκος pro Sole, unde λυκάβας dictus annus. ibidem
Λύκοι unde dicti. ibidem
Lyra Apollini attributa quid significet. 269
Lycurgi uirtus. 175

M

Macer Licinius historicus. 236
Machæra. 484

Mæotis palus. 140
Magistris mercedes Martio mense persolui solitas. 227
Magistris præsentibus non omnibus scommatis locus. 512
Maia Vulcani uxor. 228
Maia Mercurij mater. 229
Maia pro terra. ibidem
Maiæ mense Maio sacrificari. ibidem.
Maiesta Vulcani uxor. ibidem
Maius tertius mēsis in Romuli anno, unde dicatur. 228
Maius, Iupiter à maiestate dictus. ibidem
Mala omnia frigida. 526
Malace. 484
Mallius. 214
Malorum genera. 356
Malorum aliorū iucunda memoria, aliorum secus. 507
Malū à nuce quo differat. 356
Mane unde dictum. eodem
Mania larium mater. 207
Maniæ deæ sacra. ibidem
Manibus parentari sole in Aquario existente. 60
Marapiū siue myrapiū pyrū.
M. Aemil. Lepidus. 341 [357
M. Cato Vticēs. Lucilij hæres.
M. Cato. Origines. 192 [345
M. Cælij saltandi peritia. 344
M. Flauius scriba. 238
M. Lolij iocus. 304
M. Messala. 212
M. Octauius Herennius. 326
M. Varro. 194. 203. 208
M. Varronis Gallus. 346
Mare Atlāticū & magnū. 137
Mareotis uua. 359
Margaritarum in aceto dissolutio. 353
Marinam aquam gelu nō constringi. 547
Marmorū iuncturis soluēdis noxius calor de lignis oleæ. 565
Maro Homeri per omnia imitator. 142
Maronia uua. 359
Martiale agonium. 191
Marsica ficus. 557
Mars βροθλειγὸς καὶ μιαφόνος. 227
Mars idem cum Sole. 262. 267
Mars pro animi feruore. ibidē
Martis sphæra. 62. 80. 88
Martis sphæra pro igne. 58
Martis annus. 150
Martis simulachrum apud Acitanos. 267
Martis stella eadem quæ & Herculis. 338
Martis stella cur terribilis ter-

ris. 91
Marti Arietis signum in Zodiaco dicatum. 227
Martem patrem in sacris nuncupari. 227
Marspiter. 267
Masurius. 189.193
Mater deûm pro terra. 275
Mater deûm leonibus uehi cur dicatur. 283
Martius anni Roman. primus mensis. 226
Martius Cos. 236
Martius uates. 254.255
Mathematica corpora. 26.35
Martianum malum. 356
Maturare, Maturare fugam quid. 495
Mecœnatis stylus mollis, & remissus Augusti cauillo notatus. 298
Medea, 230. eius templũ uirum introire piaculum. ibidem
Medicina physicæ philosophiæ extrema fæx. 560
Medicinæ & diuinationis cognatio. 271
Medicos igni ex sarmentis libentius uti. 565
Medulla sine sensu. 535
Medulla spinalis id animali, quod naui carina. 537
Mel cur quod recentißimum, optimum. 543
Mel in fundo optimum. 544
Mellis repertor Saturnus. 205
Mellis naturã arida. 543
Mellis fæx cur in summo, non imo. ibidem
Melampsithia. 359
Melodiæ musicæ tria genera, 136
Membra nigra septẽ. 44
Membrorum corporis humani dispositio per septenariũ. 43
Memoria animalibus cæteris pro ratione. 70
Memoriæ defectus opinionis ortus. 61
Menippus ex seruo philosophus. 224
Mens, Græcis νῦς, rerum ideas continens. 17
Mens ultra animã et naturam. [ibid.
Mens ex deo nata. 32
Mens diuinior anima. 68
Mens nobis cum cœlo sideribusq; communis. ibidem. 70
Mens, quæ νῦς. 68
Mens ex summo deo. 70
Mens mundi anima. ibidem
Mens ex deo procreata. 82
Mentis summa uelocitas. 268

Mentis ſedes in capite. 69
in Menſam libare quando li=
cuerit. 336
Mẽſis lunaris annus. 149.150.
Mẽſis cuiuſq; initiũ, & [238
quot ſingulorũ fuerint dies
ex Romuli ordinatione. 240
Mẽſium initia ab exortu lunæ
maioribus obſeruata. 243
Menſium dies quomodo nu=
merandi. 250
Menſtrua frigida eſſe. 530
Μεσόυρανον. 44
Meſſana capta. 200
Meſſanæ in Sicilia conditor
Anaxilaus. 222
Meſſalæ cognomen unde. 200
Mercurius et Venus Solis quaſi
ſatel. 135
Mercurius uocis & ſermonis
potens. 229
Mercurius pro Sole. 251.268
Mercurius idem cum Apolli=
ne. 268
Mercurius ſermonis autor. ibi.
Mercurius mentis potens. ibid.
Mercurius cur alatus. ibidem
Mercurius Argiphontes cur
dictus. ibidem
Mercurius Tuſcis Camill. 330
Mercurij ſphæra. 62. 80. 87. 88
Mercurij ſphæra pro æthere a
Mercurij annus. 150 [aqua. 58
Mercurij duplex poteſtas. 254
Mercurij ſimulachrũ. 268. 269
Mercurij caduceus. 260
Mercurio menſe Maio ſacri=
ficari. 229
Meridies cur potius quàm Au=
ſtralis cardo uocetur. 130
Meridies quaſi medidies. ibidẽ
Meridies. 188
Meridiani diuerſitas unde. 76
Meridianus circulus. ibidem
Meroës ſitus. 141
Meſpilum pyrum. 357
Metallica corpora uaſta. 25
Metelli Pij luxus. 340
Metuentes cur palleſcant. 541
Meuia lex. 218
Meuia Galla. 292
Mezẽtius quare diuũm cõtem=
ptor uocatus Vergilio. 324
Mileſium pyrum. 357
Mille declinatum ſingl'r. 194
Mille uerborum. 193
Millia à mille. 194
Militiæ onere liberandos ſepti
ma annorũ hebdomade. 44
Milli paſſũm, pro mille paſſib.
Milli nummũm, pro mille [194
nummis. ibidem

Μῦνι. 149
Minerua ſolis uirtus. 266. cur è Iouis capite prognata. ibi.
Minerua ſummum ætheris cacumen. 321
Mobile omne, ab alio moueri, non à ſe. 158
Μοῖραι Homericæ. 433
Molluſca nux. 355
Monas. 60
Monas diuiſionis expers. 28
Μονὰς numerorum fons. 30
Monas puncti inſtar, III. non numerus, quanquam numerorum origo. 30
Morborum cauſæ. 517.518
Mors. 54
Mors ani à corpore ſolutio. 65
Mors naturalis quæ. 65.66
Mors uoluntaria laudanda quæ 65.
Mors hominis duplex. 64
Mortes duæ, animæ & animalis. 57
Mortis locus. 57
Mortis deus cur Dis. 57
Mortis uoluntariæ dehortatio. 55.
Mortuos proſequi cantu ad ſepulturã unde inſtitutum. 121
Morſus figuratus, qui Græcis ſcomma. 509
Mos quid. 330
Mores ſibi quiſq; dat, unde ab his æſtimandi homines. 218
Moribus præteritis uiuẽdũ. 193
Motus omnis corporis ſeptenarius. 44
Motus ſemper uitæ comes. 81
Motus principium anima. 156
Motus ratio ex Ariſtotele. 157
Motus per ſe. 158. [& 158
Motus per uim. 158
Motus per naturam. 159
Motus ex accidente. 158
Motus genera. 161
Motus corporei ſeptem. 534
Mouere quid proprie. 167
Moueri aliquid ſemper biſariam intelligi. 156
Moueri an paſſionẽ etiã ſignificet. 165
Mulciber. 484 [
Mulier uſurpata quæ. 187
Mulieres humidæ. 526
Mulieres frigidas eſſe. 527
Mulieres cur rarius inebrientur. 526
Mulieres frigoris tpe mediocri ueſte uti magis q̃ uiros. 528.
Mulierum crebræ purgationes unde. [529 528
Mulierũ læuitas cutis & ſplendor

dor unde. 526.528
Mulierum natura calidior, quàm uirorum, 528. & contrà, frigidior. ibidem
Mulus septem millibus nummûm emptus. 348
Mulsum optimum quod. 543
Mummius. 214
Mundanæ animæ motus. 174
Mundanus annus. 150.151
Mundus uniuersitatis principium. 563
Mundus dei templum. 68
Mundus uere cœlum. 94
Mundus an æternus. 146
Mundus qua parte mortalis, & quid eius intereat. 154
Mundus propriè cœlum uocatur. 151
Mundus magnus, homo. 154
Mundus quo immortalis. 156
Mundus idem cum Iano. 211.
Mundus patens, Ditis & Proserpinæ festum. 246
Mundus pro cœlo. 94
Mundus deorum domus. 281
Mundi anima, 32. septenario primum generata. 37
Mundi duæ partes, mutabilis & immutabilis. 57.58
Mũdi elemẽta ter quaterna. 58
Mundi anima, mens. 70
Mundi anima. 81.82
Mundi natalis. 104
Mundi uertex, cœli mediũ. ibi.
Mundi anima quomodo ex numeris fabricata. 115.118
Mundi motus aĩæ impulsu. 119
Mundi anima uiuẽtibus omnibus uitam ministrat. 122
Murænæ cognomen. 345
Murænæ flutæ. 346
Murænæ ubi optimæ. 345
Murænæ piscis mors luctu deplorata. 345
Mures in Aegypto de terra et imbre. 564
Musæ nouem. 120
Musæ mundi cantus, cur amœnæ dictæ. 121
Musicæ sex tantum numeri apti. 114
Musicæ uis. 122
Musicæ melodiæ tria genera. 136.
Musici soni cur sacris adhibiti. 121
Musicis sonis cur anima gaudeat. ibidem
Musicos sonos de sphærarum cœlestium conuersione procedere. 112

Μυσόβρετος cur Apollo. 121
Musteum malum. 356
Musteum pyrum. 357
Musto ineſſe aquam. 530
Mustum cur nõ inebriet. 530
Mutij maleuolẽtia Publij ſcõmate notata. 292
Mycithi ſerui in Anaxilai liberos pietas. 222
Myrteum pyrum. 357
Mys Epicuri ſeruus philoſophus. 224
Myſia Helleſponti. 448.

N

NΑπόλλων Apollo. 258
Næuianum pyrum. 357
Narratio fabuloſa. 5
Naſcẽdi rudimẽta in leone. 60
Naſcenti homini quæ numina adſint. 269
Necys, Martis ſimulachrum apud Acitanos. 267
Nectar, potus deorum. 61
Neceßitas, ſpatium à terra uſque ad aquam. 36
Nefaſti dies. 246.247
Nemeſin contra ſuperbiam coli. 278
Nemeſin eſſe ſolem. ibidem
Neptunus & Apollo Troianorum dij. 321
Nepenthe apud Homerũ quid. 504
Neptunus ἐνοσίχθων καὶ ἀσφαλίων. 254
Neruorum σύλλογαι. 537
Neſtoris prudentia. 22
Netiros taurus Soli conſecratus apud Heliopolim. 277
Neuij locus. 485
Neuiũ imitatus Verg. 465.477
Nicander Colophonius. 454
Nicocreonti regi quid de ſe reſponderit Serapis. 7
Nigidius Figulus. 347
Nigidius. 495
Nigra ficus. 358
Nili catadupa incolis non exaudiri. 136
Ninus. 146
Niſus faſtorum ſcriptor. 231
Niuis aqua pota noxia. 546
Nix, aqua in aëre denſata. ibi.
Nocentem ſe iudice abſolui neminem. 55
Noctiuagus. 486
Noctu futura. 188
Noctu concubia. 191
Nomius Apollo. 258
Nomina ex cognominib. 200
Nonæ Caprotinæ. 223
Nonæ cur à nundinis ſegre-

gatæ. 235
Nonæ. 240. unde dictæ. 241
Nonæ copulandis nuptijs religiosæ. 243
Nonis conuentus populi cur uitari solitus. 235
Nonis populares cõuenire ex agris in urbem. 241
Nonius Attelanarum scriptor. 214
Nox, terræ umbra. 96
Nox concubia, intempesta. 188
Nox pro noctu. 191
Nubes quid. 108
Nuces & mala quo distẽt. 356
Nucum genera. 353
Nudius quartus. 192
Numæ uirtus. 175
Numæ industria in diuidendo anno. 233. 245
Numantius Plancus Antonij & Cleopatræ luxus arbiter. 353
Numentana uua. 359
Numenius philosophus. 18
Numerus superficie & lineis antiquior. 27
Numerus impar mas, par fœmina. 29. 119
Numeri tantũ sex ad conficiẽdam musicam apti. 114
Numeri, per quos iugabilis sit rerum omnium competentia, qui. 91
Numerorũ plenitudo, & qui numeri propriè pleni. 25. 26
Numerorum certa ratione animas corp. sociari. 65
Numerorum necessitas. 116
Numerorũ natura Geometricis rationibus applicata. 117
Numidica ficus. 357
Nundina dea. 249
Nundinæ. 244
Nundinæ à quo institutæ. 248
Nundinæ an feriæ. 248
Nundinæ Iouis feriæ. ibid. sed lege Hortensia fastæ institutæ. 248
Nundinarum dies. 235
Nundinarum origo. 248
Nuptijs copulandis religiosi dies qui. 243
Nῦs. 17
Nῦs mens diuina. 50
Nῦs ὅλιvὸs. 62
Nῦs Græcis, mens. 68
Nutricis ingenium quantum ad mores refirat. 411
Nux iuglans. 354 basilica, auellana, Prænestina, Põtica, castanea, Heracleotica. ibid.

Græca

Græca, amygdala, thasia, molluſca, Tarentina, pinea. 355

O

OBedientia, ſpatium inter aërem & ignem. 36
Obiurgatio pathetica. 376
Obliuio ebrietatis comes. 61
Obſoletis uerbis nõ utẽdũ. 193
Occiduum tempus. 188
Occipitij ſiccitas. 539
Oceanus. 137
Oceanus quomodo terram ambiat. 142
Oceanus terram ambit & diuidit. 280
Oceani incrementum. 40
Oceani exiguitas. 155
Ocium moleſtum quod. 307
Octauius Herſenius. 338
Octauius Ciceronis ſcommate notatus. 510
Octauij luxus. 348
October menſis Domitianus appellatus. 232
Octonarius numerus cur dicatur plenus, 26.117. et ſolidũ corpus, 27.28. Pythagoricis iuſtitia appellatus. 28
Octonarij coniunctio. ibidem
Octonario ſolidum corpus imitari. 117
Oculorum ſanitati cõferre æris metallum. 367
Oderunt quem metuunt, prouerbium. 56
Odorandi uis. 557
Ogranium malum. 356
Οἰκῖδιον 361
Oleæ ignis balneo perniciosus, 365
Olearum genera. 358
Oleaſter. 358
Oleum qua ratione gelu ſtringatur, uinũ non item. 547
Olei quod ſupernatat optimũ. 544
Ὀλωθοι fici 358
Ὁμοιοπάθεια 373
Opalia. 215
Opinandi natura animæ, à ſole. 62
Opinio prouero minus cautis inoleſcit. 54
Opinionis ortus memoriæ defectus. 61
Oppias. 281
Oppius de ſyluestribus arboribus. 356
Opis Dianæ comes. 456. ipſa Diana. 457
Ops dea, Saturni coniux, 216 pro terra. ibidem
Ops dea, quæ & Fauna, & Fatua,

Fatua, & Bona. 229
Ora pro personis. 488
Oraculum. 19.20
Ὄραμα. 19
Oratæ cognomen. 345
Oratio pathetica qualis esse debeat. 361
Oratorem non nisi orando probari. 503
Oratorum diuersitas. 378
Orbiculatum pyrum. 357
Orbiculatum malum. 356
Orbes. 72
Orbis. 73
Orbilij grammatici dictũ. 305
Orchas olea. 358
Orchia lex. 350
Orioni proximæ Vergiliæ & Hyades. 84
Oropi uastatio. 195
Orphei ceremoniarũ sacra. 16
Orphei fabula. 121
Orphei locus. 257.265.283
Oscilla Diti sacrificari cœpta.
Osinius rex. 429 [27.225.
Osiris idem cum sole. 275
Ossa sine sensu. 535
Ostentatio quomodo uitanda interpreti. 136.507
Oua pauonum quin denarijs uendita. 339
Oues cur lauentur. 245
Oues abluere qua gratia festis diebus liceat, aut non. ibidem
Oues cur bidẽtes dicantur. 498
Ouis purpureo colore quid portendat. 328
Ouum instar elementi omnibus ferè animantib. 562
Ouum mundi simulachrũ. 563
Ouum ne prius fuerit an gallina. 561

P

PAcuuius Taurus. 297
Pacuuium imitatus Vergilius 465
Pæan cur dictus Apollo. 253
Pachynum promontoriũ. 254
Παχυνίσιον. 316
Pagani, id est, rustici. 244
Paganalia. 224
Palicus, siue Palici dij qui. 446
Palinodiam canere, prouerbiũ. 519
Pallas pro septenario. 31.
Pallor unde metuentibus. 541
Palpebras depiles æris metallo tractato uestiri. 567
Palusca ficus. 357
Πάνες. 251
Panos simulachrum. 279
Pan, qui & Inuus, idem qui et Sol

Sol. 278
Pan cur Arcadibus ὁ τῶν ὅλων κύριος dictus. ibidem
Panuceum malum. 356
Pantheũ Veneris templũ. 353
Panyasis. 455
Papyrij Prætextati historia. 196.
Parabola pathetica. 369.371
Παράδειγμα. 370
Paralus. 182
Παράλυσις ex nimio uino & frigore. 525
Paralleli quinq;. 75
Parentibus præsentibus nõ cõibus scommatibus locus. 512
Parmetis. 281
Parmenides. 182
Parnasus mons Apollini sacer.
Parthenium mare. 548 [263
Parthenius grammaticus Vergilij præceptor. 458
Parthi cum concubinis, non coniugibus inire conuiuia soliti. 501
Paridis iudicium Homero neglectum. 434
Partus humani tempus. 32
Partus futuri discretio. 32
Partus humani dispensatio & maturitas. 41
Partus an uitalis septima hora discerni. 42
Passiones. 50
Patriæ seruatoribus certũ beatitudinis præmium in cœlo. 24.47
Patris familiâs appellatio. 218
Πατρῷος Apollo cur dictus. 257
Patauini seruorum suorum fide seruati. 221
Patera. 452
Patera pars ueli inferior. 453
Patultius cur dictus Ianus. 212
Pathetica oratio. 361
Pathos ex habitu apud Vergiliũ. 360. per silentium. 275 repetitionem, 376. obiurgationem, ibidem. à maiori & minori, 372. præter spem, 373. à similitudine passionis, ibid. sermone cõuerso ad inanimata, 374. addubitatione, ibi. attestatione. ibi. per hyperbolẽ, 375. exclamationẽ, ibidem. ab ætate apud Verg. 363. habitu, 394. fortuna, ib. debilitate, ibid. loco, 36. tempore 366. causa, ibidem. modo, 368. materia, ibidem. simili, 369. exemplo, 370. parabola

rabola,371.imagine. ibidem
Patiētiæ maior q̄ facūdiæ laus. 299
Paulia olea. 358
Pauonum oua quinis denarijs uendita. 339
Pausa. 498
Pausia olea. 358
Pede altero calceato, altero nudo eundi mos. 442
Pelasgi à Pelasgo. ibidem
Πέμματα. 309
Penates dij Romanorum proprij, quinam. 320
Per pro inter, frequens apud Vergilium. 142
Peregrina uerba non respuisse Vergilium. 484
Periculorum præteritorum iucunda commemoratio. 507
Pericles. 182
Perpenia. 341
Persius. 51
Perseus Zenonis seruus philosophus. 224
Persicum inter mala potius q̄ nuces numerandum. 356
Persicum idem quod mollusca nux. 355
Persoluere, uoti proprium. 323
Pestanus Vibonensis, 482
Pestilentia à pecudibus inchoata. 520
Pestilentiæ descriptio ex Vergilio & Lucretio. 471
Petulcus. 485
Phædon Socraticus ex seruo philosophus. 224
Φάντασμα. 19.20
Phanes cur dictus Apollo, & Phanæus. 256
Phanes sol unde dictus. 264
Φαντασικὸν animæ unde. 62
Pharmaca cur ex cōtrarijs. 522
Φάσεις. 39
Phidiæ responsum de Ioue Olympio à se ficto. 421
Phileas scriptor. 450
Philemon comicus. 453
Philesius Apollo. 259
Philocrates C. Gracchi seruus.
Philochorus. 216 [221
Philosophia, moriendi meditatio. 64
Philosophia artium ars, & disciplina disciplinarum. 560
Philosophia unicum deorum munus, & disciplina disciplinarum. 287
Philosophiá ne interesse conuiuijs debeat. 501
Philosophiæ partes tres: Moralis, Naturalis, Rōnalis. 176
Philosophiæ alumnæ honestas & mod

& modestia. 502
Philosophia disciplina rerum omnium moderatrix. ibidem
Philosophandum moderatè in conuiuijs. 504
Philosophi an soli beati. 48
Philosopho an cõueniat fabulis uti. 15. & quibus & quãdo. ibidem
Philosophum pro tempore non minus tacendo philosophari quàm loquendo. 503
Philotis ancillæ cum alijs insigne facinus. 223
Phlegeton fluuius infernalis quid. 55
Φλέγμα. 539
Φοῖβος cur dictus Apollo. 256
Φθινὸν μήν. 250
Φυλακὸν naturæ unde. 62
Φυτικὸν animæ. 69
Φυλακὸν ad nos de luna. 91
Φῶτα. 207, 225.
Pietas Scipionis. 53
Pilos creari calore. 529
Pilliolata uua. 359
Pinarij Herculei ædis custodes.
Pindarus imitationi inaccessus. [326 436
Pindari locus. 437 [ibidem
Pindarum ubi imitatus Vergil.
Pinea nux. 356
Piper cur appositum cuti, lædat, deuoratum nõ item. 532
Pisæ oppidum. 428
Pisces cur Ioui assignẽtur. 105
Piscium signum quomodo Solem referat 278
Pisistrati tyranni prudens factum. 503
Piso Ciceronis gener ab eodem cauillo notatus. 296
Pyrorum genera. 357
Placentæ à secũdis mensis Varroni remotæ. 309
Planetæ septem. 38
Planetarum cur alij nobis prosperi, alij aduersi. 91
Planetarum ordo. 105
Planities. 27
Platani Hortensij uino irrigari solitæ. 339
Plãtationis autor Saturn. 205
Plato ipsius ueritatis arcanum.
Plato notatus. 558 [33
Platonis locus. 12. 34. 60. 64 93. 116. 117. 155. 167. 251. 280. 309.
Platonis scribendi ratio. 21
Platonis & Ciceronis de Republica librorum differentia & simulitudo. 12

Platonis de sphæræ solaris ordine sententia. 87
Platonis sympositi. 181. & 288
Platonis seruitus. 218
Platonis distichon. 293
Platonis Phædon. 224
Platonicorum ratiocinationes de animæ immortalitate. 156
Planci libido Sutoris ioco notata. 291
Plauti locus. 246.335.346. 353.356.445.452.
Plauti iocorum uenustas. 289
Plauti Baccharia. 346
Plebeia ingenia exemplis magis quàm ratione capi. 514
Plenitudinẽ nisi diuinis rebus & supernis conuenire. 25
Plinij Secundi pingue & floridum dicendi genus. 378
Plotinus. 48
Plotinus uerborũ parcus. 153
Plotini locus. 48.65.82.153
Poculorũ genera, uariáque nomina. 452
Podagræ causa. 517
Poëtarum fabulæ ex philosophiæ adytis. 251
Poëticam tubam omnia semper in maius tollere. 151
Pœnitere tanti non emo, prouerbium. 292
Ποιμνιὸς Apollo. 258
Polemon historicus. 447
Πολιοκροτάφοι senes cur dicti Homero. 538
Politicæ uirtutes. 49
Pollex digitus. 551
Pollionis scõmaĩ Augustũ. 300
Polus Philostrati seruus philosophus. 224
Pollυctus Herculis. 349
Pollucibilis cœna. 353
Πόλος. 252
Polus arcticus, antarcticus. 78
Πολυπίδαξ. 450
Pompeius Macula. 292
Pompeiana ficus. 357
Pomponianus. 192
Pomponius poëta. 498
Pondera omnia nutu suo in terram ferri. 132
Pondera semper in imum natura deduci. 107
Ponti gelu unde. 548
Ponticum mare dulcius cæteris ibidem
Pontica nux. 354
Pontificis cœnæ luxus. 340
Pontificum potestas res gestas in tabulas referendi. 317
Popilia. 341

Populonea Iuno. 335
Populiæ dictum. 304
Populeæ coronæ in ſacris Herculis. 337
Porphyrio Homeri interpres, 22. & Platonis. 133
Porphyrius. 133
Porricere. 314
Portarum ſolis altera hominũ, altera deorum. 59
Poſthumianus. 195
Poſthumius Liuius Fidenatium Dictator. 223
Poſtuorta. 205
Potionum remedia cur ex contrarijs. 522
Potitius & Pinarius ſacrorum Herculis cuſtodes. 230
Potitij. 326
Potus uitandi qui. 516.518
Potus per aſperaḿne arteriam pulmoni illabatur. 558
Prannia uua. 358
Præcox ficus. 357
Præcox malum. 356
Præcox pyrum. 357
Præcianum pyrum. ibidem
Præcox. 46
Præliares dies. 246
Præmature. 496
Prætextæ origo, & à pueris uſurpatio. 197.198
Præneſtina nux. 354
Prætexta magiſtratuum geſtamen. 196
Prætexta unde in nominis uſum abierit. 197.198
Precia uua. 359
Pridie. 192
Principij nulla origo. 155
Priſline & priſtini ueteres pariter dixiſſe. 192
Procliuè & procliui pariter dixiſſe ueteres. 192
Profanum quid. 317
Profeſti dies. 245.246
Proiectus. 483
Προνοίας ἀθλιωτάτης ναός. 260
Properare. 495
Proſerpina pro inferiore terræ hemiſphærio. 274
Proſiuum malum. 350
Protagoras. 182
Proteruia ſacrificium. 291
Proteruiã fecit, prouerbiũ. ibid.
Πρῶτος ἄλλος. 17
Prouidentiæ miniſtra fortuna. 444
Prudentia politica. 49. animiã purgati, 51. exẽplaris. ib.
Prudentia Scipionis. 53
Prudentiæ officium. 48

Psaltria. 289
Χαμαικόσια apud Aristophanem pro multis. 451
Psithia uua. 359
Τόγως, categoria. 509
Ptolemæus. 91
Pubertatis ætas. 42
Pubertatis annus in fœminis duodecimus, pueris autẽ decimus quartus. 528
Publij in Mutiũ scomma. 292
P. Albinouanus. 341
P. Scæuola. ibidem
P. Scipio Afric. quomodo seruui fidem expertus 221
Publius Syrus mumographus, 307. eius sententiæ. ibidem
P. Volumnius. 341
P. Tertius. 335
Publicia Flaminica. 341
Publicius trib. pleb. 207
Pudentes cur rubeant. 541
Puellas biennio maturius quàm pueris tutela liberari. 42
Pueritia cur non canescat. 539
Pugilum in explorandis uiribus consuetudo. 43
Pulla ficus. 357
Pulmentorum uarietas. 518
Pulmo solidus et læuigatus. 559
Pulmo receptaculũ potus. 561
Puncta duo, lineæ ductus. 27.
Punctus, unum. 27
Punctum corpus indiuiduum. 116. 117
Punctum lineæ principiũ. 161
Punctis finiri lineas. 26
Punicum malum. 356
Pũico bello serui militarũt. 222
Purgatio fœminarum quando incipiat. 42
Purgatio an ĩ sacris ĩferis æquè ut superis necessaria. 314
Purgatoriæ uirtutes. 49
Purpuræ usus cur in prætexta puerorum. 199
Putredo pecudum quid. 564
Putredinis causa. 565
Pylades histrio. 308
Pyrgi oppidum. 428
Pythagoras. 18
Pythagoras cõcentuũ cœlestiũ inuẽtor, 112. & nũerorũ, 113
Pythagoreorum symbola. 16
Πύθιον. 259
Pythius Apollo. 259. 261
Pythonis draconis ab Apolline occisi fabula. 259. 260

Q

Quadratum corpus. 26
Quadratum octo angulis. 27

Quadruplus numerus. 114
Quassare. 292
Quaternarius numerus. 28
Quaternarij laus. 33
Quaternarius iurisiurandi religiõe sacer Pythagoricis. 36
Quinarius rerum omnium numerus. 32.
Quintilis mensis à Martio quintus. 226
Q. Catulus. 340
Q. Cicero M. Tullij frater scõmate ab eodem notatus. 294
Q. Claudius Quadrigarius. 191. 194.
Q. Cornelius. 341 [339
Q. Hortẽsij luxus & mollities.
Q. Sulpitij ad Alliam contra Gallos congressus. 247
Quintilis mensis, qui postea Iulius. 231
Quirinus cur dictus Ianus. 212
Quirianum malum. 356
Quod canis in Aegypto, prouerbium. 292

R

RAdius olea. 358
Ratio. 36
Ratio aĩæ purißima pars. 69
Ratio, mentis uis, cuius sedes in capite. 69
Ratio quid uisui cõferat. 557
Rationẽ descriptam citius aĩo illabi, quàm dictã tantũ. 139
Ratione hominẽ sola præstare cæteris animalibus. 69
Ratiocinatione amiciri animã dum per Saturni sphæram delabitur. 62
Reboare. 484
Regina sacrorum. 243
Reipu. seruatores aut adiutores, cœli præmium & beatitudinẽ cõsecuti sunt. 24. 47
Religiose & religio quid. 318
Religiosus in conuiuio de quibus interrogandus. 508
Remediorum uarietas. 522
Remittere animum esse quasi amittere. 195
Repetitio pathetica. 376
Reprehensionem semper sequitur dolor. 606
Reprehendẽdi disciplina. ibidẽ
Retrimenta. 516
Reus sacrorum quis. 315
Ῥεύματα morborũ causæ. 517
Rethorica an conuiuijs introducenda. 501
Rhodia uua. 359
Romæ nomen Latinum & dei ipsius tutelaris, cur ignotum

tum. 331
Romanorũ ſacra diurna partim, partim nocturna. 187
Romanorum auaritia Annibalis ſcommate notata. 291
Romulus quomodo annum ordinarit. 227
Romulus acri ingenio, ſed agreſti. 240
Romuli uirtus. 175
Ros aëris & lunæ filius. 567
Roſcius hiſtrio, & Ciceronis cum eo certamen. 344
Roſcij de hiſtrionicæ & eloquẽtiæ collatione liber. 344
Rotantes ſe in orbem cur uertiginem patiantur. 534
Rubile pyrum. 357
Rubor unde pudentibus, & gaudentibus. 541
Rubrum malum. 356
Ructuum cauſa. 517.522

S

SAbinarum raptus. 213
Sabinarũ cũ Romanis præliium ad Viminalẽ collẽ. 213
Sacra Romanorũ diurna. 187
Sacra celebritas. 244
Sacrificijs cur adhibiti muſici ſoni. 121
Sacrum quid. 317
Sacrum quid, & ſacri homines dijs certis. 328
Sacrorũ ritus quomodo à Vergilio obſeruati. 313
Sagittarius qũo pro ſole. 277
Salibus ineſſe pingue quiddam. 553
Salentina olea. 358
Salij cur Herculi ab Vergilio attributi. 337
Salis conſperſio qua ratione carnem ad diuturnum uſum conſeruet. 542
Salis natura. 542
Salſamenta uendere prouerbiũ. 509
Saltandi mos ante triclinia, & in eo luxus. 342
Salus quid, & eius ſimulachrum. 270
Salus, eiuſq; feriæ. 245
Salluſtij locus. 340.349
Salluſtius alienæ luxuriæ graiſſimus cenſor. 340
Salluſtij breuitas 378
Samonicus Serenus. 337. 347.
Samothraces dij. 321 [350
Sanctum quid, & ſanctæ leges. 318
Sanguis quomodo in muliere imprægnata lactis naturam induat

induat. 412
Sanguis calore priuatus in sa=niem uertitur. 542
Sapientia. 48
Sappho. 453
Sapientes qui. 48
Sathuni. 211
Saturnalia dierũ optimus. 289
Saturnus unde dictus. 216
Saturnus, quasi Sathũnus. 211
Saturnus Cælij pudenda ab=scindens. 16
Saturnus in uincula coniectus à filio. 16
Saturnus tẽporum autor, unde Græcis χρόνος ὁ χρόνος. 279
Saturnus deorũ princeps. 203
Saturnus Sterculius dictus. 205
Saturnus ab Iano hospitio ex=ceptus. 205
Saturnus cur compedes gesta=re fingatur. 209
Saturnus cur filios suos deuo=ret. 210
Saturnus cur à filio Ioue pul=sus: cur uinctus. 210
Satyri quasi Sathuni. 210
Saturnus idem qui Sol. 279
Saturnus cur Cælij patris pu=denda abscidisse dicatur. 209
Saturnus cum uxore Ope fru=gum & fructuum reperto=res. 216
Saturnus cur laneos pedes ha=beat. 209
Saturni sphæra pro aqua. 58. 62.
Saturni stella quot annis Zo=diacum percurrit. 81
Saturni annus. 150
Saturni stella cur malefica. 91
Saturni festo bellum inchoare non licitum. 246
Saturni Saturnius collis. 206
Saturni insigne falx. 205. 210
Saturni templum cur ærarium Rom. 209
Saturni templum. 208
Saturni falx cur in Siciliam deciderit. 210
Saturno deberi plantationis di sciplinam, mellis etiã & fru ctuum inuentionem. 205
Saturno cur cerei oblati. 207. 225.
Saturno uirorum uictimis sa=crificatum. 307
Saturno cur sacrum aperto ca=pite fiat. 216
Saturnalia sacra. 205
Saturnalia quãdo primum Ro mæ instituta. 213

Saturnalia quo die celebrari solita, 213. *septem dierum*, *ibidem*. 216. 225
Saturnaliorum initium, 189. *ritus*, 204. *origo*, *ibidem*. 205 *uetustas*. 208
Saturnalium et Saturnaliorum pariter dici. 188. 190. 191
Saturnalibus famulos cum dominis epulari. 208
Saturnalibus bellum sumere nefas, *aut à nocentibus pœnas exigere*. 213
Saturnia dicta Italia. 205
Saturnia sphæra. 80. 83
Scæuolæ responsum, *quid ferijs agi liceat*. 245
Scandianum malum. 356
Scantianum malum. *ibidem*
Scari in delicijs, *et ab Octauio in Italicum mare primo illati*. 348.
Scipionis uirtutes. 53
Scipionis personæ quomodo conueniant somnium generale & publicum. 21
Scipionis somniũ quale, *ibidẽ*. *eius propositum*. 22
Scipio quomodo deleta Carthagine triumpharit. 151
Scipionum nomen unde. 200
Scomma. 506. 509. 510
Scommata contumelioſa, *atque eorum duo genera*. 511
Scomma in eadem conditione iucundum. 512
Scommatum usus moderatus à Lycurgo institutus Lacedæmone. 513
Scommatibus in cõuiuio abstinendum. 509
Scommata minus aspera, *qualia*. 510
Σκηπὸς. 23
Scorpij chelæ, *Libra*. 85
Scorpius Marti & Veneris dicatum signum. 227
Scorpius quo Solẽ referat. 277
Scyphus. 452. 455
Scythicum mare gelu non constringi. 547. [140
Scythia frigidæ zonæ uicina.
Sebadius, *idem qui & Sol & Liber pater*. 264
Segetia dea, *eiusq; feriæ*. 245
Seia dea, *eiusq; feriæ*. *ibidem*
Seleuci regis occisi per seruum ultio. 221
Σελινοβλήτοι. 252
Sella curulis à Tullo Hostilio instituta. 197
Semproniæ lasciuia. 343

Sementinum serũ pyrum. 357
Sementinæ feriæ. 244
Sematonium. 115
Seminis definitio. 563
Seminis ne an alimenti maior natura. 412
Semiramis. 146
Semela Fauni filia, 229. eiusq; sacrum. 230
Semoniæ feriæ. 245
Sempronia. 341
Semurius ager. 215
Senarius numerus. 550
Senectus loquax. 508
Senectus frigida, & sicca. 539
Senarij uis ac religio. 31
Senex de quibus interrogandus. 508
Senes etiam sanos ebriorum malis laborare. 527
Senes cur facilè ieiunium ferant. 549 [527
Senes cur ad fletũ difficiliores.
Senes cur Home. ωολιοκροτάφοι dicti. 538
Senes cur facilè inebrientur, quia sicci. 527
Senecta loquax & fabulis referendis amica ætas. 427
Sensus quid uisui conferat. 557
Sẽsus à cerebro ministrari. 535
Sensus quinq;, 310. 536. nulli diuino corpori insunt. ibid.
Sensui quæ membra participent, quæ non. 535
Sensuum officia septem foraminibus celebrata. 44
Sensuum efficacia quomodo de ratione pendeat. 558
Sensuum rationes. 554
Sentire & crescere aĩalibus cæteris cum hoĩe cõmune. 70
Sentiendi uis animæ cur indita. 69. uis unde animæ. 62
Sentiendi natura ad nos de sole. 91
Scrophæ cognomentum unde. 200
Septas, qui & septenarius. 37
September mensis Germanicus dictus. 232
Septenarius uirgo & Pallas uocatus. 31
Sptenarius unde constet. 30
Septenarij tertia cõiunctio. 32
Septenarij perfectio. 37
Septenarij decas uiuẽdi meta. 43
Septenarij gemina uinciendi uis. 35
Septenarij multiplicationẽ perfectam ætatem facere. 43
Septenario disponi corporis memb

membra. 43
Septenario constare hominem 40
Septenarium multis rationibus plenum dici. 29
Septentrio uetus rigidus. 131
Septentrionalis parallelus. 76
Septentrionem nunquam admittere solem. 139
Septentriones nunquam occidere. 78
Septentrionalis extremitas inhabitabilis. 130
Septentrionum compago. 84
Sæpius etiam est holitor, proverbium. 492
Serapis cultus. 204
Serapis pro sole. 272
Serapis Aegyptijs deus maximus. 273
Sergiana olea. 358
Sergius Orata. 345
Sermonis pro loco & tempore applicatio, philosophiæ nõ minima pars. 505
Serui dominis non contemnendi & cur. 218
Serui philosophi. 224
Serui familiares cur dicti. 218
Seruorum in dominos odium et fides unde. 218.219
Seruorum honore delectari Saturnum. 216
Seruorum opera & fortitudo in bellis. 221.222
Seruis cœnas apponi à matronis solitas mẽse Martio. 227
Seruos non haberi hostes, sed fieri. 219
Seruitus nulla turpior quàm uoluntaria. 218
Seruos dijs curæ esse. 217
Seruilia M. Bruti mater Ciceronis ioco notata. 291
Seruilianus à Seruilio. 200
Seruilij Geminij dictum. 292
Seruij Tullij natalis. 236
Seruij inter grammaticos præstantia. 285.286.
Seruij uerecundia. 540
Seruius grammaticus. 185
Seruius doctissimus doct. 491
Seuerus Cassius. 298
Serum pyrum. 357
Senemuris Aegypti rex, qui & Senepos. 281
Sexagenarios de ponte, prouerbium. 195
Sextilianum pyrum. 357
Sextilis mensis qui postea Augustus. 231
Sex. Pacubius trib. pleb. 232

Sibylla cur cognomen. Corn. Rufus. 255
Sicani. 193
Sicula mensa. 522
Sidera quæ. 72
Sidera ignes cœlestes. 71
Sidus signũ stellis coactũ. 72
Sigillariorum origo. 225
Sigillariorum celebritas. 216
Signa de aduersis semper obscura & inuoluta. 45
Signa zodiaci cur diuersorum nũinũ potestati assignata. 104
Signifer qui & zodiacus. ibid.
Signinum pyrum. 357
Signorũ zodiaci ordo, 84. ob seruatio quomodo ab Aegyptijs excogitata. 102
Simulia similibus gaudent. 529
Similia similibus nutriri. 521
Simulachra rerum cur in aqua maiora ueris appareãt. 554
Sinapi cur appositum cuti lædat, deuoratũ nõ item. 532
Sinistræ partes cur imbecilliores. 535
Sirenæ cœlestibus orbibus insidentes. 120
Siren. ibidem
Sisyphi saxum. 56
Sitis cur edendo non subleuetur, ut bibendo fames. 545
Sitis cum domatur, maior uoluptas est, quàm cum sedatur fames. ibidem
Socratem non fuisse eodẽ tempore cum Timæo. 182
Socratis scomma in Critobolum. 511
Sol Deo siue τῷ ἀγαθῷ apud Platonem similimus. 17
Sol quem ordinem habeat inter planetas. 87
Sol annuo spatio zodiacũ percurrit. 90
Sol fons cœlestis lucis & dux, 93. princeps, reliquorũ moderator, mens mundi, ibidem cor cœli, ibidem. temperatio mundi. 94
Sol, quia talis solus appareat 93
Sol octies terra maior. 99
Sol unde dictus. 252
Soli omnium deorum nomina quomodo conueniant. 250
Sol quando Apollo uocandus, quando uerò Bacchus. 263
Sol mundi mens. 265. 268
Sol terrenæ fœcunditatis autor. 266
Sol mundi caput rerum'que

sator.

ſator. 269
Sol naſcẽtis hoïs dæmon. 270
Sol Iouis oculus. 275
Sol ♀ & Ianus geminus. 211
Sol omnium uitæ autor. 39
Sol ſeptimo ſigno uices uariat. ibidem
Sol quomodo putredinis cauſa. 565
Solis motus. 38
Solis anfractus, & reditus pro anno. 45
Solis portæ. 59.261
Solis ſphæra ignis elementum. 58.62
Sol mundi mens, luminum reliquorum dux & moderator. 80.88.93.251
Solis defectus. 75
Solis magnitudo. 79
Solis magnitudo ſecundũ quoſdam, 94.95. quomodo deprehenſa. 97
Solis motus proprius ab Occaſu in Orientem. 85
Solis diuerſa cognomina. 93
Solis diametrus. 99
Solis circuli, per quem meat, ambitus. 97.98
Solis quaſi ſatellites Mercurij & Veneris ſphæra. 135
Solis meatus quatenus ſurſum ac deorſum. 138
Solis præcipua poteſtas, anni dimenſio. 211
Solis curſus quanto tempore zodiacũ abſoluat. 234.238
Solis duo maximi effectus. 253
Solis diuerſæ uirtutes diuerſis dijs nomina dederunt. 251
Solis temperatus calor morborum omnium fuga. 253
Solis effigies apud Aſſyrios. 261
Solis cognomina. 265
Solis ſimulachrum apud Aegyptios. 268
Solis imago apud Aegyptios. 273.275
Solis natura. 277
Solis poteſtas. 282
Solis orbis matutinus cur maior ſolito appareat. 554
Solẽ in defectu ſuo nil pati. 75
Solẽ cur Cicero non abſolutè, ſed ferè planetarum medium dicat. 90
Solẽ torridæ ſiue peruſtæ zonæ fines nunquã excedere. 140
Solem tribus tantum cardinibus recipi. 139
Solem eundem eſſe cum Libero pat

ro patre. 265
Sole & luna præcipue uitam nostram moderari. 91
Solaris annus. 150
Soliditas corporũ quibus constet. 26.27
Solidi corporis dimensio triplex. 116
Solinius ager. 215
Solonis uirtus. 175
Σῶμα. 57 [566
Somnus sub luna pernicioſus.
Somnus ex humore. 539
Somnus frigidis reduci. 525
Somnium. 19.20
Somnium, proprium, alienum, commune, publicum, generale. 20.21
Somnium Scipionis quale. 21
Somnij Scipionis expoſitio. 25
Somnij ſpecies quinq;. 19.20
Somnia de ſtatu ciuitatis pro ueris habenda quæ. 22
Sõnia de aduerſis omnia ſemper obliqua & obſcura. 45
Somniorum portæ. 22
Sonus ex motu. 106
Sonus nunquam fit, niſi aëre percuſſo. 134
Sonus ex epogdoo nũero. 114
Sonorum quomodo alius acutior, alius grauior. 134
Sophoclis locus. 445.453
Spatiari. 326
Speculorũ imagĩes unde. 554
Sphæra aplanes. 32.52.55.56. 72.105.125
Sphæra ſolida. 72
Sphæræ pro ſtellarum corporibus. ibidem
Sphæra ultima, ἀπλανής. 32.52
Sphæræ uagæ ſeptem, 59. motus. 125
Sphæræ ĩ uniuerſum nouĕ. 125
Sphæræ ultimus locus, qui medius. ibidem
Sphæra extima cur ſummus uocetur deus. 82
Sphærica forma ſola mentis capax. 69
Sphærarum cœleſtiũ ordo. 80 interualla. 123
Sphærarum cœleſtium concentum cur non audiamus. 126
Sphærarum inferorum ſtellæ quomodo in zodiaci ſignis meare dicantur. 99
Sphærarũ cœleſtium melodia, & cur ſonorum alius acutior, alius grauior. 123. 126
Sphærarum cœleſtium ex motu concentus. 112.120

Sphæralis motus. 534
Squallere. 491. 493. 508. Squallor. ibidem
Σπεῦδε βραδέως. 495
Speculi ignem emittentis ad lunam compar. 89
Spiramentum hominis. 534
Spiritus pro anima. 70
Spiritus fortior incipiẽs quàm desinens. 124
Spiritus hausiu priuatũ durare ultra horas septem non posse. 42
Stare id dici, ad qđ accediturStati dies. 246 [250
Statius Tullianus. 330
Statiuæ feriæ. 244
Statoris Iouis ædes. 320
Stellæ quæ. 72
Stellæ errantes. 73
Stellæ cœlestes ignes. 71
Stellæ singulæ uniuersa terra maiores. 78
Stellarum quædam semper: cur quædam nunquam nobis uideantur. 77. 78
Stellarum etiam fixarũ an motus aliquis. 83
Stellarum nomina unde. 90
Stellarũ cursu res humanas disponi, aut saltem significari. 251
Stellas errantes cõtrario quàm cœlum motu uersari. 83
Stellis aues immolandas. 329
Stephanitis uua. 359
Sterculius dictus Saturn. 205
Στερεὸν 27
Stiptica uis. 567
Stomachus paterfamiliâs. 516
Stomachi uis & officium. 537
Stomacho lasso cur nihil calidum adhibeatur. 524
Stonij oppid. deuotum. 333
Straton Peripateticus. 41
Strophe hymnorum. 121
Struthium malum. 356
Styli dicendi duo. 379
Styx flu. infernalis quid. 55
Suaue & dulce nõ idem. 530
Sublicius pons. 225
Succi qualitas in cibis 515
Sueuiũ imitatus Vergilius. 465
Sueuius. 486 [355. 356
Sueuius poëta, eiusq; moretũ.
Sumptuariæ leges unde. 349
Superficie terminari omnia corpora. 26
Superficies cum lineis, prima incorporea natura post corpora. 27 [116
Supficies qd apud geometras.

Superficiē lineis terminari. 26
Superi nobis dij, nos inferis. 20
Sus prægnans Terræ hostia. 229
Syene ciuitas, 139. sub æstiuo tropico. 141
Syllana lex. 352
Syllæ nomen corruptum ex Sibyllæ nomine. 255
Syllæ dictum de Cæsare. 295
Symetus fluuius. 446
Syluestre malum. 356
Syluicolæ. 485
Symmachi floridum & pingue dicendi genus. 378
Symphoniæ musicæ, & ex his constituta anima. 37
Symphoniæ quinq;. 115

T

TAbularum XII. renouatio. 351
Tactus uis totius corporis. 337
Tanais. 140
Tantali pœna. 55
Tarentina nux. 355 [ibidem
Tarētinæ oues, quasi terētinæ.
Tarentum cur molle dictum Horatio. 356
Tarentinum pyrum. 357
Tarquinius Priscus. 197
Tarquinius Demarathi Corinthij filius. 321
Tarquinij Prisci ostentarium arborarium. 358
Taurus cur Veneri assignetur. 228 [105
Taurus signū Veneri dicatū.
Taurus pro Sole ubi colatur. 277 [334
Taurus qbus alijs immoletur.
Tauri signum, 86. quomodo ad solem referatur. 277
Taxare. 491
Tellana ficus. 357
Temperātia politica. 49. animi am purgati. 56. exempla ris. ibidem
Temperantia Scipionis. 54
Temperantiæ officium. 48
Tempestas suprema. 188
Tempestiua pinus. 483
Templum dei mundus. 67. 68
Tempus quid, & tempora nō fuisse, cum fuit chaos. 209
Tempus omnia metere. 210
Tempus præsens Iconis capite significari, præteritum lupi, futurum canis effigie. 273
Tempore absumi omnia ac resitui. 210
Tempora non aliunde quàm ex cursu solis. 147

Ter terna ter, ſolidum corpus.
Terẽtij unde dicti. 356 (117 216
Terẽtij Varronis ſatyra περὶ κεφαυγῦ. 337
Terenũ idem quod molle Sabinorum lingua. 355
Teres forma ſola diuina. 61
Terminalia 235.236
Termutia olea. 358
Ternarius omnium numerorum primus impar. 28
Ternarij laus. 33.36
Terra ſicca & frigi. 34.522
Terra puncti loco ad cœli uaſtitatem. 78.79
Terra globoſa. 76.78 (80
Terra immota, & mundi imũ.
Terra mundanæ ſphæræ centrum & immobilis. 89
Terra ſphærarum nona & mundi ultima. 107
Terra elementaris quæ. 108
Terra cur immobilis, cur quod in eam nutu ſuo omnia ponderа ferantur. 108
Terra ſphærarum ultima, & immobilis 125
Terra omnis, parua quædam inſula. 143
Terra omnis ad cœleſtem circulũ puncti loco. 154.155
Terra mater, quæ Ops dea. 216
Terræ & aquæ per frigidum coniunctio. 33
Terræ globus in templo dei medius. 63.68.
Terræ umbra. 96
Terræ diametros. ibidem
Terra cœleſtis circuli medium ac centrum. 97 (96
Terræ ambitus quot ſtadiorũ.
Terræ cinguli ſiue zonæ. 127
Terræ globoſitas 128
Terræ quanta ſpatia habitabilia, quanta inculta. 134
Terræ ambitus quantus. ibidem
Terræ nobis inhabitatæ latitudo. 144
Terræ imago Aegyptijs bos. 269
Terræ ſuperius hemiſphærium Venus, inferius autem Proſerpina dictum. 273
Terram Oceano cingi, ueluti paruam inſulam. 127
Terram excipere omnia nutu ſuo pondera. 132
Terrã quomodo Oceanus ambiat. 142
Terram uocari in ſacris Magnam matrem: eius hoſtia ſus

ſus prægnans. 229
Terrenas zonas cœleſtibus in= ſici. 138
Tertia Iunia. 291
Termutia olea. 358
Teſſera. 27.116.
Tetrachordum cur Mercurio attributum. 269
Τετρακτύς. 36
Thalia nympha, deq; ea fa= bula. 446
Tharſius Amphias. 512
Thaſia nux. 355
Thebe urbs ab Achille euerſa. Θέειν. 280 [427
Theocritus Chius ob ſcomma in Antigonum occiſus. 510
Theocritum in bucolicis imi= tatus Vergilius. 381
Θεὸς γυναικεία. 230
Θεοῖς ꝑ ſideribus & ſtellis. 280
Θεωρητικὸν animæ unde. 62
Theron rex, eiusq; cõtra Her= culem expeditio. 272
Thuricremus. 485
Θυμβραῖος Apollo. 259
Θυμικὸν 36
Θυμικὸν animæ unde. 62
Θύον apud Homerum pro ci= treo malo. 357
Θυραῖος Apollo. 211
Thyrſus Bacchi. 267
Timæus. 18
Timæum & Socratem non eo= dem tempore fuiſſe. 182
Timentes cur palleſcant, curq; tremant. 541
Timorem cum amore miſceri non poſſe. 219
Timore laborantem felicem eſſe non poſſe. 56
Timoſum pyrum. 357
Timotheus poëta. 566
Tineas necare citreum malum ueſtibus interiectum. 357
Titianum pyrum. 357
Titij iecur depaſcẽs uultur qd. T. Largius dictator. 208 [55
Τὸ ἀγαθὸν 17
Toga picta à Tullo Hoſtilio inſtituta. 197
Togata gẽs ꝑ Romanis. 486
Tonos ex epogdoo numero. 114
Τὸ πᾶν 80
Tot nobis hoſtes, quot ſerui, prouerbium. 219
Toto cœlo errare, prouerbiũ. Τραγήματα. 309 [338
Traianus qũo Heliopolitani Iouis oraculũ expertus. 282
Traiani obitus. ibidem

Τράχηλος 453
Transmittere. 482
Tremellius, Scropha dictus. 201
Tremor unde metuentibus. 541
Tremulum lumen. 481
Tribun. plebis nullũ abesse Roma integrum diẽ licere. 187
Trigonum corpus. 26
Trigonalis forma. 33
Trinundinus dies. 249
Triplaris numerus. 114
Tristis pro amaro. 485
Tritones cur Saturni templo fastigijs impositi. 209
Triuia cur dicta Diana. 211
Triumphi autor primus Liber pater. 267
Troianus porcus, Troianus equus. 341
Tropici duo. 75.138
Tuba. 494
Tuditanus. 236
Tullianum pyrum 357
Tullus Hostil. Saturni templũ consecra. 208. magistratuũ insignia primus instit. 197
Turacis ager. 215
Turicremus. 486
Turonius Flaccus mango. 301
Turrinianum pyrum. 357
Tutela quãdo pueri & puellæ liberentur. 42
Tutelæ ancillæ cum alijs insigne facinus. 223
Tutilianæ feriæ. 245
Tyberini pisces omnes in delicijs habiti. 348
Tybur malum. 356
Τύχης nulla apud Homerum mentio. 433
Tyranni uita an beata. 56
Tyrannis nunquam timoris expers. ibidem

V

VAe particula quid significet. 497
Vagarũ sphærarũ motus. 125
Valesij pro Valerijs. 315
Valer. Probus. 457
Valer. Maximus. 200
Valerianum pyrum. 357
Variola uua. 359
Varium imitatus Vergilius. 465.474
Varronis Cynicæ Satyræ, siue Menippeæ. 224
Varron. Menippea, ἄλλος ὅδε ἡρακλῆς. 337
Varronis logistoricon, Marius de fort. 354 [304
Vatinius à populo lapidatus.

Vatinius Augusti cauillo notatus. 299
Vatinij consulatus Cicer. scommate notatus. 294
Vatinij cauillum in Ciceronem Vecors. 497 [295
Vectigalia locari mense Martio solita. 227
Vectigaliorum. 191
Vectius Prætextatus. 181
Vehemens. 497
Veij oppidum deuotum. 333
Velabrum urbis locus. 215
Velius longus. 325
Veliuolum. 485
Venæ receptacula sanguinis.
Venuncula uua. 359. [516
Ventris duo orificia. 516
Ventris laxamentum sequi timorem, & cur. 541
Venus & Mercurius solis qua si satellites. 125
Venus, unde ἀφροδίτη. 209
Venus è spuma orta, unde Aphrodite. 227
Venus Architis apud Assyrios. 273
Venus pro superiore terræ hemisphærio. 274
Venus eadem cum luna. 329
Veneris sphæra pro aëre. 58
Veneris sphæra. 62.86.87
Veneris stella cur benigna. 91.
Veneris cursus. 150 [92
Veneris nullũ nomẽ aut festum sub regibus Romanis. 228
Veneris simulachrum. 277. Cypri barbatum, 329. quia eadem mas & fœmina. ibidem.
Veneris tẽplum Pantheũ. 353
Veneri cur secundus mensis sacer. 227
Veneri tauri signũ in zodiaco dicatum. 227
Venerem in sacris genitricem uocari. 227
Venerem calidis omnibus prouocari. 525
Ver calidum & humidum. 521
Vera per figmentum referendi modi. 17
Veranius. 315
Veratius. 323
Verbum insolens tanquam scopulum fugiendum. 193
Verbis præsentibus utendũ. ibi.
Vergilius nullius disciplinæ expers. 37.446
Vergilius Homericæ perfectionis per omnia imitator. 46
Vergilius moriẽs poẽmata sua igni legauit. 284.285

Vergilius non minus orator quàm poëta. 377
Vergilius qualis Homeri imitator. 425
Vergilius quàm fuerit Græcæ linguæ addictus. 437
Vergilius quæ ex Latinis transtulerit. 460
Vergilius antiquitatis studiosus. 500.
Vergilij ad Augustum epistola. 285
Vergilij gloria quæ, 284. & laus. 286
Vergilij breuitas, 378. copia, ibid. siccitas, floridũ dicendi genus, oĩa simul iuncta: maturitas, et grauitas. 379. 380
Vergilij uitia, ab Homero mutuata. 425
Vergilij in grãmaticis Græcis præceptor Parthenius. 438
Vergilij locus. 20. 22. 37. 46. 52. 53. 66. 70. 75. 78. 81. 82. 86. 122. 128. 141. 142. 150. 187. 205. 209. 238. 245. 250. 256. 266. 284. 288. 313. 314. & deinceps usq; ad paginam 339. & 356. 357. & usque ad paginam 501. & 505. 508.
Vergiliũ nullius unquam disciplinæ errore inuolutũ. 141
Vergilium non apte fecisse initium belli inter Troianos et Latinum. 435
Vergilium per omnia Græcos imitatum. 380
Vergiliani poëmatis dispositio. 428. 429
Vergiliana apophtheg. 433
Vergiliana epitheta. 480
Vergiliæ fixæ. 84
Vergiliæ in Tauro. 86
Verianum malum. 356
Verno luto, hyberno puluere grandia farra. 452
Verrius Flaccus iuris pontificij peritißimus. 243
Vertigo cur ex crebra corporis in orbem rotatione. 534
Vesicæ officium. 561
Vespera. 188
Vespertilio an inter aues numerandus. 563
Vesanus. 497
Vesta potens dicta cur. 322
Vestæ ignem renouari Calẽd. Martijs. 226
Vestibulum. 496
Vetus. 497
Vetustas adoranda. 342

Verum latens quomodo anima proſpiciat. 22
Verum cũ nõ omnibus liqueat, omnes tamen opinari. 61
Vexare. 491
Videndi ratio. 554
Vidua quaſi ualde idua, uel à uiro diuiſa. 242
Viduis ad nubendũ feriæ magis quàm uirginibus aptæ. 243
Vim cuiquam facere ferijs, piaculare. 243
Viminalis collis. 213
Vinalia. 190
Vinaliorũ dies Ioui ſacer. 189
Vinum ingenij uirtutisq; fomes. 309
Vinum non libari Cereri. 335
Vinum natura frigidum. 524
Vinum cur ſudore nimio aut laxato uentre deſęsis ingeratur. 524
Vinũ deſæcatum cur magis penetret, & cur facilè mutetur. 542
Vinum idẽ ieiuno q̃ ei qui cibũ ſumpſerit meracius. 544
Vinũ cur quod uetuſtiſsimum, optimum. 543
Vinum cur, ſi uas diutule ſemiplenum cuſtodiatur, acorem incurrat. 543
Vinum in dolij medietate optimum. 544
Vinum cur ἀιθοπα οἶνον *Homero appellatur.* 547
Vini autor Liber pater. 267
Vini moderatus uſus. 310
Vini nimietas nec ad uenerem, nec ad conceptionem conducit. 525
Vini natura humida. 543
Vina cur in Aegypto frigida. 533
Vina cur nunquam aut rarò congelaſcant. 546
Vina uaria uitanda. 514.521
Vires quando decreſcere incipiant. 43
Virgulus Manlius. 247
Virgo numerus ſeptenarius. 31
Virgo quomodo pro ſole. 277
Virginis ſignum, iuſtitia. ibidẽ
Virium augmẽtum quinta annorũ hebdomade cõpleri. 43.
Viros uocare ferijs illicitũ. 246
Virtutis præmium ampliſsimũ conſcientia. 23
Virtutis fructus in conſcientia ſapienti, minus autem perfecto in gloria. 155
Virtute ſola beatos fieri. 48

Virtute & uoluptate nihil sibi contrarium magis. 518
Virtutũ officia secundum Stoicos. 48
Virtutum genera quatuor secundum Platonem. ibidem
Virtutum ideæ in mente. 50
Virtutum effectus, beare. 51
Virtutum duplex genus. 175
Visio. 19.20
Visus hominis non ultra cẽtum & octoginta stadia. 76
Visus complendi ad dignoscenda figura triplex ratio. 557
Visus unde in oculis. 537
Visui tria necessaria. 555
Visum. 19.20
Vita uulgo, animæ mors. 57
Vitæ finem expectandum, non præcipitandum. 66
Vitam nostram præcipue sole & luna moderari. 91
Vitro soluẽdo firmãdoq; ignis ex myrica optimus. 565
Vitisator. 484.486
Vitula dea, pro Victoria. 316
Vitulari. ibidem
Vitulatio. ibidem
Viuendi meta septenarij decas. 43
Vlyssis error quatenus ab Vergilio in Aenea expressus. 383
Vmbilici reliquias quando iactet puer. 42
Vmbra terræ. 96
Vmbracula. 482
Vmbro. 245
Vngues sine sensu. 535
Vnionũ in aceto dissolutio. 353
Vnitas, & mas & fœmina. 30
Vocabulorum autor antiquitas. 75
Vocales septem à natura repertæ, & cur Latinis quinque tantum. 42
Vocis concordiam ponderum lege prouenire. 113
Vola. 44
Volatile ferrum. 486
Volemium pyrum. 357
Volones qui dicti. 222
Voluptas Stoicis hostis, Epicureis summum bonum. 289
Voluptates, à quibus cauendum. 310
Voluptas, gustus & tactus beluina, id est, coeundi & comedendi. 311
Voluptas serijs & studiosis cauenda. 518
Voluptas utendi modo uel honesta uel inhonesta. 523

Voluptas an ſemper uirtuti inimica. 523
Voluntariæ cohortes. 222
Volupiæ ſacrum. 214
Vomit undam, antiquè dictum. 481
Vomitaria ĩ ſpectaculis quæ. ib.
Vox in fœminis & eunuchis quare exilior. 540
Vrania muſa. 120
Vrbes omnes in alicuius dei tutela. 331
Vrbes exercituśue deuouendi uerba. 332
Vrbinus ſerui uirtute periculo mortis ereptus. 220
Vri. 484
Vrina retrimentum potus. 561
Vnum, puncti loco. 27
Vuarum genera. 358
Vultur iecur Ixionis depaſcẽs quid. 55
Vulnera ex æreo mucrone, minus noxia. 567
Vſurpata mulier quæ. 187
Vxore præſente quibus ſcommatibus locus. 512

X

Xeniades Corinthius. 225
Xenon. 210
Xantippus. 182
Xenagoras hiſtoricus. 448

Y

Ὑπερκαλλικλεὶ uerſus. 444
Ὑπερβαίνοντες dies qui. 234

Z

Zlmiſſus collis. 264
Zodiacus. 75
Zodiacus quomodo in duodecim partes diuiſus. 102
Zodiacus de tropico in tropicum obliquatus. 140
Zodiacus ſolis uia. 147
Zodiaci ſigna cur alijs ſtellis breuiori, alijs longiori tempore percurrantur. 101
Zodiaci latitudo. 75
Zodiaci ſignorum ordo. 84
Zodiaci ſigna quomodo ſphærarum inferiorum ſtellæ occupent. 100
Zodiaci appellatio. 104
Zodiaci ſigna quæ quibus numinibus dicantur. 227
Zodiaci ſigna omnia ad ſolis naturam referri. 276
Zodiacum lacteo circulo oblique interſecari. 59
Zona uſta ſiue torrida. 75
Zona torrida cur ſemper flammis obnoxia. 140
Zona torrida ſiue peruſta quæ.

quæ. ibidem
Zonæ terræ quot, & quæ habitabiles. 127.128.130
Zonas easdem ineſſe cœlo quæ inſunt terræ. 136.138
Zopyrion. 222
Ζυγὸς Scorpij prior pars. 227
Ζωάρες. 328
Ζώδια. 104

FINIS.

AVTORES, QVORVM TESTIMONIO IN HIS LIBRIS VSVS EST MACROBIVS.

ARiſtoteles
Arbiter Petronius
Apulcius
Aſclepiades
Ariſtophanes
Anaximenes
Archimenides
Aſinius Pollio
Apollodorus
Aratus
Aſper
D. Auguſtus
Actorianus
Antipater Stoicus
L. Accius
Antias Valerius
Atteius Capito
Alexander Aetolus
Archilochus
Aeſchylus
Antonius Gnipho
Alcæus
Afranius
Anaxandrides
Ariſtomenes
Acca
M. Attilius
Aurel. Cornutus
Apollonius
Alcman Lyricus
Boëthus
Cor. Balbus
C. Baſſus
Cicero
Critolaus
Critias
Claudius Quadrigarius
Cornificius
Cleanthes
Cælius
Chryſippus
M. Cato
Caſsius Hemina
Cloatius Verus, ſiue Verrius
Cingius, ſiue Cincius
Catullus
Carminius
Callias
Caluus
Cratinus
Demoſthenes
Democritus
Didymus grammaticus
Diodorus
Ennius
Epicurus
Empedocles
Eratoſthenes

Epic


Epicadus
Egnatius
Euripides
Ephippus
Epicharmus
Eupolis
Eraſiſtratus
Ephorus
Faborinus ſiue Phauorinus
Furius poëta
Feneſtella
Fuluius
Flauius
Feſtus Pompeius
Fab. Pictor
Gellius
Geminius
Granius Licianus
Granius Flaccus
Glauſippus
Homerus
Heſiodus
Heraclitus Ponticus & Phyſicus
Hippocrates
Hyllus
Hipparchus
Horatius
Hoſtius poëta.
Herodotus
Ilius
Iul. Hyginus
Iuuenalis
Iul. Cæſar
Iul. Modeſtus
Iunius
Licinius Macer
Liuinus
Liuius Andronicus
Lucilius
Lucanus
Lucretius
Cor. Labeo
M. Lælius Augur
Macer hiſtoricus
Maſſurius Albinus
Menandrus, ſiue Menander
Cn. Marius uel Mattius
Mallius
Mummius
Q. Mutius
Niſus
Nicander Colophonius.
Nouius
Numenius
Næuius
Nigidius Figulus
Octauius Herſenius
Oenopides
Oppius
Orpheus
Plato
Plautus
Val. Probus
Piſo
Pacuuius
Pythagoras
Philolaus
Poſidonius
Porphyrio
Philemon Comicus
Plotinus
Perſius
Parmenides
Protarchus Trallianus
Pomponius
Pomponianus
Ptolemæus
Pherecides
Philochorus
Poſthumius Albinus
Polemon
Phileas
Pindarus
Peſtanus Viboněſis
Rutilius
Sallustius
Sămonicus Serenus
Ser.

Ser. Sulpitius
Speusippus
Scæuola Pontifex
Sophocles
Sappho
Statius Tullianus
Sueuius poëta
Sisenna
Timotheus poëta
Tuditanus
Thucydides
Tarquinius Priscus
Trebatius
Theophrastus
C. Titius
P. Tertius
M. Varro
Verrius Flaccus
Veranius
Vectius Prætextatus
Velius Longus
Veratius Pontificalis
Vmbro
Varius
Xenagoras
Xenophanes
Xenocrates
Xenon
Zenon.

FINIS.









BIBLJOTEKA KÓRNICKA
14016


MACROBIUS